

Put. N
D 15
L 16

God 16

Same - Put - 15 God - 16





Plant. XV - 16



11

In hoc volumine continetur

Liber Iob

Iudith

Esther

Iob

Psalterium David

Proverbia salom

Ecclesiastes

Canticum canticorum

Liber sapientie

Liber Iesu filij syrac

Esaia propheta

Hieremias

Baruch

Ezechiel

Daniel

Liber xij. Prophetarum

Liber Machabeorum

OBIASEX
TRIBVE
ciuitate Nep
talum que e
superioribus
Galilee supra
Naalon post
uiam que de

cit ad occidentem in sinistro habens ciuitates
septet. cum captus esset in diebus Salmanasar
regis Assynorum in captiuitate tamen po
situs uiam ueritatis non deseruit ita ut
omnia que habere poterat quondam conca
tius fratibus q erant ex eius genere impa
tur. Cuius esset uincor omnibus in tribu
Nephtalim. nihil tamen puente gessit in o
pere. Deniq. cum irent omnes ad uitulos au
reos quos hieroboam fecerat rex isrl. b solu
fugiebat consortia omni. & pgebat ad hier
usallem ad templum domini. & ibi adora
bat dominum deum isrl. omnia primitiua
sua. & decimas suas fideliter offerens ita
ut in tertio anno pscitis & aduentis minis
traret omnem decimationem. Hec & his

similia secundum legem dei puerulus ob
seruabat. Cum uero factus fuisset uir acce
pit uxorem Annam de tribu sua. genuitq
ex ea filium nomen suum imponens ei que
ab infantia timere eum docuit. & abstinere
ab omni peccato. Igit. dum p captiuitatem
deuississet cum uxore sua & filio in ciuita
tem p. inuit. cum omni tribu sua. & cum
omnes edoceret. obis gentium iste custo
diuit animam suam. & nunq. contaminatu
est in oculis eorum. Et qm memor fuit dmi
in toto corde suo. dedit illi deus gratiam
in conspectu Salmanasar regis & dedit il
li potestatem quocunq. uellet. ut habens
libertatem quecuq. facere uoluisset. i
Pergebat enim p omnes q erant in capti
uitate. & monita salutis dabat eis. Cum
autem uenisset in Baget ciuitatem syedo.
& ex his qb honoratus fuerat a rege ha
buisset decem talenta argenti. & cum in
multa turba generis sui gabellum cogere
tem uideret q erat ex tribu eius sub cy
rogapho dedit illi memoratum pondus
argenti. Post multum uero temporis mo



tuo Salmanasar rege cum regnaret. Sennacherib filius eius pro eo. & filios israhel exosus habere in conspectu suo. Tobias quotidie pergebat pro omnem cognationem suam. & consolabatur eos. diuidebatque unicuique pro poterat de facultatibus suis. Esurientes aliebat. nudisque uestimenta prebebat. & mortuis atque occisis sepulturam sollicitus exhibebat. Denique cum reuersus esset Rex Sennacherib fugiens a iudea plagam quam creta eum fecerat deus propter blasphemiam suam. & iratus multos occideret ex filijs israhel. Tobias sepellebat corpora eorum. At ubi nuntiatum est Regi. iussit eum occidi. & tulit omnem substantiam eius. Tobias uero cum filio suo & cum uxore fugiens natus latuit. quia multi diligebant eum. Post dies uero quadraginta quinque occiderunt Regem filij ipsius. Et reuersus est Tobias in domum suam. omnisque facultas eius restituta est ei.

Post hec uero cum esset dies festus domini. & factum esset prandium bonum in domo Tobie. dixit filio suo. Sade & adduc aliquos de tribu nostra. timentes deum ut epulentur nobiscum. Cumque abisset reuersus nuntiavit. & unus ex filijs israhel iugulatum iacere in platea. statimque exiens de accubitu suo. relinquens prandium ieiunus peruenit ad corpus. tollensque illud portauit ad domum suam occulte. ut dum sol occubisset. caute sepelleret eum. Cumque occultasset corpus manducauit panem cum lacte. & tremore. memotans illum sermonem.

quem dixit dominus per Amos prophetam. Dies festi uestri conuertentur in lamentationem & luctum. Cum uero sol occubisset. abiit & sepeliuit eum. & riguerunt autem eum omnes proximi eius dicentes. Jam huius rei causa. interfecti iussus est. & uix effugisti mortis imperium. & iterum sepel mortuos. Sed Tobias plus timentis deum quam Regem. rapiebat corpora occisorum & occultabat in domo sua. & in medijs noctibus sepellebat ea. Contigit quoque autem ut quadam die fatigatus a sepultura ueniens domum iactasset se iuxta parietem & dormisset. & ex nido huiusmodi dormienti illi carida stercorea incidere super oculos eius fieretque cecus. hanc autem temptationem permisit dominus euenire illi ut posteris daret exemplum. patientie eius sicut & sancti Job. Nam cum ab infantia sua sepe deum timeret. & mandata eius custodiret. non est contentus contra deum quod plaga cecitatis eueniret ei. sed immobilis in dei timore permansit. agens gratias deo omnibus diebus uite sue. Nam sicut beato Job insultabant Reges. ita isti parentes & cognati eius iridebant uitam eius dicentes. Vbi est spes tua. pro qua elemosinas & sepulturas faciebas. Tobias uero increpabat eos. dicens. Nolite ita loqui. quoniam filij sanctorum sumus. & uitam illam expectabimus. quam dominus daturus est his qui fidem suam nunquam mutant ab eo. Anna uero uxor eius ibat ad opus texturinum quotidie. & de labore manuum suarum uictum quem consequi potuisset deferrebat. Unde factum est. ut hederum caprarum accipiens detulisset do-

in. Cuius cum uocem balantis uir eius
audisset dixit. Videte ne forte furtiuus
sit. Reddite eum dominus suis qd non
licet nobis aut edere ex furto aliquid au
contingere. Ad hec uxor eius irata respo
dit. Manifeste uana facta est spes tua &
elemosyne tue modo apparuerunt. Atque
his & alijs huiusmodi uerbis exprabat eij.

¶ Vno Tobias ingemuit & i
cepit orare cum lachrym
dicens. Iustus es domine &
omnia iudicia tua iusta sunt
& omnes uie tue misericordia & ueritas
et iudicium. Et nunc domine memor est
meus & ne uindictam sumas de peccatis
meis neq; remiscaris delicta mea uel pa
tentum meorum. Quoniam non obedim
us preceptis tuis ideo traditi sumus in di
reptionem & captiuitatem & mortem et
in fabulam & in improprium omnibus na
tionibus in quibus dispersisti nos. Et nunc do
mine magna iudicia tua qd non egimus
secundum precepta tua & non ambula
uimus sinceriter coram te. Et nunc do
mine secundum uoluntatem tuam fac me
cum & precepe in pace recipi spiritum
meum. Expedit enim mihi non magis
qd uiuere. Eadem itaq; die contigit ut Sa
ra filia Raguelis in Ragel ciuitate me
dorum & ipsa audiret improprium ab
una ex ancillis patris sui quoniam tradi
ta fuerat septem uiris & demonium nomi
ne Asmodeus occiderat eos mox ut ingre
si fuissent ad eam. Ergo cum pro culpa
sua increpare puellam respondit ei di
cens. Amplius ex te non uideamus filium

aut filiam super terram interfectorum uirore
tuorum. Nihil et occidit me uis sicut etiam
occidisti septem uiros. Ad hanc uocem per
rexit in superius cubiculum domus sue & i
tribus diebus & tribus noctibus non manduca
uit neq; bibit sed in oratione persistens cum
lachrymis deprecabatur deum ut ab isto im
proprio liberaret eam. Factum est autem
die tertia dum compleret orationem bene
dicens dominum dixit. Benedictum est
nomen tuum deus patrum nostrorum qd cum iu
tus fueris misericordiam facies & in tem
pore tribulationis peccata dimittis his q;
inuocant te. Ad te domine faciem meam
conuerto ad te oculos meos erigo. Peto do
mine ut de uinculo improprij huius absol
uas me aut certe desuper terram eripias me.
Tu scis domine qd nunq; concupui uirum
& mundam seruauit animam meam ab om
ni concupiscentia. Nunq; cum ludentibus o
misi me neq; cum his q; in leuitate ambu
lant participem me prebui. Virum autem
cum timore tuo non cum libidine mea co
sensi suscipere. Et aut ego indigna fui illi
aut illi forsitan mihi non fuerunt digni qd
forsitan uero alij conseruasti me. Non est
enim in hominis parte consilium tuum hoc
autem pro certo habet omnis q; colit te qd
uita eius si in probatione fuerit coronabitur
si autem in tribulatione fuerit liberabitur
& si in corruptione fuerit ad misericordiam
tuam uenire licebit. Non enim delectaris
in petitionibus nostris qd post tempestate
tranquillum facis & post lachrymationem
& fletum gaudium & exultationem infu
dis. Sic nomen tuum deus isrl benedictum
in secula. In illo tempore & audite sunt

preces amborum in conspectu glorie summi
dei & missus est angelus domini sanctus
Raphael ut curaret eos ambo quorum uno
tempore sunt orationes in conspectu domi
ni recitate.

Quidam cum Tobias putaret
orationem suam exaudiri ut
non potuisset uocauit ad
se Tobiam filium suum dicens
quod ei dicitur fili mi uerba omnia
mea & ea in corde tuo quasi fundamentum
construe. Cum acceperit deus animam meam
corpus meum sepeli & honorem
habebis matri tue omnibus diebus uite eius.
Menor enim esse debes que & quanta pericula
passa sit propter te in utero suo. Cum autem
& ipsa compleuerit tempus uite sue sepel
lies eam circa me. Omnibus autem diebus ui
te tue in mente habeto deum & caue ne a
liquando peccato consentias & pretermittas
precepta dei mei. Ex substantia tua fac
elemosynam & noli auertere faciem tuam
ab ullo paupere. Ita enim fiet ut nec a te auer
tatur facies domini. Quomodo potueris ita
esto misericors. Si multum tibi fuerit abundanter
tribue. Si exiguum tibi fuerit etiam
exiguum libenter impartiri stude. Preuius
enim bonum tibi thesaurizas in die necessi
tatis. quam elemosyna ab omni peccato & a
morte liberat & non patietur & animam
ire in tenebras fiducia magna erit coram
summo deo elemosyna omnibus facientibus
eam. Attende tibi fili mi ab omni fornicatio
ne & peccet uxorem tuam nunquam patiaris
crimen scire. Supbiam nunquam in tuo sensu ad
in tuo uerbo dominari permittas. In ipsa enim

intuum sumpsit omnis perditio. Quicunque
tibi aliquid operatus fuerit statim ei mercedem
restituere & merces mercenarii tui apud te
omnino non remaneat. Quod ab alio odens fieri
tibi uide ne tu aliquando alteri facias. Panem
tuum & uinum tuum super sepulturam iusti
constitue & noli ex eo manducare &
bibere cum peccatoribus. Consilium semper
a sapiente perge. Omni tempore benedicere
deum & pete ab eo ut uias tuas dirigat
& omnia consilia tua in ipso permancant. In
dico & tibi fili mi dedisse me decem tale
ta argenti dum infans es. Cabelo in
ges ciuitate Medorum & cyrographum eius
apud me habeo. Et id perge quomodo
ad eum peruenias & recipias ab eo supra me
moratum pondus argenti & restituas cy
rographum suum. Noli timere fili mi pa
uperem quidem uitam gerimus sed multa
bona habemus si timuerimus deum & re
cesserimus ab omni peccato & fecerimus bene.

Uno respondit Tobias pa
tri suo & dixit. Omnia que
cunque precepisti mihi fac
ciam pater. Quomodo autem
pecuniam hanc inquam ignoro. Ille me ne
scit & ego eum ignoro. Quod signum da
bitur? Sed neque uiam per quam pergat illuc
aliquis cognouit. Tunc pater suus respondit
illi & dixit. Cyrographum quidem illius
apud me habeo. quod dum illi ostendens
statim restituere. Sed perge nunc & inque
tibi aliquem fidelem uirum que erit tecum si
ua mercede sua dum adhuc uiuo & recipi
as eam. Tunc egressus Tobias inuenit iuue
nem splendidum stantem precinens & qui

paratum ad ambulandum. Et ignorans q
angelus dei esse salutauit eum & dixit
Vnde te habemus bone iuuenis? At ille res-
pondit. Ex filiis israhel. Et Tobias dixit ei
Nosti uiam que ducit in regionem medorum?
Cui respondit. Noui & omnia itinera eius
frequenter ambulauimus & mansi apud Ga-
belum fratrem nostrum q moratur in Rages
ciuitate medorum que posita est in mose-
te egypti. Cui Tobias ait. Sustine me
obsecro donec hec nuntiem patri meo. Tunc
ingressus Tobias indicauit uniuersa hec i
patri suo. Super que admiratus pater ro-
gauit ut introiret ad eum. Ingressus itaq
salutauit eum & dixit. Gaudium tibi sit
semper. Et ait Tobias. Quale gaudium in-
erit q in tenebris sedeo & lumen celi no
uideo? Cui ait. iuuenis forti animo esto. i
proximo est ut a deo curetur. Dixit itaq
illi Tobias. Nunquid poteris pducere filium
meum ad Gabelum in Rages ciuitatem
medorum? Et cum rediens restituum
tibi mercedem tuam. Et dixit ei angelus.
Ego ducam & reducam eum ad te. Cui To-
bias respondit. Rogo te. Indica mihi de
qua domo aut de qua tribu es tu? Cui
Raphael angelus dixit. Genus queus mer-
cenarij an ipsum mercenarium q cum filio
tuo erat? Sed ne forte sollicitum te reddat
ego sum Azarias Ananie magni filius. Et
Tobias respondit. Ex magno genere es
tu. Sed peto ne irascaris q uoluerim co-
gnoscere genus tuum. Dixit autem illi an-
gelus. Ego sanum & sanum tibi reducam
filium tuum. Respondes autem Tobias ait.
Bene ambuletis & sit dominus in itinere. o-
uistis & angelus eius comitetur uobis.

Tunc paratis omnibus que erant in uia. po-
tanda fecit Tobias uale patri suo & matri-
sue & ambulauerunt ambo simul. Cumq
perfecti essent. coepit mater eius flere & di-
cere. Baculum senectutis nostre tulisti &
transmisisti a nobis. Nunquid fuisse ipsa pe-
cunia p qua misisti eum. Sufficiebat nobis
paupertas nostra ut diuitias computa-
remus hoc q uidebamus filium nostrum.
Dixitq ei Tobias. Noli flere. Saluus per-
uenit & filius noster & saluus reuertetur
ad nos & oculi tui uidebunt illum. Credo
enim q angelus dei bonus comitetur ei &
bene disponat omnia que circa eum gerun-
tur. ita ut cum gaudio reuertat ad nos.
A d hanc uocem cessauit mater eius flere
& tacuit.

Rofectus est autem Tobias
& canis secutus est eum. et
mansit prima mansione iuxta
fluum tigris. Et exiit
ut lauaret pedes suos & ecce piscis imma-
nis exiit ad deuorandum eum. Quem ex-
pauescens Tobias clamauit uoce magna di-
cens. Domine inuadit me. Et dixit ei an-
gelus. Apprehende brachium eius & trahet
eum ad te. Quod cum fecisset. attraxit eum
in siccum & palpitare coepit ante pedes e-
ius. Tunc dixit ei angelus. Excetra huic
piscem & cor eius & fel & reaur reponet tibi.
Sunt ei hec necessaria ad medicamentum
utiliter. Quod cum fecisset. assauit carnes
eius & secum sustulerunt in uia. cetera sa-
luerunt que sufficerent eis quousq perue-
nissent in Rages ciuitate medorum. Tunc i
terrogauit Tobias angelum & dixit q. Ob

scero te Azaria frater ut dicas mihi quod
remedium habebunt ista que de pisce ius
sisti. Et respondens angelus dixit ei. Con
dis eius particulam si super carbonem ponas
fumus eius extricat omne genus demonio
rum siue a uiro siue a muliere ita ut ul
tra non accedat ad eos. Et fel uale ad
ungendos oculos in quo fuerit albugo &
sanabuntur. Et dixit ei Tobias. Vbi uis ut
inancamus? Respondensq; angelus ait.
C. Et h' Raguel nomine uir propinquus de
tribu tua & h' habet filiam nomine Sara
sed neq; masculum neq; foeminam ullam
habet aliam preter eam. Tibi debetur om
nis substantia eius & oportet eam te acci
perem coniugem. Petet ergo eam a patre
eius & dabit tibi eam uxorem. Tunc res
pondit Tobias & dixit. Audio quia tradi
ta est septem uiris & mortui sunt. sed &
hoc audio quia demonium occidit illos. Ti
meo ergo ne forte & mihi hoc eueniant. Et
cum sum unicuique parentibus meis deponam
senectutem illorum cum tristitia ad inferos.
Tunc angelus Raphael dixit ei. Audi me
& ostendam tibi quod sunt quibus preualere po
test demonium. Hi namque qui coniugium ita
suscipiunt ut deum se & a sua mente
excludant & super libidinem ita uacent si
cut equus & mulus quibus non est intellectus
habent potestatem demonium super eos. Tu au
tem cum acceperis eam ingressus cubiculum
per tres dies continens esto ab ea & nil ali
ud nisi orationibus uocabis eam. Ipsa au
tem nocte incenso iecore piscis fugabitur
demonium. Secunda uero nocte in copula
tione sanctorum patriarcharum admittentur.
Tertia autem nocte benedictionem consequetur

ut filij ex uobis procreentur incolumes.
Sancta autem tertia nocte accipies uir
ginem cum timore domini amore filiose
magis quam libidine ductus ut in semine
Abrahe benedictionem in filijs consequaris.

Ingredi sunt autem ad
Raguel & suscepit eos
Raguel cum gaudio. Intue
q; Tobiam Raguel dixit
Anne uxori sue. Quam similis est iuuenis
iste consobriuo meo. Et cum hoc dixisset
ait. Unde estis iuuenes fratres nostri? At
illi dixerunt. Ex tribu Neptalim sumus
ex captiuitate ninive. Dixitq; illis Rag
uel. Nostis Tobiam fratrem meum? Qui dix
erunt. Nouimus. Cumq; multa bona loque
retur de eo dixit angelus ad Raguel. To
bias de quo interrogas pater istius est. Et
misit se Raguel & cum lacrymis oscula
tus est eum & plorans super ollum eius o
dixit. Benedictio sit tibi fili mi quia boni
& optimi uiri filius es. Et Anna uxor eius
et Sara ipsorum filia lacrymate sunt.
Postquam autem locuti sunt precepit Rag
uel occidi arietem & parari conuiuium.
Cumq; hortaretur eos discumbere ad pran
dium Tobias dixit. Hic ego hodie non
manducabo neq; bibam nisi prius petiti
onem meam confiteres & permitas mihi da
re. Saram filiam tuam. Quo audito uerbo
Raguel expauit. Sciens quid eueniret il
lis septem uiris qui ingressi sunt ad eam. Et
timere coepit ne forte & huic similiter co
tingeret. Et cum nutaret & non dare
petenti ullum responsum dixit ei angelus.
Noli timere dare eam isti quoniam huic

timentem deum debetur coniux filia tua. **P**ropterea alius non potuit habere illam. Tunc dixit Raguel: Non dubito quod deus precibus & lacrymas meas in conspectu suo admiserit. Et credo quoniam ideo fecit uos uenire ad me: ut & ista coniungeretur cognationi sue secundum legem Moysi. Et nunc nobis dubium gerere quod tibi eam tradam. Et apprehendens dexteram filie sue dextere Tobie tradidit: dicens. Deus Abraham & deus Isaac & deus Jacob uobiscum sit. & ipse coniugat uos impleatque benedictionem suam in uobis. Et accepta charta fecerunt conscriptionem coniugij. Et post haec epulati sunt benedicentes deum. Vocauitque Raguel ad se Annam uxorem suam & precepit ei: ut prepararet alterum cubiculum. Et introduxit illuc saram filiam suam & lacrymata est. Dixitque ei: Forti animo esto filia. Dominus celi det tibi gaudium pro tercio quod perpessa es.

Ostij uero cenauerunt in
troduxerunt iuuenem ad
eam. Recordatus itaque To-
bias sermonum angeli pro-
tulit de cassidili suo partem rectoris: posuit
que eam super carbones uiuos. Tunc Raphael
angelus apprehendit demonium & re-
ligauit illud in deserto superioris egypti.
Tunc hortatus est uirginem Tobias: dixitque
ei. Sara exurge & deprecemur deum ho-
die & cras & secundum cras. quia his tribus
noctibus deo uingimur: tertia autem tuis
acta nocte: nostro erimus coniugio. Filij
quippe sanctorum sumus & non possumus
ita coniungi sicut gentes quae ignorant deum.

Surgentes autem pariter instanter ora-
bant ambo sit: ut sanitas daretur eis. Dixitque
Tobias. Domine deus patrum nostrorum be-
nedicant te celi terre mareque & fontes et
flumina & omnes creaturae tuae: quae in eis
sunt. Tu fecisti Adam de limo terre: dedi-
sti que ei adiutorium Euam. Et nunc domine
tu scis quia non luxurie & accipio sororis
meam coniugem: sed sola posteritatis di-
lectione in qua benedicat nomen tuum in
secula seculorum. Dixit itaque Sara. Mife-
rere nobis domine: miserere nobis & con-
sensemus ambo pariter tibi. Et factum
est circa pullorum cantum accessit uis
sibi Raguel seruos suos & abierunt cum
eo pariter ut foderent sepulchrum. Dice-
bat enim ne simili modo eueniret ei: quo
& ceteris alijs septem uiris quae sunt ingressi
ad eam. Cuique parasset fossam: reuersus Sa-
guel ad uxorem suam dixit ei. Mitte
unam ex ancillis tuis & uideat si mor-
tuus est: ut sepelliam eum antequam illuces-
cat. At illa misit unam ex ancillis suis. Quae
ingressa cubiculum repperit eos saluos et
incolumes secum pariter dormientes. Et
reuersa nuntiavit bonum nuntium. Et
benedixerunt dominum. Raguel uidelicet
et Anna uxor eius & dixerunt. Bene-
dicimus te domine deus israel: quia non con-
tigit nobis quemadmodum putabamus.
Fecisti enim nobiscum misericordiam tu-
am & exclusisti a nobis inimicum per-
sequentem nos. Misertus es autem duobus
unicis fac eos domine plenius benedicere
te: & sacrificium laudis tuae & suae fa-
nitatis offerre ut cognoscat uniuersitas
gentium quia tu es deus solus in uniuersa terra.

ra. Statimq; precepit seruis suis Ra-
guel ut replerent terra fossam quam fe-
cerant priusq; clucescere. & xon autem
sue dixit ut inueneret conuiuium & p-
pararet omnia que in cibis erant ut age-
tibus necessaria. Duas quoq; pingues uacas
& quattuor arietes occidi fecit & parari
epulas omnibus uicinis suis cunctisq; amicis.
Et adiurauit Raguel Tobiam ut duas eb-
domadas moraretur apud eum. De omni-
bus autem que possidebat Raguel dimidiam
partem dedit Tobie & fecit hanc scripturam
ut pars dimidia que sup erat post obitu-
m Tobie domino deueniret.

Vno uocauit Tobias ange-
lum ad se quem quidem ho-
minem existimabat dixit
q; ei Azaria frater. Peto ut
auscultes uerba mea. Si me ipsum traclam
tibi seruum non ero condignus prudentie
tue. Tamen obsecro te ut assumes tibi ani-
malia siue seruitia & uadas ad Gabellum
in Rages ciuitatem Medorum reddasque
ei chirographum suum & recipias ab eo pe-
cuniam & roges eum uenire ad nuptias i-
meas. Satis enim ipse qm numerat pater di-
es meus & si tardauero una die plus con-
tristabitur anima eius. Et certe uides quomodo
adiurauit me Raguel cuius adiuramen-
tum spernere non possum. Tunc Raphael
assumens quattuor ex seruis Raguelis et
duos camelos in Rages ciuitate Medorum
perrexit & inueniens Gabellum dedit ei
chirographum suum & recepit omnem pe-
cuniam. Indicauitq; ei de Tobia filio Tobie
omnia que gesta sunt. fecitq; eum secum

uenire ad nuptias. Cuiq; ingressus esset i-
domum Raguelis inuenit Tobiam discus-
tentem & exiliens osculati sunt se inuice.
Et fleuit Gabellus benedixitq; deum &
dixit. Benedicat te deus isrl qm filius es op-
tuni uiri & iusti & timentis deum & ele-
mosinas facientis. Et dicat benedictio su-
per uxorem tuam & super parentes uestros
& uideatis filios uestros & filios filiorum
uestrorum usq; in tertiam & quartam ge-
nerationem & sit semen urm benedictus
a deo isrl q; regnat in secula seculorum.
Cumq; omnes dixissent Amen accesserunt
ad conuiuium. Sed cum timore do-
mini nuptiarum conuiuium exercebant.

Sim uero moras faceret To-
bias causa nuptiarum soli-
citus erat pater eius Tobia
dicens. Putas quare mora-
tur filius meus aut quare detentus est
ibi? Putasne Gabellus mortuus est & ne-
mo reddet illi pecuniam? Coepit autem
contristari nimis ipse & Anna uxor eius
cum eo & coeperunt ambo similiter fle-
re eo q; die statuto minime reuertetur
filius eorum ad eos. Flebat igitur mater
eius irremediabilibus lachrymis atq; dice-
bat. heu me fili mi ut qui te misimus pe-
reginari lumen oculorum nostrorum i
baculum senectutis nostre solacium ui-
te nostre: spem posteritatis nostre. Om-
nia in te uno habentes te non debemus
dimittere a nobis. Cui dicebat Tobias. i
Tace & noli turbari. sanus est filius nra
satis fidelis est uir ille cum quo misimus
eum. Illa autem nullo modo consolari po-

terat sed quotidie exiliens circūspice-
bat & circūbat uias omnes p̄ quas spes
remendi uidebatur ut p̄ uel uideret
eum si fieri posset uenientem. At uero
Raphael dicebat ad generum suum Man-
che & ego mitam nuntium salutis de te
ad Tobiam patrem tuum. Cui Tobias ait
Ego noui q̄a pater meus & mater mea mō
dies computant & cruciatur sp̄itus eorū
in ip̄is. Cūq̄ uerbis multis rogaret Ra-
phael Tobiam & ille cum nulla ratione i-
uellat audire tradidit ei Sarā & di-
midiam partem omnis substantie sue in
pueris in puellis in pecudibus in camelis
& in uaccis & pecunia multa & saluus
atq̄ gaudentem dimisit eum a se dicens
Angelus domini sanctus sit in itinere uō
perducatur uos incolumes & inueniatis o-
mnia recte circa parentes uōs & uideant
oculi mei filios uestros priusq̄ mortari
Et apprehendentes filiam suam osculati
sunt eam & dimiserunt ire monentes eā
honorare soceros diligere maritum regē
familiam gubernare domum & scriptam
irreprehensibilem exhibere.

Uinq̄ reuertentur per-
uenerunt ad Carram que
est in medio itinere. con-
tra nauem undecimo

die. Dixitq̄ angelus Tobia frater scilicet que
admodum reliquisti patrem tuum. Si placet
itaq̄ tibi procedamus & lento gradu in-
sequantur iter nostrum familie simul cō-
iuge tua & cum animalibus. cumq̄ hoc
placuisse ut irent. dixit Raphael ad
Tobiam Tolle tecum ex felle piscis erit tibi

necessarium. Tullit itaq̄ Tobias ex felle illo
& abiit. Anna autem sedebat secus ui-
am quotidie in supercilio montis unde re-
spicere poterat de longinquo. Et dum ex
eodem loco specularetur aduentum eius
uidit a longe & illico egnouit uenientem
filium suum. currensq̄ nuntiavit uero suo
dicens. Ecce uenit filius tuus. Dixitque
Raphael ad Tobiam. At ubi introieris do-
mum tuam. statim adora dominum deum
tuum & gratias agens ei. accede ad patrem
tuum & osculare eum. statimq̄ limi super
oculos eius ex felle isto piscis. q̄ portas te
cum. Scias enim q̄m mox aperientur oculi
eius & uidebit pater tuus lumen celi &
in aspectu tuo gaudebit. Tunc pr̄currit ex-
nis q̄ sit fuerat in uia & q̄ nuntius blan-
dimento sue caude gaudebat. Et exurgens
cecus pater cepit ostendens pedibus curre-
re & data manu puero occurrit in obuiam
filio suo. Et suscipiens osculatus est eum cō-
uxore sua & ceperunt flere p̄re gaudio.
Cumq̄ adorassent deum & gratias egissent
consecderunt. Tunc sumens Tobias de felle
piscis limuit oculos patri suo. Et sustinuit
quasi dimidiis horam & cepit albugo
ex oculis eius q̄ membrana oue egredi. i
Quam apprehendens Tobias traxit ab oc-
ulis eius. statimq̄ usum recepit. Et glo-
rificabitur deum ipse uidelicet et uxor
eius & omnes q̄ sciebant eum. Dicebatq̄
Tobias. Benedico te domine q̄s sit. quia
tu castigasti me & tu saluasti me. Et ec-
ce ego uideo Tobiam filium meum. Ingres-
sa est etiam post septem dies Sara uxor
filij eius & omnis familia & pecora Sara
& cameli & pecunia multa uxoris. sed

adueniens

& illa pecunia quam receperat a Gabelo
Et narrauit parentibus suis omnia beneficia
dei que fecisset circa eum per hominem qui
cum duxerat. Venieruntque Achior & Na-
bath consobrinus Tobie gaudentes ad Tobiam
& congratulantes ei de omnibus bonis
que circa illum ostenderat deus. Et per sep-
tem dies epulantes omnes cum gaudio ma-
gno gauisi sunt.

¶ Sine uocauit ad se Tobias
filium suum dicens ei Quid
possumus dare uro isti si-
to qui uenit tecum? Respon-
dens Tobias dixit patri suo. Pater quam
mercedem dabimus ei aut quid dignum p-
terit esse beneficijs eius? Me duxit & re-
duxit sanum pecuniam a Gabelo ipse re-
cepit uxorem ipse me habere fecit & de-
monium ab ea ipse compescuit. Gaudium
parentibus eius fecit. me ipsum a deuora-
tione piscis eripuit. te quoque uidere fecit.
lumen celi & bonus omnibus per eum reple-
ti sumus. Quid illi ad hec poterimus dig-
dare? Sed peto te pater mi ut roges eum
si forte dignabitur medietatem de om-
nibus que allata sunt sibi assumere. Et i-
uocantes eum pater & filius ualerunt
in partem & rogare ceperunt ut digna-
retur dimidiam partem omnium que attu-
lerant acceptam habere. Tunc dixit eis
occulte. Benedicite deum celi & coram
omnibus uiuentibus confitemini ei quia fecit
uobiscum misericordiam suam. Et enim
faciem regis abscondere bonum est. opera
autem dei reuelare & confiteri honorificum
est. Bona est oratio cum ieiunio & ele-

mosyna magis quam thesauros auri reconde-
re quoniam elemosyna a morte liberat &
ipsa est que purgat peccata & facit inue-
nire uitam eternam. Quod autem faciunt a
peccatum & iniquitatem hostes sunt anime
sue. Manifesto ergo uobis ueritatem &
non abscondam a uobis occultum sermo-
nem. Quando orabis cum lacrymis &
sepeliebas mortuos & derelinquebas pro-
dium tuum & mortuos abscondebas per
diem in domo tua & nocte sepeliebas eos
ego obtuli orationem tuam domino. Et
quia acceptus eris deo necesse fuit ut ten-
tatio probaret te. Et nunc misit me domi-
nus ut curarem te & facerem uxorem filij
tui a demonio liberarem. Ego enim sum
raphael angelus unus ex septem que astan-
mus ante dominum. Cumque hec audissent
turbati sunt & trementes ceciderunt su-
per terram in faciem suam. Dixitque eis an-
gelus. Pax uobis. Nolite timere. Etenim
cum essem uobiscum per uoluntatem dei etiam
uidebar quodam uobiscum manducare &
bibere. sed ego abo inuisibili & potui qui
ab hominibus uideri non potest. utro-
tempus est ergo ut reuertar ad eum qui me
misit. uos autem benedicite deum & i-
narrate omnia mirabilia eius. ipsum be-
nedicite & cantate ei. Et cum hec dixisset
ab aspectu eorum ablatum est & ultra-
eum uidere non potuerunt. Tunc prostrati
per horas tres in faciem benedixerunt
deum. Et exurgentes narrauerunt om-
nia mirabilia eius.

ipsum benedicite
et cantate illi

Periens autem Tobias senior
of suum benedixit domi-
nus & dixit. Magnus es
domine in eternum & in
omnia secula regnum tuum. quoniam tu
flagellas & saluas. deducis ad inferos &
reducis. & non est q. effugiat manum tua.
C onfitemini domino filij isrl. & in conspec-
tu gentium laudate eum. qm. ideo disper-
sit uos inter gentes que ignorant eum. ut
uos enarratis mirabilia eius & faciatis sci-
re eos. q. non est alius deus omnipotens.
preter eum. Ipse castigauit nos propter in-
iquitates nostras. & ipse saluabit nos propter
misericordiam suam. Aspiciat ergo que fe-
cit nobiscum & cum timore & tremore
confitemini illi. regemq. seculorum exal-
tate in operibus uestris. Ego autem in ter-
ra captiuitatis mee confitebor illi. quoni-
am ostendit maiestatem suam in gentem
peccatricem. Conuertimini itaq. peccatores
& facite iustitiam coram domino. crede-
tes q. faciat uobiscum misericordiam suam.
C ego autem & anima mea. in eo letabimur.
Benedicite domino omnes electi eius agite
dies lxx. & confitemini illi. Hierusale
ciuitas dei castigauit te dominus in operi-
bus manuum tuarum. Confiteatur domino
bonus tuus & benedic deum seculorum. ut
reedificet in te tabernaculum suum. & re-
uocet ad te omnes captiuos. & gaudeas in
omnia secula seculorum. Luce splendida
fulgebis. & omnes fines terre adorabunt
te. Nationes ex longinquo ad te uenient
& munera deferentes adorabunt in te do-
minum & terram tuam in sanctificatione
habebunt. Nomen enim magnum in uocet.

bunt in te. Maledicti erunt q. contempe-
runt te. & condemnati erunt omnes qui
blasphemauerunt te. benedicti erunt qui
edificauerunt te. Tu autem letaberis in filij
tuis. quoniam omnes benedicent. & con-
gregabuntur ad dominum. Beati omnes q.
diligunt te. & q. gaudent sup. pacem tua. i
anima mea benedic dominum qm. libera-
uit hierim ciuitatem suam a cunctis tri-
bulationibus eius dominus deus noster. Be-
atus ero si fuerint reliquie seminis mei.
ad uidendam claritatem hierim. Porce o
hierim ex sapphyro & smaragdo. edifi-
cabuntur. & ex lapide precioso omnis or-
cutus murorum eius. Ex lapide candido
& mundo omnes platee eius sternentur. et
pueros eius alleluia cantabitur. Benedic-
tus dominus q. exaltauit eam. ut sit regni
eius in secula seculorum. sup. eam amen.

T consumati sunt sermo-
nes Tobie. Et postq. illumi-
natus est Tobias uixit an-
nis quadraginta duobus &
uixit filios nepotum suorum. Completis
itaq. annis centum duobus sepultus est. o
honorifice in iunior. Quinquaginta namq.
& sex annorum lumen oculorum amisit.
sexagenarius uero recepit. Reliquum
uero uite sue in gaudio fuit. & cum bo-
no p. timoris dei pertexit in pace. In
hora autem mortis sue uocauit ad se To-
biam filium suum & septem iuuenes filio-
suos nepotes dixitq. eis. Prope erit inte-
rius sanus. Non enim occidit uer-
bum domini & fratres nostri q. dissi-
si a terra isrl. reuertentur ad eam. Omnis

autem deserta terra eius replebitur & domus dei que in ea incensa est iterum reedificabitur ibique reuertentur omnes timentes deum & relinquent gentes idola sua & uenient in hierusalem & inhabitabunt in ea omnes gentes terre adorantes deum istum. Audite ergo filij mei patrem uestrum. Seruite domino in ueritate & inquirite ut faciat que placita sunt illi. Et filijs uestris mandate ut faciant iustitias & elemosinas ut sint memores dei & benedicant deum in omni tempore in ueritate & in tota uirtute sua. Nunc ergo filij audite me & nolite manere huius. Sed quacumque die sepelietis matrem uestram circa me in uno sepulchro ex eo dirigite gressus uestros ut exeat hinc. Si ideo enim quia iniquitas eius finem dabit ei. Factum est autem post obitum matris sue Tobias abscessit ex ratiua cum uxore sua & filijs & filiorum filijs & reuersus est ad sacerdos suos inuenitque eos incolumes in senectute bona & curam eorum gressit. Et ipse clausit oculos eorum & omnem hereditatem domus Raguelis ipse percepit. iudithque quantum generationem filios filiorum suorum. Et completis annis nonaginta & nouem in timore domini cum gaudio sepelierunt eum. Omnis autem cognatio eius & omnis generatio eius in bona uita & in sancta conuersatione permansit. ita ut accepti essent tam deo quam hominibus & cunctis habitantibus terram.

P V D hebreos liber iudith inter agiographa legitur cuius auctoritas ad roboranda illa que in contentione ueniunt

minus idonea iudicantur. C haldæo tamen sermone conscriptus inter historias computatur. Sed quia hunc librum synodus niceana in numero sanctarum scripturarum legitur computasse: acque postulatum ut ismo exactione & sepositis occupationibus quibus uehementer artabatur hinc unam lucubratiunculam dedit magis sensum e sensu quam ex uerbo uerbum transferens. Multorum eorum uarietatem curiosissimam amplexatus sola ea que intelligentia integra in uerbis chaldæis inuenire potuit. Latinis expressit. Accipite iudith uidiuam castitatis exemplum & triumphali laude perpetuis campis conij declarate. Hanc enim non solum feminis sed & uiris imitabilem dedit quæ castitatis eius remunerator uirtutem ei talem tribuit ut inuidium omnibus hominibus uincere et insuperabilem superare.

[Faint bleed-through text from the reverse side of the page]

[Faint bleed-through text from the reverse side of the page]

R PHAN
ITA QVE
rex aedore
subiugauerat
multas gero
tes imperio
suo & ipse e
dificauit ei

uitatem potentissimam quam appellauit
egbatbams. Ex lapidibus quadratis & i
sectis fecit muros eius in altitudine cubito
rum septuaginta & in latitudine cubito
rum triginta. turres uero eius posuit in
altitudine cubitorum centum. Per qua
drum uero earum. latus utriusq. uiceno
pedum spatio tendebat. posuitq. portas
eius in altitudine turrium. Et gloria
bat quasi potens in potentia exercitus sui
& in gloria quadrigarum suar. Anno igitur
duodecimo regni sui Nabuchodonoso
rex Assyriorum q. regnabat in babilonia ci
uitate magna pugnauit contra Arphaxat
& obtinuit eum in campo magno q. appella
tur ragra circa euphratem & Tigrin &
Jadason in campo erioch regis elicorum.

Tunc exaltatum est regnum Nabuchodo
nosor & cor eius eleuatum est. Et misit ad
omnes q. habitabant in Cilicia & Damasco
& libano & ad gentes que sunt in carne
lo & cedar & inhabitantes galileam in
campo magno esdrelon & ad omnes q. erat
in sunaria & trans flumen Jordanem usque
hertin & omnem terram jesse. quousq. per
ueniat ad montes ethiope. Ad hos omnes
misit nuntios Nabuchodonosor rex Assyrio
rum q. omnes uno animo contradixerunt &
remiserunt eos uacuos ac sine honore abierunt.
Tunc indignatus Nabuchodonosor rex ad
omnem terram illam iurauit perthronum &
regnum suum qd. defenderet se de omnibus
regionibus his.

Anno tertio decimo Nabu
chodonosor regis uicesima
& secunda die mensis primi
factum est uerbum in domo
Nabuchodonosor regis Assyriorum ut de
fenderet se. Secauitq. omnes maiores natv.
omnesq. duces bellatores suos & habuit eis
mysterium consilij sui. Dixitq. cogita.

tionem suam in eo esse. ut omnem terram
suo subiugaret imperio. Quod dictum cui
placuisse omnino uocauit Nabuchodonoso
for h rex Holofernem principem militie
sue & dixit ei. Egrede te aduersus omne
regnum occidentis. & contra eos precipue
q̄ contempserunt imperium meum. Non
paros. oculus tuus ulli regno. omnemq̄ ur
bem munitam subiugabis mihi. Tunc holofe
nes uocauit duces & magistratus uirtutis
Assyrorum & dinumerauit uiros in expe
ditione sicut precepit ei Rex centum ui
ginti milia peditum pugnatorum. & equos
sagittarios duodecim milia. Omnemq̄ expe
ditionem suam fecit. prout in multitudine
innumerabilium camelorum. cum his que
exeratiis sufficerent copiose. boum quocq̄
armenta gregesq̄ ouium quorum non ex
numerus. frumentum ex omni Syria in
transitu suo parū constituit. Aurum uero et
argentum de domo regis assumpsit multu
numis. Et p̄fectus est ipse & omnis exer
atus cum quadrigis & equis & sagittarijs
q̄ cooperuerunt faciem terre sicut locuste
C unq̄ p̄transisset fines Assyrorum. uenit
ad magnos montes ange q̄ sunt a sinistro
cilicie. ascenditq̄ omnia castella eorum
& obtinuit omnem munitiōem. Effregit
autem ciuitatem opulentissimam Meloth.
p̄cedauitq̄ omnes filios Tharsis & filios sin
el q̄ erant contra faciem deserti & ad au
strum terre celeo. Et transiit Euphratem
& uenit in mesopotamiam & fregit om
nes ciuitates excelsas que erant ibi a to
rente Mambre usq̄ quo peruenitur ad
mare & occupauitq̄ terminos eius a cilicia
usq̄ ad fines sapher q̄ sunt ad austrum. &

adduxitq̄ omnes filios mada & p̄ceda
uit omnem locupletationem eorum. om
nesq̄ resistentes sibi occidit in ore gladij.
Et post hoc descendit in campos damasco
in diebo messis & succendit omnia sata. &
omnesq̄ arbores & uineas fecit incidi. & p̄
occidit timor illius super omnes inhabitan
tes terram.

Tunc miserunt legatos suos
uniuersarum urbium ac
p̄uinciarum Reges ac prin
cipes syrie scilicet & meso
potamie & syrie. sobal & libye atq̄ cili
cie q̄ uenientes ad holofernem dixerunt.
Desinat indignatio tua. circa nos. Melius
est enim ut uiuentes seruamus Nabucho
donosor regi magno & subditi sumus tibi
q̄ morientes cum intentu nostro ipsi ser
uitutis nostre clama. patiamur. Omnis ci
uitas nostra. omnisq̄ possessio. omnes mo
tes & colles & campi et armenta boum.
& gregesq̄ ouium & captarum equorumque
& camelorum & uniuersae facultates n̄re
atq̄ familie in conspectu tuo st. Sunt omnia
sub lege tua. Nos etiam & filij nostri ser
ui tui sumus. Veni nobis pacificus dominus
& utere seruis n̄ris sicut placuerit tibi.
Tunc descendit de montibus cum equis
in uirtute magna et obtinuit omnem ciui
tatem & omnem inhabitantem terram. De
uniuersis aut̄ urbibus assumpsit sibi auxilia
rios uiros fortes & electos ad bellum. Tan
tusq̄ metus p̄uincijs illis incubuit. ut uni
uersarum urbium habitatores principes et
honorati simul cum populis exirent in ob
uiam uenienti. excipientes eum cum eo

ronis & lampadibus ducentes choros in tym-
panis & tibis. Nec ista tamen facientes fe-
licitatem eius peccatoris mitigare potuerunt.
Nam & ciuitates eorum destruxit & lucos
eorum excidit. Preceperat enim illi Na-
buchodonosor rex. ut omnes deos terre
exterminaret. uidelicet ut ipse solus dice-
retur deus ab his nationibus que potuissent
Holofernis potentiam subiugari. Pertransien-
tem autem syriam sobal & omnem appamiam
omnemque mesopotamiam uenit ad Idumeos
intra Gabaa. accepitque ciuitates eorum. &
sedet ibi per triginta dies in quibus diebus adu-
nari precepit uniuersum exercitum uirtu-
tis sue.

Tunc audientes hec filii isrl
qui habitabant terram iuda-
timuerunt ualde a facie eius.
Terror etiam & hor-

ror inuasit sensus eorum. ne hec faceret hic
etiam & templo domini quod fecerat ceteris
ciuitatibus & templis earum. Et miserunt in
omnem samariam per circuitum usque hie-
richo & preoccupauerunt omnes uertices
montium & muris circumdederunt uicos
illos & congregauerunt frumenta in pre-
paratione pugne. Sacerdos etiam Eliachi
scripsit ad uniuersos qui erant contra Elche-
lon que est contra faciem campi magni o-
iuxta dotam. & in uertibus per quos uia tran-
situs esse poterat. ut obtinerent ascensus
montium per quos uia esse poterat ad hie-
rusalem. & illic custodirent ubi angustus
iter esse poterat inter montes. Et fecerunt
filii isrl secundum quod constituerat eis sac-
erdos domini Eliachi. Et clamauit omnis
populus ad dominum instantia magna.

& hinc in
dysphemum
genibus

humiliauerunt animas suas in ieiunijs &
orationibus ipsi & mulieres eorum. Et indu-
erunt se sacerdotes cilijs. infantes pretra-
uerunt contra faciem templi domini & i
altare domini operuerunt cilio. Et da-
mauerunt ad dominum deum isrl unani-
miter. ne darentur in preda infantes eorum
& uxores eorum in diuisionem. & ciuita-
tes eorum in exterminium & sancta eorum
in pollutionem. Tunc Eliachim sacerdos
domini magnus circuitit omnem isrl. allo-
cutusque est eos dicens. Scitote quoniam exaudi-
et dominus preces uestras si manentes per-
manseritis in ieiunijs & orationibus in con-
spectu domini. Memores estote moysi ser-
ui domini. qui Amalech confidentem in
uirtute sua & in potentia sua & in exer-
citu suo & in clypeis suis & in curru suo
& in equis suis non ferro pugnando sed
precibus sanctis orando deiecit. Sic erunt
uniuersi hostes isrl si perseveraueritis in
hec opere quod coepistis. Ad hanc igitur ex-
hortationem eius deprecantes dominum per-
manebant in conspectu domini. ita ut &
hi qui offerrebant domino holocausta. pre-
cincti cilijs offerrent sacrificia domino
& erat cinis super capita eorum. Et ex
toto corde suo omnes orabant deum. ut
uisitans populum suum isrl.

Narratumque est holofer-
ni principi milicie assyro-
rum qui filii isrl preparare
se ad resistendum. ac mo-
tuum itinera concludissent & furore in-
immo exarsit in iracundia magna. Vocauitque
omnes principes moab & duces o-

Ammon & dixit eis. Dicite mihi quod sit populus iste. quod montana obsidetur. aut que et quales & quante sint civitates eorum. que etiam sit virtus eorum. aut que sit multitudo eorum. ut quod rex militie illorum. & quare pro omnibus qui habitant in oriente isti contempserunt nos. & non exierunt in obviam nobis. ut susciperent nos cum pace. Tunc Achior dux omnium filiorum Ammon. respondens ait. Si digneris audire. domine. dicam veritatem in conspectu tuo de populo isto. qui in montanis habitat. & non cogitur. dicitur verbum falsum ex ore meo. Populus iste. ex progenie Chaldeorum est. hic primum in Mesopotamia habitavit. quoniam noluerunt sequi deos patrum suorum. qui erant in terra Chaldeorum. Deferentes itaque ceremonias patrum suorum. que in multitudine deorum erant. unum deum celi coluerunt. qui & precepit eis ut exirent inde. & habitarent in Charran. Cumque operisisset omnem terram fames descenderunt in Egyptum. illicque per quadringentos annos sic multiplicati sunt. ut dinumerari eorum non posset exercitus. Cumque gravasset eos rex Egypti atque in edificationibus urbium suarum in luto & latere subjugasset eos. clamaverunt ad dominum suum. & percussit totam terram Egypti plagis variis. Cumque excessissent eos Egypti a se. & cessasset plaga ab eis. & iterum eos vellent capere & ad suum servitium revocare. fugientibus hiis deus celi mare aperuit. ita ut hincinde aque quasi murus solidarentur. & isti pede sicco fundum maris perambulando transirent. In quo loco dum innumere tabilis exercitus Egyptiorum eos persequitur.

ita aque cooperitus est. ut non remaneret. ut unus qui factum posteris nuntiaret. Egressus etiam mare rubrum deserta syna montis occurrerunt. in quibus nunquam homo habitare potuit. ut filius hominis requirit. Illic fontes amari obdulgati sunt. eis ad bibendum. & per annos quadraginta. annonam de celo consecuti sunt. Vbi cum ingressi sunt sine arcu & sagitta. & absque scuto & gladio. deus eorum pugnavit. pro eis & vicit. & non fuit qui insultaret populo isti. nisi quoniam recessit a cultu domini dei sui. Quotiens cumque autem preter ipsum deum alterum coluerunt. dati sunt in praedam & in gladium & in obprobrium. Quotiescumque autem poenituerunt se recessisse a cultura dei sui. dedit eis deus celi virtutem resistendi. Denique Chanaanem regem & Jebuseum & pherezium & etheum & eueum & Amorreum. & omnes potentes in Eselore prostraverunt. & terras eorum & civitates eorum ipsi possederunt. & usque dum non peccarent in conspectu dei sui erant. cum illis bonis. Deus enim illorum odit iniquitatem. Nam & ante hos annos cum recessissent a via quam dederat illis deus ut ambularent in ea. exterminati sunt preceps a multis nationibus & plurimi eorum captivi adducti sunt in terram non suam. Nuper autem reversi ad dominum deum suum ex dispersione qua dispersi fuerant. adunati sunt. & ascenderunt montana. hec omnia & iterum possident. hinc ubi sunt sancta sanctorum. Nunc ergo mi domine perquire si est alia. & iniquitas eorum in conspectu dei eorum. ascendamus ad illos. quoniam tradens tradet illos deus eorum tibi. & subugati erunt sub

uigo potentie tue. Si uero non est offen-
sio populi huius coram deo suo non pote-
rimus resistere illi. quoniam deus eorum de-
fendat illos. & erimus in opprobrium uniuersae
terre. Et factum est cum cessasset loqui.
A chior uerba haec irati sunt omnes magna-
tes holofernes & cogitabant interficere &
dicentes ad alterutrum. Quis est iste qui fi-
lius israhel posse dicat resistere regi Nabuchodonosor & exercitibus eius. homines in uirtute
& sine uirtute. & sine peritia artis pugne.
Vt ergo agnoscat Achior. quoniam fallit nos. &
ascendimus in montana. & cum capti fue-
runt. potentes eorum tunc cum eisdem.
gladio transuerberabit. ut sciat omnis
gens quoniam Nabuchodonosor deus ter-
re est & praeter ipsum alius non est.

Actum est autem cum
cessasset loqui. indignatus
Holofernes uehementer
dixit ad Achior. Quoniam pro-
phetasti nobis dicens quod gens israhel defen-
dat deo suo ut ostendam tibi quoniam
non est deus nisi Nabuchodonosor. cum
percuissimus eos omnes sicut hominem
unum. tunc & ipse cum illis Assyro
gladio intemis. & omnis israhel tecum per-
ditione disperdet. et probabit quoniam Nabu-
chodonosor dominus sit uniuersae terre.
Tuncque gladius militie mee transiet per latera
tua. & confixus cades intra uulneratos israhel
& non respirabis ultra donec exterminet
te cum illis. Porro autem si prophetiam tua
ueram existimas non concidat uultus tuus
usque & pallor qui faciem tuam obunet abscedat
a te. si uerba mea mea haec putas im-

plere non posse. Ut autem nouens quia
simul cum illis haec experieris. ecce ex
haec hora illorum populo sociaberis. ut di-
dignas tui gladii penas exceperint. ipse
simul ultioni subiacas. Tunc Holofernes pre-
cepit seruis suis ut comprehenderent Achior
& ducerent eum in Bethuliam & tra-
derent eum in manus filiorum israhel. Et ac-
cipientes eum serui Holofernes profecti sunt
per campestria. sed cum appropinquassent
ad montana exierunt contra eos fundibus
larij. Illi autem diuertentes a latere mo-
tis ligauerunt Achior ad arborem ma-
nibus & pedibus. & sic uinctum de restibus
dimiserunt eum. et reuersi sunt ad domi-
num suum. Porro filij israhel descendentes de
Bethulia uenerunt ad eum. Quem solu-
tes duxerunt ad Bethuliam atque in me-
dium populi illum statuentes percontati
sunt. quod rerum esset quod illum uinctum
Assyri reliquissent. In diebus illis erant il-
lic principes. Ozias filius Michae de tribu
Symeon & Charim qui & Gothoniel. In me-
dio itaque seniorum & in conspectu omnium
Achior dixit omnia quae locutus fuerat
ab Holoferne interrogatus & qualiter
populus Holofernes uoluisse propter haec ue-
bum interficere eum & quomodo admodum
ipse Holofernes iratus iussit eum israheli-
tis haec de causa tradi ut dum uinceret filios
israhel. tunc & ipsum Achior diuersis uideat
intere supplicij propter haec quod dixisset.
deus caeli defensor eorum est. Cumque Achior
uniuersa haec exposuisset. omnis popu-
lus cecidit in faciem adorantes dominum.
& communem lamentationem & fleu unanimes
petecul suas domino effuderunt. di-

centes Domine dñs celi & terre intueo se
perbiam eorum & respice ad nostram hu
militatem & faciem sanctorum tuorum
attende & ostende quomam non dereli
qs presumptel de te & presumptel de
se & de sua uirtute gloriantes humilias.
Finito itaq; flexu & per totam diem oratio
ne populorum completa. consolati sunt
Abior dicentes. Deus patrum nostrorum
cuius tu uirtutem predicasti ipse tibi ha
dabit uicissitudinem ut eorum magis tu
meritum iudeas. Cum uero dominus dñs
noster dederit hanc libertatem seruis sui
sit & tecum dñs in medio nostri ut sicut
placuit tibi ita cum tuis omnibus con
uersens nobiscum. Tunc Ozias finito con
silio suscepit eum in domum suam & fe
cit coenam magnam. Et uocatis omnibus
presbiteris scti expleto ieiunio refecerunt.
Postea uero conuocatus omnis populus pe
totam noctem intra ecclesiam orauerunt
petentes auxilium a deo isrl.

Holofernes autem altera die
die precepit exercitibus suis
ut ascenderent contra Be
thuliam. Erant autem pe
dites bellatorum centum uiginti milia &
eques uiginti duo milia. praeter preparationem
uroorum illorum quos occupauerat cap
tuitas & adducti fuerant de prouincijs
& urbibus uniuerse iuuentutis. Omnes
parauerunt se pariter ad pugnam contra
filios isrl. & uenerunt per crepidinam mo
tis usq; ad apicem q; respicit super dothar
a leo q; dicitur belma usq; ad chelmon
q; est contra esdrelon. filij autem israel

ut uiderent multitudinem illorum prostr
uerunt se super terram mutantes cineres
super capita sua. unanimes orantes ut
dñs isrl misericordiam suam ostenderet se
per populum suum. Et assumptes arma
sua bellica sederunt p loca que angusti
itineris trauitum dirigit inter montu
osa & erant custodientes ea tota die &
nocte. Porro holofernes dum circuit per
gyrum repperit q; fons qui influebat aq;
ductum illorum a parte australi extra
ciuitatem dirigens & et machi precepit
aqueductum illorum. Erant tamen
non longe a muris fontes ex q; furti
uidebantur aurire aquam ad refocillan
dum potius q; ad potandum. Sed filij
ammon & moab accesserunt ad holo
fernem dicentes. Filij isrl non in lancea
nee in sagitta confidunt. sed montes de
fendunt illos & mununt illos colles in
precepitio constituti. Ut ergo sine con
gregatione pugne possis superare eos po
ne custodes fontium ut no; hauriant ex
eis & sine gladio interficias eos uel cer
te fatigati tradent ciuitatem suam qua
putant in montibus positam superari non
posse. Et placuerunt uerba hec coram
holoferne & coram satellitibus eius & co
stituit per gyrum centenarios per singu
los fontes. Cuiusq; ista custodia per dies ui
ginti fuisse expleta. defecerunt cister
ne & collectiones aquarum omnibus in
habitantibus Bethuliam. ita ut non esset
intra ciuitatem unde satiarentur ul una
die qm ad mensuram dabit populus aq;
quotidie. Tunc ad Oziam congregati
omnes uiri foemineq; iuuenes & paruuli

omnes simul una uoce dixerunt. Iudice
d's inter nos & te. quoniam fecisti in nos
mala nolens loq pacifice cum Assyris &
propter hoc uendidisti nos d's in manib' eo
rum. Et id non est q adiuuet cum proste
namur ante oculos eorum in siti & in
perditione magna. Et nunc congrega
te uniuersos q in ciuitate sunt ut sponte
tradamus nos om's populo holofernis. Me
lius est enim ut captiui benedicamus do
minum uiuentes q moriamur & simus i
obprobrium omni carni. cum uideamus
uxores nostras & infantes nostros mori
ante oculos nostros. Contestamur hodie
& diriges iustum. scrutans cor-
da & renes deus. iustum adiutorium me-
um a domino. q saluos facit rectos corde.
Deus iudex iustus fortis & patiens. nul-
quid irascitur per singulos dies. Nisi co-
uersi fuerint gladium suum uibrabit. ar-
cum suum tetendit & parauit illum. Et
in eo parauit uasa mortis. sagittas suas ar-
dentibus effecit. Ecce parturit iniustitiam.
concepit dolorem & peperit iniquitatem.
Lacum aperuit & effecit eum. & inci-
dit in foueam quam fecit. Conuertetur
dolor eius in caput eius. & in uerticem
ipsius iniquitas eius descendet. Confitebo
domino secundum iustitiam eius. & psal-
lam nomini domini altissimi.

Omne dominus noster
q admirabile est nome-
tuum in uniuersa terra.
Quoniam eleuata est
magnificencia tua super celos. Ex ore i-
fantium & lactentium perfecisti laudes
propter inimicos tuos. ut destruas inimi-
cum & ultorem. Quoniam uidebo celo

tuos opera digitorum tuorum. lunam &
stellas que tu fundasti. Quid est homo
q̄ memor es eius. aut filius hominis quo
nam uisitas eum. Minuisti eum paulo
minus ab angelis. gloria & honore coro
nasti eum & constituisti eum super ope
ra manuum tuarum. Omnia subiecisti sub
pedibus eius. oues & boues uniuersas. insu
per & pecora campi. Solueres celi &
pisces maris. q̄ perambulant semitas ma
ris. Domine dominus noster. q̄ admirabi
le est nomen tuum in uniuersa terra.

Confitebor tibi domine
in toto corde meo. nar
rabo omnia mirabilia tua.

Letabor et exultabo i
te psallam nomini tuo altissime. In con
uertendo inimicum meum retrorsum. in
firmabuntur & peribunt a facie tua.
Quoniam fecisti iudicium meum & causa
meam. sedisti super thronum q̄ iudicas
iustitiam. Incepisti gentes & perijt un
iuersus. nomen eorum delesti in eternum
& in seculum seculi. Inimici defecerunt
fratres in finem & ciuitates eorum des
truxisti. Perijt memoria eorum cum so
nitu & dominus in eternum permanet.
Parauit in iudicio thronum suum & ipse
iudicabit orbem terre in egritate. iudica
bit populos in iustitia. Factus est do
minus refugium pauperi. adiutor in ope
tunitate in tribulatione. Et sperent
in te q̄ nouerunt nomen tuum. quoniam
non dereliquisti querentes te domine.
Psallite domino q̄ habitat in syon. annu

tiate inter gentes studia eius. Quoniam
requirit sanguinem eorum recordatus est.
non est oblitus clamorem pauperum. Misere
re mei domine. uide humilitates
meas de inimicis meis. Qui exaltas me
de portis mortis. ut annuntiem omnes la
udationes tuas in portis filie syon. Exulta
bo in salutem tuam. infixe sunt gentes in in
teritum quem fecerunt. In laqueo isto que
absconderunt comprehensus est pes eorum.
Cognoscetur dominus iudicia faciens in
operibus manuum suarum comprehensus
est peccator. Conuertantur peccatores i
infernum. omnes gentes que obliuiscuntur
deum. Quoniam non in finem obliuio erit
pauperis. patientia pauperum non peribit in
finem. Exurge domine non confortetur
homo. iudicentur gentes in conspectu tuo.
Constituere domine legislatorem super eos
ut sciant gentes quoniam homines sunt.
Ut qd̄ domine recessisti longe. despicias
in oportunitatibus in tribulatione. Dum
superbit impius incenditur pauper. com
prehenduntur in consilijs quibus cogitant.
Quoniam laudatur peccator in desiderijs
anime sue & iniquus benedicatur. Cœca
cerbant dominum peccatores. secundum
multitudinem ire sue non querunt. Non
est deus in conspectu eius iniquitate sunt
uice illius in omni tempore. Auferuntur
iudicia tua a facie eius omnium inimico
rum suorum dominabitur. Dixit enim
in corde suo. non mouebor generatione i
generationem sine malo. Cuius maledic
tione os plenum est & amaritudine & i
dolo. sub lingua eius labor & dolor. Se
det in insidijs cum diuitibus in occultis.

ut interficiat innocentem. Oculi eius in
pauperem respiciunt. insidiatur in absco-
dito quasi leo in spelunca sua. Insidiatur
ut rapit pauperem rapere pauperem de-
trahit eum. In laqueo suo humiliabit eum
inclinabit se & cadet cum dominatus fu-
erit pauperum. Dixit enim in corde suo
oblitus est deus auertit faciem suam ne uideat
in finem. Exurge domine deus &
exaltetur manus tua. ne obliuiscaris pa-
uperum. Propter quod irritauit impius de-
um. dixit enim in corde suo non require-
des id est quoniam tu laborem & dolorem co-
sideras. ut trahas eos in manus tuas. Tibi
derelictus est pauper. orphano tu eris ad-
iutor. Contere brachium peccatoris &
maligni quereatur peccatum illius & non
inuenietur. Dominus regnabit in eternum
& in seculum seculi. peribunt gentes do-
ctrina illius. Desiderium pauperum exau-
diunt dominus preparationem cordis e-
orum audiuit auris tua. Iudicare pupi-
lo & humili. ut non apponat ultra magni-
ficare se homo super terram.

N domino confido quo
dicatis anime mee. trans-
migrata in montem sicut
passer. Quoniam ecce pec-
catores intenderunt arcum. parauerunt
sagittas suas in pharetra ut sagittent in
obscuro rector corde. Quoniam quem pe-
fecisti destruxerunt. iustus autem qd
fecit. Dominus in templo sancto suo. do-
minus in celo sedes eius. Oculi eius in
pauperem respiciunt. palpebre eius in terra
regant filios hominum. Dominus interro-

gat iustum & impium qui autem diligit in-
iquitatem odit animam suam. Pluet super
peccatores laqueos ignis & sulphur et spiritus
peccellorum pars calicis eorum. Quoniam
iustus dominus & iustitias dilexit. eq-
tatem iudic uultus eius.

Alium me fac domine
quoniam defecti sunt ueri-
tates filijs hominum.
Vana locuti sunt unusquisque ad proximum
suum. Labia dolosa. in corde locuti sunt.
Disperdat dominus uniuersa. Labia dolo-
sa & lingua magniloquam. Quod dixerunt
linguam nostram magnificabimus. Labia nostra
a nobis sunt. quis noster dominus est. Propter
misericordiam inopum & gemitum pauperum.
nunc exurgam dicit dominus. Ponam in
salutari. fiducialiter agam in eo. Et loquar
domini eloquia casta. argentum igne exami-
natum. probatum terre purgatum septem-
plum. Tu domine seruis nos & custodi
es nos a generatione hac in eternum. In
circuito impij ambulat. secundum altit-
tudinem tuam multiplicasti filios hominum.

Squequo domine obli-
uiscens me in finem usque
quo auertis faciem tuam
a me. Quadis ponam
consilia in anima mea. dolorem in corde
meo per diem. Siquequo exaltabitur
inimicus meus super me. respice & exau-
di me domine deus meus. Illumina oculos
meos ne unquam obdormiam in morte. neque

dicat inimicus meus preualij aduersus
cum. Qui tribulant me exultabunt si
motus fuero ego autem in misericordia
tua speraui. Exultabit cor meum in sa
lutari tuo cantabo domino q bona tri
buit mihi & psallam nomini domini al
tissim.

Ixit insipiens in corde i
suo non est dñs. Corrup
ti sunt & abominabiles
facti sunt in studijs suis
non est q faciat bonum non est usq ad
unum. Dominus de celo pspexit super
filios hominum ut uideat si est intelli
gens aut regrens deum. Omnes decli
nauerunt sct inuiles facti sunt non est
q faciat bonum non est usq ad unum.
S epulebrum patens est guttur eorum. li
guis suis dolose agebant uenenum aspi
dum sub labijs eorum. Quorum os male
dictione & amaritudine plenum est. ut
loces pedes eorum ad effundendum san
guinem. Contentio & infelicitas in uis
eorum & uiam pacis nō cognouerunt.
non est timor dei ante oculos eorum. **O**
Nonne cognoscent omnes q opantur in
iquitatem qui deuorant plebem meam si
cut escam parus. Dominum non inuoca
uerunt illic trepidauerunt timor ubi nō
erat timor. Quoniam dominus in gene
ratione iusta est. consilium inopum con
fudisti quoniam dñs spes eius est. **Q**s
dabit ex syon salutare isrl. cum auer
tit dominus captiuitatem plebis sue exul
tabit jacob & letabitur isrl.

Omne qf habitabit in ta
bernaculo tuo. aut quis
requeset in monte sancto
tuo. Quis ingreditur si
ne macula & operatur iustitiam. **Q** loq
tur ueritatem in corde suo q non egit i
dolum in lingua sua. Nec fecit pximo
suo malum & obprobrium non accepit ad
uersus pximos suos. Ad nihilum declue
tus est in conspectu eius malignus timen
tes autem dominum glorificat. **Q** uirat
pximo suo & nō decipit. q pecuniam suam
nō dedit ad usuram & munera super
innocentem nō accepit. **Q** facit hec nō
mouebitur in eternum.

Conserua me domino qm
speraui in te. dixi domi
no dñs meus es tu quonia
bonorum meorum non
egit. Sanctis q sunt in terra eius. iustifica
uit omnes uoluntates meas in eis. Multipli
catis sunt infirmitates eorum postea acci
lerauerunt. Non congregabo conuen
tacula eorum de sanguinibus nec memo
ero nominum eorum p labia mea. Domini
pars hereditatis mee & calias mei tu es
q restitues hereditatem meam mihi. Tu
nes ceciderunt mihi in preclaris etenim
hereditas mea preclara est mihi. Bene
dicam dominum q tribuit mihi intellē
tum insuper & usq ad noctem increpue
runt me tñes me. Prouidebam dominū
in conspectu meo semper quoniam d
dextis est mihi ne commouear propter
hoc letatum est cor meum & exulta
uit lingua mea. insuper & caro mea

reges & in spe. Quoniam non derelinqs
animam meam in inferno. nec dabis sem-
tuam uidere corruptionem. Notas mihi
fecisti uias uite. adimplebis me letitia
cum uultu tuo. delectationes in dextera
tua usque in finem.

Naudi domine iustitia
meam. intende depreca-
tionem meam. **A**uribus
percipe orationem meam.
no in labijs dolosis. De uultu tuo iudicium
meum predeat. oculi tui uideant equitatem.
Probasti cor meum & uisitasti nocte. igne
me examinasti & non est inuenta in me
iniquitas. **N**e non loquatur os meum opera
hominum. pp uerba labiorum tuorum ego
custodiu uias tuas. Perfice gressus meos
in sentis tuis ut non moueant uestigia
mea. **E**go clamaui quoniam exauclisti
me ds. inclina aurem tuam mihi & exaudi
uerba mea. **M**inifica misericordias tuas.
q saluos facis sperantes in te. **A** resisten-
tibus dextere tue custodi me ut pupilla
oculi. **S**ub umbra alarum tuarum protege
me a facie impiorum q me affluerunt.
Linici mei animam meam circūdedere
adipem suum. concluderunt. os eorum lo-
cutum est supbiam. **P**roycientes me nūc
circūdedere me. oculos suos statuerunt
declinare in terram. **S**usceperunt me sicut
leo paratus ad preclam & sicut catulus
leonus habitans in abditis. **E**xurge dñe
preueni eum & supplantam eum. eripe a-
nimam meam ab impio. frangeam tuam ab
inimici manus tue. **D**omine a patris de-
terra diuide eos in uita eorum & de-

absconditis tuis adimpletus est uenter
eorum. **S**aturati sunt filijs & dimiserunt
reliqas suas puulis suis. **E**go autem in
iusticia apparebo conspectui tuo. **S**atiabo
cum apparuerit gloria tua.

Ligam te domine for-
tudo mea. dominus
firmamentum meum &
refugium meum & libe-
rator meus. **D**eus meus adiutor meus &
sperabo in eum. **P**rotector meus & cornu
salutis mee & susceptor meus. **L**audans
inuocabo dominum & ab inimicis meis
saluus ero. **C**ircūdedere me dolores
mortis & torrentes iniquitatis conturba-
uerunt me. **D**olores inferi circūdedere
preoccupauerunt me laquei mortis. **I**n
tribulatione mea inuocaui dominum &
ad deum meum clamaui. **E**t exaucluit
de templo sancto suo uocem meam & ch-
mor meus in conspectu eius inuoluit in
aures eius. **C**ommota est & contrem-
uit terra. fundamenta montium contur-
bata sunt & commota sunt. quoniam
iratus est eis. **A**scendit fumus in ira eius
& ignis a facie eius exarsit. carbonel succē-
si sunt ab eo. **I**nclinauit celos & descendit
& caligo sub pedibus eius. **E**t ascendit sup
cherubin & uolauit uolauit super pennas
uentorum. **E**t posuit tenebras latibulum
suum in circuitu eius tabernaculum eius.

tenebrosa aqua in nubibus aëris. Præ fulgore in conspectu eius nubes transierunt. grando & carbones ignis. Et intonuit. Et de celo dominus & altissimus dedit uocem suam. grando & carbones ignis. Et misit sagittas suas et dissipauit eos. fulgura multiplicauit & conturbauit eos. Et apparuerunt fontes aquarum & reuelata sunt fundamenta orbis terrarum. Ab increpatione tua domine. ab inspiratione spiritus iræ tue. Misit de summo & accepit me. & assumpsit me de aquis multis. Eripuit me de inimicis meis fortissimis. & ab his qui oderunt me. quoniam confortati sunt super me. preuenierunt me in die afflictionis mee. & factus est dominus protector meus. Et eduxit me in latitudinem. saluum me fecit. quoniam uoluit me. Et retribuet mihi dominus secundum iustitiam meam. et secundum puritatem manuum mearum retribuet mihi. Quia cunctum uisum domini nec impie gessi a deo meo. Quoniam omnia iudicia eius in conspectu meo & iustitias eius non repuli a me. Et ero immaculatus cum eo & obseruabo me ab iniquitate mea. Et retribuet mihi dominus secundum iustitiam meam. & secundum puritatem manuum mearum in conspectu oculorum eius. Cum sancto sanctus eris & cum uiro innocente innocens eris. Et cum electo electus eris. & cum peruerso peruerteris. Quoniam tu in populum humilem saluum facies. & oculos superbiorum humiliabis. Quoniam tu illuminas lucernam meam domine. deus meus illumina tenebras meas. Quoniam in te conuersus sum a tentatione. & in deo meo trans-

grediar murum. Deus meus impolluta uia. eius eloquia domini igne examinata. protector est omnium sperantium in te. Quoniam quod deus propter dominum. aut quod deus propter deum nostrum. Deus qui precinxit me uirtute. & posuit immaculatam uiam meam. Quod perfecit pedes meos tanquam ceruorum. & super excelsa statuens me. Qui docet manus meas ad prelium. & posuisti ut arcum. erum brachia mea. Et dedisti mihi protectionem salutis tue. & dextera tua suscepit me. Et disciplina tua correxit me in sinem. & disciplina tua ipsa me docebit. Dilatasti gressus meos subter me. & non sunt infirmata uestigia mea. Persequar inimicos meos & comprehendam illos. & non conuertar donec deficiant. O confringam illos nec poterunt stare. cadent subter pedes meos. Et preuenxisti me uirtute. ad bellum & supplantasti in surgentes in me subter me. Et inimicos meos dedisti mihi dorsum. & odientes me disperdisti. Clamauerunt nec erat qui saluos faceret ad dominum. nec exaudiuit eos. Et comminuam eos ut puluerem ante faciem uenti. ut lutum platearum delebo eos. Eripies me de contradictionibus populi. constitues me in caput gentium. Populus quem non cognoui seruiuit mihi in auditu auris. obediuit mihi. filii alieni mentati sunt mihi. filii alieni inueterati sunt & claudicauerunt a seminis suis. uiuit dominus & benedictus deus meus. et exaltetur deus salutis mee. Deus qui das uindictas mihi. & subdis populos sub me. liberator meos de inimicis meis iracundis. Et ab insurgentibus in me exaltabis me.

a uiro iniquo eripies me. Propterea con-
fitebor tibi in nationibus domine & no-
mini tuo psalmum dicam. Magnificas sa-
lutes regis eius & faciens misericordiam
christo suo Dauid & semini eius usq; in se-
culum.

Cum enarrant gloriam dei
& opera manuum eius an-
nuntiat firmiter. Di-
ei diei erudiat uerbum
et nox nocti indicat scientiam. Non sunt
loquela neq; sermones quorum non audia-
tur uoces eorum. In omnem terram excur-
sonus eorum & in fines orbis terre or ue-
ba eorum. In sole posuit tabernaculum su-
um & ipse tanq; sponsus procedens de
chalamo suo. Exultauit ut gigas ad ex-
rendam uiam & summo celo egressio eius
Et occursum eius usq; ad summum eius nec
est q; se abscondat a calore eius. Lex
domini immaculata conuertens animas
testimonium domini fidele sapientiam &
prestantis paruulis iustitiam domini recte
Letificantes corda. preceptum domini lu-
cidum illuminans oculos. Timor domini
sanctus permanet in seculum seculi. iu-
dicia domini uera iustificata in semetipsa.
Desiderabilia super aurum & lapidem pre-
ciosum multum & dulciora super mel &
fauum. Et tenim seruus tuus custodit ea
in custodiendis illis retributio multa. De-
lecta q; intelligit ab occultis meis mun-
da me & ab alienis parte seruo tuo. Si
mei non fuerint dominati tunc immacu-
tus ero & emundabor a delicto maximo.
Et erunt ut complacent eloq; oris mei.

meditatio cordis mei in conspectu tuo
semper Domine adiutor meus & redemp-
tor meus

Et audiet te dominus in
die tribulationis prote-
gat te nomen dei Jacob.
Mittat tibi auxilium
de sancto & de syon tuatur te. Me-
mor sit omnis sacrificij tui & holocausto-
rum tuum pingue fiat. Tribuat tibi secundus
cor tuum & omne consilium tuum co-
firmet. Letabimur in salutarum tuo & in
nomine dei nostri magnificabimur. Im-
pleat dominus deus petitiones tuas. nunc
cognoui quoniam saluum fecit dominus
christum suum. Exaudi e illum de celo
sancto suo in portatibus salus dextere eius.
Hi in curribus & hi in eq; nos autem in
nomine dei nostri inuocabimus. Ipsi obli-
gati sunt & ceciderunt nos autem sur-
reximus & credi sumus. Domine saluus
fac Regem & exaudi nos in die qua in-
uocauerimus te.

Domine in uirtute tua leti-
tabitur rex & super
salutare tuum exulta-
bit uehementer. Deside-
num cordis eius tribuisti ei & uolunta-
te labiorum eius non fraudasti eum. Quo-
niam preuenisti eum in benedictionibus &
dulcedinis posuisti in capite eius corona-
de lapide precioso. Vitam petijt a te &
tribuisti ei longitudinem dierum in se-
culum & in seculum seculi. Magna est
gloria eius in salutarum tuo. gloriam &

magnum decorem impones super eum. Quoniam dabis eum in benedictionem in seculum seculi letificabis eum in gaudio cum uultu tuo. Quoniam spes sperat in domino & in misericordia altissimi non commouebitur. Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis. dextera tua inueniat omnes qui te oderunt. Pones eos ut clibanum ignis in tempore uultus tui dominus in ira sua conturbabit eos & deuorabit eos ignis. Fructum eorum de terra perdes & semen eorum a filiis hominum. Quoniam declinauerunt in te mala. cogitauerunt consilia que non potuerunt stabilire. Quoniam pones eos dorsum. in reliquijs tuis preparabis uultum eorum. Exaltare domine in uirtute tua. cantabimus & psallemus uirtutes tuas ad uincendum procerua matutina.

Eus deus meus respice in me. quare me dereliquisti longe a salute mea uerba delictorum meorum. Deus meus clamabo per diem & non exaudies & nocte & non ad insipientiam tibi. Tu autem in sancto habitas. laus ista. In te sperauerunt patres nostri. sperauerunt & liberaisti eos. Ad te clamauerunt & salui facti sunt. in te sperauerunt & non sunt confusi. Ego autem sum uermis & non homo. obprobrium hominum & abiectio plebis. Omnes uidentes me deriserunt me. locuti sunt labijs & mouerunt caput. Sperauit in domino eripiat eum. saluum faciat eum. quoniam uult eum. Quoniam tu es qui extraxisti me de uentre spe-

mea ab ubero matris mee. in te pectus sum ex utero. De uentre matris mee. deus meus es tu. ne discessens a me. Quoniam tribulatio proxima est quoniam non est qui adiuuet. Circumdediderunt me utuli multi. tauri pingues obsederunt me. Aperuerunt super me os suum sicut leo rapiens & rugiens. Sicut aqua effusus sum & dispersa sunt omnia ossa mea. Factum est cor meum tanquam cera liqueficiens in medio uentris mei. & truit tanquam testa uirtus mea. & lingua mea adhesit faucibus meis & in puluerem mortis deduxisti me. Quoniam circumdediderunt me canes multi. concilium malignantium obsedit me. Foderunt manus meas & pedes meos. diruerunt omnia ossa mea. Ipsi uero considerauerunt & inspexerunt me. diuiserunt sibi uestimenta mea & super uestem meam miserunt sortem. Tu autem domine ne elongaueris auxilium tuum a me. ad defensionem meam conspice. Erue a fratre d's animam meam & de manu canis uincam eam. Salua me ex ore leonis & a cornibus unicornum humilitatem meam. Narrabo nomen tuum fratribus meis. in medio ecclesie laudabo te. Qui timeas dominum laudate eum. & uniuersum semen iacob glorificate eum. Timeat eum omne semen israhel. quoniam non spernit neque despicit deprecationem pauperis. Nec auertat faciem suam a me. & cum clamarem ad eum exaudivit me. Apud te laus mea in ecclesia magna. uota mea reddam in conspectu clementium eum. Cedent pauperes & saturabuntur. & laudabunt dominum qui requirunt eum. uiuent corda eorum in seculum seculi. Reminiscantur

& conuertentur ad dominum uniuersi fi-
nes terre. Et adorabunt in conspectu eius
uniuerse familie gentium. Quoniam do-
mini est regnum & ipse dominabit gen-
tium. Manducauerunt & adorauerunt os-
nes pingues terre in conspectu eius cadent
omnes q̄ descendunt in terram. Et anima
mea illi uiuet. & semen meum seruet ip̄i
Annuntiabit domino generatio uentura.
et annuntiabunt celi iustitiam eius popu-
lo q̄ nascetur quem fecit dominus.

Omnis regit me & nihil
mibi deerit in loco pascue
ibi me collocauit. Super
quam refectiois educa-
uit me. animam meam conuertit. Deduxit
me super semitas iusticie. propter nomen
suum. Nam & si ambulauero in medio
umbrę mortis non timebo mala. quoniam
tu mecum es. Virga tua & baculus tuus
ipsa me consolata sunt. Parasti in conspec-
tu meo mensam. aduersus eos q̄ tribulant
me. Impinguasti in oleo caput meum. &
calix meus inebrians q̄ preclarus est. Et
misericordia tua subsequetur me. omnibus
diebus uite mee. Et ut inhabitem in domo
domini. in longitudine dierum.

Omnis est terra & ple-
nitudo eius orbis ter-
rarum & uniuersi qui
habitant in eo. Quia ip̄s
super maria fundauit eum. & super flu-
mina preparauit eum. Qui ascendet in
montem domini aut q̄ stabit in loco
sancto eius innocens manibus & mundo o-

corde q̄ non accepit in uano animam suam.
nec iurauit in dolo proximo suo. Hic acci-
piet benedictionem a domino & miseri-
cordiam a deo salutaris suo. Hęc est gene-
ratio querentium eum. querentium faciẽ
dei iacob. Attollite portas principes uestras
& eleuamini porte cęternales. & introibit
rex glorie. Quis est iste rex glorie? do-
minus fortis et potens. dominus potens in
proelio. Attollite portas principes uestras
& eleuamini porte cęternales. & introibit
rex glorie. Quis est iste rex glorie?
dominus uirtutum ip̄s est rex glorie.

Deus domine leuauit ani-
mam meam. deus meus
et confido non erubescam.

Nęq̄ irideant me ini-
mici mei. & enim uniuersi q̄ sustinent te
non confundentur. Confundantur om-
nes iniqua agentes superuacue. uias tuas
domine demonstra mibi. & semitas tuas
edoce me. Dirige me in ueritate tua. &
doce me. quia tu es saluator meus & te
sustinui tota die. Remiscere miserationum
tuarum domine & misericordiarum
tuarum. que a seculo sunt. Delicta iu-
uentutis mee & ignorantias meas ne me
miseris. Secundum misericordiam tuam
memento mei tu propter bonitatem tuam do-
mine. Dulcis & rectus dominus propter
hoc legem dabit delinquentibus in uia.
Diriget mansuetos in iudicio. docebit i-
miles uias suas. Uniuerse uie domini. o-
mnis misericordia & ueritas. req̄rentibus testa-
mentum eius et testimonia eius. Propter
nomen tuum domine propitiaberis peccata

to meo multum est enim. Quis est homo
q̄ timet dominum. legem statuit ei in uia
quam elegit. Anima eius in bonis demo-
rabitur. & semen eius hereditabit terram.
Firmamentum est dominus timentibus eum
& testamentum ipsius. ut manifestetur illi.
Oculi mei semper ad dominum. quoniam ipse
euellet de laqueo pedes meos. Respice i
me et miserere mei. quia unicus & pauper
sum ego. Tribulationes cordis mei multipli-
catus sunt. de necessitatibus meis erue me.
Vide humilitatem meam & laborem meum.
& demitte uniuersa delicta mea. Respice
inimicos meos quoniam multiplicati sunt.
& odio iniquo oderunt me. Custodi ani-
mam meam & erue me non erubescam.
quoniam speravi in te. Innocentes & res-
ta adhererunt mihi. quia sustinui te. Libe-
ra deus israel ex omnibus tribulationibus suis.

Vidua me domine quoni-
am in innocentia mea in-
gressus sum. & in domi-
no sperans non infirmabo.

Proba me domine & tenta me. ure renes
meos & cor meum. Quoniam misericordia
tua ante oculos meos est. & complacui in
ueritate tua. Non sedi cum concilio ua-
nitatis. & cum iniqua gerentibus non in-
troibo. Odium ecclesiam malignantium et
cum impijs non sedabo. Leuabo inter in-
nocentes manus meas. & circumdabo alta-
re tuum domine. Ne audiam uocem la-
udis & narrem uniuersa mirabilia tua.
Domine dilexi decorem domus tue & lo-
cum habitationis glorie tue. Ne perdas
cum impijs deus animam meam. & cum

uis sanguinum uitam meam. In quorum
manibus iniquitates sunt. dextera eorum re-
pleta est munibus. Ego autem in innocen-
tia mea ingressus sum. redime me & miserere
mei. Pes enim meus stetit in directo. in ec-
clesijs benedicam te domine.

Omnis illuminatio mea
& salus mea. quem time-
bo. Dominus proccetor
uite i meo. a quo trepi-
dabo.

Dum appropiant sup me nocentes
ut edant carnes meas. Qui tribulant me
inimici mei. ipsi infirmati sunt & ceciderunt.
Si consistant aduersus me castra. non ti-
mebit cor meum. Si exurgat aduersum
me proelium. in hoc ego sperabo. Vnam pe-
tij a domino hanc regem. ut inhabitem in
domo domini omnibus diebus uite mee.
Ut uideam uoluntatem domini. & uisitez
templum eius. Quoniam abscondit me in
tabernaculo suo in die malorum. preceit me
in abscondito tabernaculi sui. In petra exal-
tauit me. & nunc exaltauit caput meum
super inimicos meos. Circuiui & immolaui
in tabernaculo eius hostiam uociferationis.
cantabo & psalmum dicam domino. Exe-
ueli domine uocem meam qua clamaui ad
te. miserere mei & exaudi me. Tibi dixit
cor meum exquirit te. facies mea. faciem
tuam domine regem. Ne auertas faciem
tuam a me. ne declinet in ira a seruo tuo.
Adiutor meus esto ne derelinquas me.
neq̄ despicias me deus salutaris meus. Quo-
niam pater meus & mater mea derelique-
runt me. dominus autem assumpsit me.

L egem pone mihi domine in uia tua & diriget me in semita recta propter inimicos meos. Ne tradideris me in animas tribulantium me: quoniam insurrexerunt me testes iniqui & inuenta est iniquitas sibi. **C**redo uidere bona domini in terra uiuentium. **E**xpecta dominum uiriliter age & confortetur cor tuum & sustine dominum.

Dte domine clamabo: deus meus ne sileas a me neque tacetas a me: & as-
similabor descendenti-

communis est eius uicidam sibi.
in lacum. **E**xaudi domine uocem orationis mee: dum oro ad te: dum extollo manus meas ad templum sanctum tuum. **N**e sit tradas me cum peccatoribus & cum operantibus iniquitatem ne perdas me. **Q**ui loquuntur pacem cum proximo suo: malum autem in cordibus eorum. **D**a illis secundum opera eorum & secundum nequam adinuationum ipsorum. **S**ecundum opera manuum eorum tribue illis: reddere retributionem eorum ipsis. **Q**uoniam non intellexerunt opera domini & in opera manuum eius destrues illos & non edificabis eos. **B**enedictus dominus: quoniam exaudiuit uocem deprecationis mee. **D**ominus adiutor meus & protector meus & in ipso sperauit cor meum et adiuutus sum. **E**t reflexit caro mea & ex uoluntate mea confitebor ei. **D**ominus fortitudo plebis sue & protector saluationum christi sui est. **S**aluum fac populum tuum domine & benedic hereditati tue & rege eos & extolle illos usque in eternum.

Afferte domino filij dei. **A**fferte domino filios anatum. **A**fferte domino gloriam et honorem afferte domino gloriam nomini eius: adorare dominum in atrio sancto eius. **V**ox domini super aquas. **D**ei maiestatis intonauit. **D**ominus super aquas multas. **V**ox domini in uirtute: uox domini in magnificentia. **V**ox domini confringentis cedros & confringet dominus cedros libani & dilectus quemadmodum filius unicornium. **V**ox domini incedens flammam ignis: uox domini concutientis desertum & commouebit dominus desertum eadem. **V**ox domini preparans ceruos & reuelabit condensa. & in templo eius omnes dicent gloriam. **D**ominus diluuium inhabitare facit. & sedebit dominus rex in eternum. **D**ominus uirtutem populo suo dabit. **D**ominus benedicet populo suo in pace.

Omine quoniam suscepisti me nec delectasti inimicos meos super me. **D**omine deus meus clamaui ad te & saluasti me. **D**omine aduersus ab inferno ananiam meam saluasti me a descendenti in lacum. **P**sallite domino facta eius & confitemini memorie sanctitatis eius. **Q**uoniam ira in indignatione eius & uita in uoluntate eius. **A**d uesperum demorabitur fletus & ad matutinum letitia. **E**go autem dixi in abundantia mea non mouebo in eternum. **D**omine in

uoluntate tua prestisti de con meo uir-
tutem. Auertisti faciem tuam a me & factus
sum conturbatus. Ad te domine cla-
mabo & ad deum meum deprecabor. Que
utilitas in sanguine meo dum descendo in
corruptionem. Numquid confitebitur tibi po-
pulus aut annuntiabit ueritatem tuam.
A uduunt dominus & misertus est mei do-
minus factus est adiutor meus. Conuer-
tisti planctum meum in gaudium mihi. Co-
scidisti saccum meum & circumdedisti me
letitia. Ne cantet tibi gloria mea et no
compungar domine deus meus in eternis
confitebor tibi.

Ne te domine speravi no
confundar in eternum in
iustitia tua libera me. In-
clina ad me aurem tuam.

accelera ut eruas me. Esto mihi in deum
protectorem & in domum refugij ut saluum
me facias. Quoniam fortitudo mea et re-
fugium meum es tu & propter nomen tuum
deducet me & eruet me. E duces me o-
de laqueo hęc quem absconderunt mihi &
qm tu es protector meus. In manus tuas
commendo spiritum meum redemisti me
domine deus ueritatis. Odisti obseruantes &
uanitates superuacue. Ego autem in do-
mino speravi exultabo & letabor in mis-
ericordia tua. Quoniam respexisti humili-
tatem meam saluasti de necessitatibus ani-
mam meam. Nec conclusisti me in manibus
inimicę. Statuisti in loco spatiofo pedes me-
os. Misere mei domine quoniam tribu-
lor conturbatus est in ira oculus meus &
rumba mea et uenter meus. Quoniam de-

fecit in dolore uita mea & anni mei in ge-
mitibus. Infirmata est in paupertate uirtus me-
& ossa mea conturbata sunt. Sup omnes
inimicos meos factus sum obprobrium uicinis
meis ualde & timor notis meis. Qui uide-
bant me foras fugerunt a me. Obluioni cla-
tus sum tanq mortuus a corde. factus sum
tanq uas perditum quoniam audiui utu-
perationem multorum commorantium in-
circuitu. In eo dum conuenirent simul ad-
uersum me accipere animam meam con-
siliati sunt. Ego autem in te speravi do-
mine dixi deus meus es tu in manibus tuis so-
tes mee. Eripe me de manu inimicorum
meorum & a psequentibus me. Illustra
faciem tuam sup seruum tuum saluum &
me fac in misericordia tua domine non
confundar qm inuocaui te. E rubescant i-
py & deducantur in infernum. muta fiat
labia dolosa. Que loquuntur aduersus iust-
iuitatem in superbia & in abusione. Quia
magna multitudo dulcedinis tue domine
quam abscondisti timentibus te. Perfecisti
eis q sperant in te in conspectu filiorum ho-
minum. Abscondes eos in abscondito facie
tue a conturbatione hominum. Proteges
eos in tabernaculo tuo a contradictione li-
gularum. Benedictus dominus quoniam mi-
rificauit misericordiam suam mihi in ciuita-
te munita. Ego autem dixi in excessu me-
tis meę proiectus sum a facie oculorum tu-
orum. Ideo exaudisti uocem orationis mee
dum clamarem ad te. Diligite dominum
omnes sancti eius quoniam ueritatem re-
grat dominus & retribuet abundanter
facientibus superbiam. Viriliter agite & co-
fortetur cor uestrum. omnes q sperant

in domino.

Eati quorum remisse sunt
iniquitates & quorum tē-
ta sunt peccata. Beatus i-
ur cui non imputauit do-
minus peccatum. nec est in spiritu eius do-
lus. Quoniam tacui inueterauerunt ossa
mea dum clamarem tota die. Quoniam i-
die ac nocte grauata est sup me manus tu
conuersus sum in etumna mea dum con-
figitur spina. Delictum meum cognitum i-
tibi feci & iustitiam meam non abscondi.

Dixi confitebor aduersum me in iustitiam
meam domino & tu remisisti in pietates
peccati me. Pro hac orabit ad te omnis i-
santus in tempore oportuno. Verunta-
men in diluuiis aquarum multarum ad te
non appropinquabunt. Tu es refugium meum
& tribulatione que circumdedit me. exulta-
tio mea erue me & circumdantibus me. In-
tellectum tibi dabo & instruam te in uia
hac qua gradiens firmabo super te oculos
meos. Nolite fieri sicut equus & mulus
quibus non est intellectus. In chamo & freno
maxillas eorum constringe quae non appropin-
quant ad te. Multa flagella peccatoris
spantes autem in domino misericordia cir-
cundabit. Letamini in domino & exultate
iusti & gloriamini omnes recti corde.

Exultate iusti in domino
rectos decet collaudatio.

Confitemini domino in
cithara in psalterio decet

cordarum psallite illi. Cantate ei cantica
nouum bene psallite ei in uociferatione.

Quia rectum est uerbum domini & omnia
opera eius in fide. Diligit misericordiam et
iudicium misericordia domini plena est i-
terra. Verbo domini caeli firmati sunt &
spiritu oris eius omnis uirtus eorum. Con-
gregans sicut inuit aquas maris ponens
in thesauris abyssos. Tuncat dominum om-
nis terra ab eo autem commouentur om-
nes inhabitantes orbem. Quoniam ipse dixit
& facta sunt ipse mandauit & creata sunt.
Dominus dissipat consilia gentium repro-
bat autem cogitationes populorum & re-
probat consilia principum. Consilium autem
domini in eternum manet cogitationes i-
cordis eius in generatione & generationes.
Beata gens cuius est dominus deus eius
populus quem elegit in hereditatem sibi.
De caelo respexit dominus uidit omnes fi-
lios hominum. De preparato habitaculo suo
respexit super omnes qui habitant terram.
Qui finxit sigillatum corda eorum qui
intelligit omnia opera eorum. Non sal-
uatur iustus per multam uirtutem & gigas
non saluabitur in multitudine uirtutis suae
fallax equi ad salutem in abundantia autem
uirtutis suae non saluabitur. Ecce oculi
domini super metuentes eum & in eis qui
sperant super misericordia eius. Ut eruat
a morte animas eorum & alat eos in fame.
Anima nostra sustinet dominum quoniam
adiutor & protector noster est. Quia in
eo letabitur cornu nostrum & in nomine
sancto eius sperauimus fiat misericordia
tua domine super nos quemadmodum spe-
rauimus in te.

Benedicam dominum in omni tempore semper laus eius in ore meo. In domino laudabitur anima mea. audient mansueti & letentur. Magnificate dominum mecum & exaltemus nomen eius in idipsum. Exquisivit dominus et exaudiuit me & ex omnibus tribulationibus meis eripuit me. A cecidite ad ex & illuminamini et facies uestre non confundentur. Iste pauper clamauit & dominus exaudiuit eum & de omnibus eius ^{tribulatio} saluauit eum. Immittit angelus domini in circuitu timentium eum & eripiet eos. Gustate & uidete quoniam suauis est dominus beatus uir q sperat in eo. Timentes dominum omnes sancti eius quoniam non est inopia timentibus eum. Diuites eguerunt & esurierunt. Ingentes autem dominum non minuentur omni bono. Venite filij audite me timorem domini docebo uos. **Q**uis est homo q uult uitam diligit diem uidere bonos. Prohibe linguam tuam a malo & labia tua ne loquantur dolum. **D**iuerte a malo & fac bonum. Ingre paces & persequere eam. Oculi domini super iustos & aures eius in preces eorum. Sultus autem domini superficientes malum ut perdat de terra memoria eorum. Clamauerunt iusti & dominus exaudiuit eos & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos. Iuxta est dominus q tribulatione sunt corde & humiles spiritus saluabit. **N**ultae tribulationes iustorum & de omnibus his liberabit eos dominus. Custodit dominus omnia ossa eorum unum ex his non

conteretur. Cor peccatorum pessima & q oderunt iustum delinquent. Redimet dominus animas seruorum suorum & non delinquent omnes q sperant in eo.

Vidua domine nocentes me expugna impugnantes me. Apprehende arma & scutum et exurge in adiutorium mihi. Effunde furem & concludere aduersus eos q persequuntur me. Dic anime mee salus tua ego sum. Confundantur et reuerentur querentes animam meam. Auertantur retrorsum & confundantur cogitantes mihi mala. Fiant tanq puluis ante faciem uenti & angelus domini coartans eos. Fiant uis illorum tenebre & lubricum. Et angelus domini persequens eos. Quonia grati absconderunt mihi interitum laquei sui. Superuacue exprobrauerunt animam meam. Veniat illi laqueus quem ignorat & captio quam abscondit apprehendat eum & in laqueum cadat in idipsum. & nuna autem mea exultabit in domino & delectabitur super salutari suo. Omnia ossa mea dicent. domine qd similis tibi. Enpiens inopem de manu fortiorum eius. egenum & pauperem & diripientibus eius. Surgentes testes unig que ignorabant interrogabant me. Retribuebant mihi mala pro bonis. Sterilitatem anime mee. Ego autem cum mihi molesta essent. inducbar alio. Humiliabam in ieiunio animam meam & oratio mea in sinu meo conuertetur. Quasi proximum & quasi fratrem nostrum sic complacebam. quasi li

gens & contristatus sic humiliabar. Et
aduersum me. Letati sunt & conuenerunt.
congregata sunt super me flagella et igni-
raui. Dissipati sunt nec compuncti tenta-
uerunt me. Subanna uerunt me. Subanna-
tione frenduerunt super me. dentibus suis.
Domine quando respicies restitue anima-
meam a malignitate eorum a leonibus
unicam meam. Confitebor tibi in eccle-
sia magna in populo graui laudabo te.
Non supergaudeant mihi q. aduersant mihi
uniqui q. oderunt me gratis & annuunt
oculis. Quoniam mihi q. dem pacifice lo-
quebantur & in iracundia terra loquente-
tes dolos cogitabant. Et dilatauerunt
super me os suum. dixerunt euge euge.
uiderunt oculi nostri. Vidisti domine ne-
sileas domine ne discedas a me. Exurge &
intende iudicio meo. Es meus & dominus
meus in causam meam. Iudica me secun-
dum iustitiam tuam domine. Es meus &
non supergaudeant mihi. Non dicant in
cordibus suis euge euge anime nostre. nec
dicant deuorabimus eum. Crubescant &
reuertant simul q. gratulantur malis mei.
Induantur confusione & reuerentia q. ma-
ligna loquuntur super me. Exultent et
letentur q. uolunt iustitiam meam. & di-
cant semper magnificetur dominus q. uo-
lunt pacem serui eius. Et lingua mea me-
ditabitur iustitiam tuam. tota die laudem
tuam.

Ixit iustus ut delinquit
in semetipso non est timor
dei ante oculos eius. Quo-
niam dolose egit in con-
spectu eius ut inueniat iniquitas eius ad o-
dium. Verba oris eius iniquitas & dolus.
noluit intelligere ut bene ageret. Iniquita-
tem meditatus est in cubiculo suo. astetit
omni uice non bone. malitiam autem non
odit. Domine in celo misericordia tua
& ueritas tua usq. ad nubes. Iustitia tua si-
cut montes dei. iudicia tua abyssus multa.
Homines & uimenta saluabis domine. que
admodum multiplicasti misericordiam tuam.
deus Filij autem hominum in regimine a-
larum tuarum sperabunt. Inebriabuntur
ab ubertate domus tue. & torrente uo-
luptatis tue potabis eos. Quoniam apud te
est fons uite & in lumine tuo uidebitur
lumen. Pretende misericordiam tuam sit-
entibus te. & iustitiam tuam his q. recto sunt
corde. Non ueniat mihi pes superbie. & ma-
nus peccatoris no. moueat me. Ibi ceciderunt
q. operantur iniquitatem. expulsi sunt. ne po-
tuerunt stare.

Oli emulari in malignan-
tibus. neque zelauentis faci-
entes iniquitatem. Quoniam
tanquam fenenum uelociter
arescent. quemadmodum olera herbarum.
cito decident. Spera in domino & fac bo-
nitatem & inhabita terram & pascens in
diuitijs eius. Delectare in domino. & da-
bit tibi petitiones cordis tui. Reuelat
domino uiam tuam & spera in eo. & ipse
faciet. Et educe quasi lumen iustitiam

tuam & iudicium tuum tanq̄ mendicis
subditus esto domino & ora cum. Noli
emulari in eo q̄ prosperat in uia sua in
homine faciente iniustitia. Desine ab ira
& derelinq̄ furorem. noli emulari ut ma-
ligneris. Quoniam q̄ malignante extermi-
nabunt. sustinentes autem dominum ip̄i
hereditabunt terram. Et adhuc pusillum
& non erit peccator & queres locum eui
et non inuenies. Mansueti autem heredi-
tabunt terram & delectabunt in multi-
tudine pacis. Observabit peccator iustum
& stridebit sup eum dentibus suis. Dominus
autem iridebit eum quoniam p̄spicit q̄
uenit. dies eius. Gladium euaginauerunt
peccatores intenderunt arcum suum. ut
decipiant pauperem et inopem. ut trucidet
reos corde. Gladius eorum intret in
corda ipsorum & arcus eorum confun-
gatur. Melius est modicum iusto sup
diuitias peccatorum multas. Quoniam
brachia peccatorum conterent. confirmata
autem iustos dominus. Nouis dominus
dies immaculatum & hereditas eorum
in eternum erit. Non confundentur in
tempore malo & in diebus famis saturibun-
tur q̄ peccatores p̄bunt. Inimici uero
domini mox ut honorificati fuerint & o-
exaltati deficientes quemadmodum sum
deficient. Mutuabitur peccator & non
soluet. iustus autem miseretur & tribuet.
Quia benedicentes ei hereditabunt terram.
maledicentes autem dissipant. A pud do-
minum gressus hominis dirigetur & uia
eius uolet. Cum ceciderit non collidetur
q̄ dominus supponit manum suam. Iuni-
or sui etenim senij & non uidi iustum de-

relictum nec semen eius querens panem.
Tota die miseretur & comedat & senex
illius in benedictione erit. Declina a ma-
lo & fac bonum & inhabita in seculum se-
culi. Quia dominus amat iudicium & no-
derelinquet sanctos suos in eternum con-
seruabuntur. Iniusti punientur & semen
impiorum peribit. Iusti autem heredita-
bunt terram & inhabitabunt in seculum
seculi sup eam. Os iusti meditabitur sapien-
tiam & lingua eius loquetur iudicium.
Lex dei eius in corde ipsius & non sup-
plantabunt gressus eius. Considerat pec-
cator iustum & querit mortificare eum.
Dominus autem non derelinquet eum in
manibus eius nec dānabit eum cum iudi-
cabit illi. Expecta dominum & custodi-
uam eius & exaltabit te ut hereditate
capias terram cum perierint peccatores.
uideb. Vidi impium sup exaltatum &
elevatorum sicut cedros libani. Et transiit
& ecce non erat. & quesii eum & non
est inuentus locus eius. Custodi innocen-
tiam & uide equitatem. quoniam sunt re-
liquie hominum pacifico. Iniusti autem dissi-
pant simul reliquie impiorum interibunt.
Salus autē iustorum a domino & protec-
tor eorum in tempore tribulationis. Et
adiuuabit eos dominus & liberabit eos.
& eruet eos a peccatoribus & saluabit eos
q̄ sperauerunt in eo.

Domine ne in furore tuo
arguas me. neq̄ in ira tua
corripas me. Quoniam sa-
gittę tuę infixę sunt mihi

& confirmasti super me manum tuam. Non
est sanitas in carne mea a facie ire tue.
non est pax ossibus meis a facie peccatorum
meorum. Quoniam iniquitates meae suppositae
sunt caput meum & sicut onus graue
grauate sunt super me. Putruerunt & cor-
rupte sunt cicatrices meae a facie insipien-
tie meae. Miser factus sum & curuatus sum
usque in finem tota die contristatus ingre-
diebar. Quoniam lumbi mei illusionibus
& non est sanitas in carne mea. Afflic-
tus sum & humiliatus sum nimis. rugie-
bam & gemitus cordis mei. Domine ante te
omne desiderium meum. & gemitus meus
ad te non est absconditus. Cor meum con-
turbatum est. dereliquit me ueritas mea. &
lumen oculorum meorum & ipsum non est
mecum. Amici mei & proximi mei aduer-
sum me appropinquauerunt & steterunt.
Ergo quae iuxta me erant de longe steterunt. &
cum faciebant quae querebant animam. Ergo
quae inquirebant mala mihi locuti sunt ua-
ritates & dolos tota die meditabantur.
Ergo autem tanquam surdus non audiebam. &
sicut mutus non aperies os suum. Et factus
sum sicut homo non audiens. & non
habens in ore suo reclamationes. Quoniam
in te domine speraui. tu exaudies me. Domine
deus meus. Quia dixi nequando supponant
deant mihi inimici mei. & dum commode-
tur pedes mei super me magna lacum sunt.
Quoniam ego in flagella paratus sum. &
dolor meus in conspectu meo semper. Quoniam
iniquitatem meam annuntiabo. &
cogitabo pro peccato meo. Inimici autem
mei uiuunt & confirmati sunt super me.
& multiplicati sunt quae oderunt me inique.

Qui retribuunt mala pro bonis detrahebunt
mihi. quoniam sequebar bonitatem. Neque
derelinquas me domine deus meus. ne disce-
sens a me. Intende in adiutorium meum.
domine deus salutis meae.

Dei custodiam uias meas
ut non delinquam in lin-
gua mea. Posui ori meo
custodiam. cum consistere
peccator aduersum me. Obmutui & humili-
atus sum & filium a bonis. & dolor meus
renouatus est. Concaluit cor meum intra
me. & in meditatione mea exarsit & ignis.
Locutus sum in lingua mea. notum factum in
domine finem meum. Et numerum dierum
meorum quod est. ut sciam quod dedit mihi.
Ecce mensurabiles posuisti dies meos. &
suba mea tanquam nihilum ante te. Veruntamen
uniuersa uanitas omnis homo uiuens.
Veruntamen in unagine pertransit homo.
sed & frustra. conturbatur. Thesauizat &
ignorat cui congregabit ea. Et nunc quae est
expectatio mea. nonne dominus. & suba
mea apud te est. Ab omnibus iniquitatibus
meis erue me. obprobrium insipienti dedi-
sti me. Obmutui & non aperui os meum.
quoniam tu fecisti amoue a me plagas or-
tuas. A fortitudine manus tuae ego defe-
ci in increpationibus propter iniquitatem con-
ripuisti hominem. Et tabescere fecisti sicut
araneam animam eius. ueruntamen uano
conturbat omnis homo. Exaudi orationem
meam domine. & deprecationem meam au-
ribo percipe lacrimas meas. Ne silicas quam
aduena ego sum apud te. & peregrinus si

cut omnes patres mei. R. emittit mibi. ut
refrigeret pruisq̄ abeam. & amplius non
CR. O.

X pectans expectans do-
minum. & intendit mibi.
Et exaudiuit preces meas.
et eduxit me de lacu misere.
& de luto fecit. Et statuit supra petra
pedes meos. & direxit gressus meos. Et un-
misit in os meum canticum nouum. carmen
deo nostro. Videbunt multi et timebunt.
& sperabunt in domino. Beatus uir cuius
est nomen domini spes eius & non respexit
in uanitates & insanas falsas. Multa fecisti
tu domine deus meus mirabilia tua. & cogita-
tionibus tuis non est q̄ similis tibi. An-
nuntiaui & locutus sum. multiplicati sunt
super numerum. Sacrificium & oblationem
noluisti. aures autem perfecisti mibi. No-
locustum & pro peccato non postulasti. tunc
dixi ecce uenio. In capite libri scriptum est
de me ut facerem uoluntatem tuam. deus
meus uolui. et legem tuam in medio cor-
dis mei. Annuntiaui iustitiam tuam in ec-
clesia magna. ecce labia mea non phibebo
domine tu scisti iustitiam tuam non abscon-
di in corde meo. ueritatem tuam & saluta-
re tuum dixi. Non abscondi misericor-
diam tuam & ueritatem tuam & consilio
multo. Tu autem domine ne longe facias
miserationes tuas a me. misericordia & ue-
ritas tua semper susceperunt me. Quonia
circumdederunt me mala quorum non est
numerus. comprehenderunt me iniquitates
meae. & non potui ut uiderem. Multipli-
cate sunt super capillos capitis mei. & cor

meum dereliquit me. Complacat tibi do-
mine ut eruas me. domine ad adiuuandum
me respice. Confundantur & reue-
teantur simul. q̄ querunt animam meam
ut auferant eam. Auertant retrorsum &
reuerantur. q̄ uolunt mibi mala. Fecant
confestum confusionem suam. q̄ dicunt in
cage cage. Exultent & letentur super
te omnes querentes te. & dicant semper
magnificetur dominus q̄ diligunt saluta-
re tuum. Ego autem mendiculus sum & pa-
uper. dominus sollicitus est mei. Adiuuor
meus & protector meus tu es deus meus
ne tardaueris.

Eratul q̄ intelligit super-
egnum & pauperem in
die mala liberabit eum do-
minus Dominus conser-
uet eum & uiuificet eum. & beatum faci-
at in terra. & non tradat eum in manus
inimicorum eius. Dominus opem ferat il-
li super lectum doloris eius. uniuersum
stratum eius uersasti in infirmitate eius.
Ego dixi domine miserere mei. sana ani-
mam meam. q̄ peccaui tibi. Inimici mei
dixerunt mala mibi. quando morietur
& peribit nomen eius. Et si ingrediebatur
ut uideret uana loquebat. cor eius con-
gregauit iniquitatem sibi. Egrediebatur
foras & loquebat in id ipsum. Aduersum
me susurrabant omnes inimici mei. aduer-
sum me cogitabant mala mibi. Verbum
iniquum constituerunt aduersum me. non
quid q̄ dormit non adiciet ut resurgat.
Cetenim homo pacis mee in qua speraui.

q̄ edebat panes meos magnificauit super
me supplantationem Tu autem domine
miserere mei & resuscita me & retribuam
es. In hoc cognoui qm̄ uoluisti me quoni
am non gaudebit inimicus meus sup me.
N) c̄ autem propter innocentiam suscepisti &
confirmasti me in conspectu tuo in eter
num. Benedictus dominus d̄s isrl̄ a secul
lum in seculum fiat fiat.

¶ Sicut enim desiderat
cervus ad fontes aquarum
ita desiderat anima mea
ad te d̄s. Sicut enim anima
mea ad deum fontem uitium quando ueni
am & apparebo ante faciem dei. Fuerunt
mibi lachryme mee panes die ac nocte d̄
dicit mibi quotidie ubi est d̄s tuus. Hec
re cordatus sum & effudi in me animam
meam qm̄ transibo in locum tabernaculi ad
mirabilis usq̄ ad locum dei. In uoce exulta
tionis & confessionis sonus epulantis. Qua
re tristis es anima mea & quare contur
bas me. Spera in deo quoniam adhuc co
fitebor illi salutare uultus mei & deus
meus. Ad me ipsum anima mea conturba
ta est propterea memor ero tui de ter
ra jordanis & hermonum a monte medio
byssus abyssum inuocat in uoce cataracta
rum tuarum. Omnia excelsa tua & fluctus
tui super me transierunt. In die man
davit dominus misericordiam suam & in
nocte canticum eius. Apud me oratio de
uitę mee dicam deo susceptor meus es.
¶ Quare oblitus es mei & quare contristatus
incedo dum affligit me inimicus. Dum

confringuntur ossa mea exprobrauerunt
mibi q̄ tribulant me inimiq̄ mei. Dum di
cunt mibi per singulos dies ubi est deus
tuus quare tristis es anima mea et quare
conturbas me? Spera in deo quoniam ad
huc confitebor illi salutare uultus mei
& deus meus.

¶ Uide me d̄s & discerne
causam meam de gente nõ
sancta ab homine iniquo
& doloso erue me. Quia
tu es d̄s fortitudo mea quare me repulis
ti & quare tristis incedo dum affligit me
inimicus? Emitte lucem tuam & ueritatẽ
tuam ipsa deduxerunt & adduxerunt in
montem sanctum tuum & in tabernaculo
tua. Et introibo ad altare dei ad deum q̄
letificat iuuentutem meam. Confitebor tibi
in cithara deus d̄s meus quare tristis es ani
ma mea & quare conturbas me? Spera in
deo quoniam adhuc confitebor illi saluta
re uultus meq̄ & d̄s meus.

¶ Eius auribus nostris audiui
mus patres nostri annun
tauerunt nobis. Opus qd̄
opatus es in diebus eorum
& in diebus antiquis. Manus tua gentes dis
perdidit & plantasti eos afflixisti populo
& expulisti eos. Nec enim in gladio suo
possederunt terram & brachium eorum o
non saluauit eos. Sed dextera tua et bra
chium tuum & illuminatio uultus tui q̄
complacuiisti in eis. Tu es ipse Rex meus &
d̄s meus q̄ mandas salutes jacob. In te

inimicos nostros uentilabimus cornu & in
nomine tuo spernemus insurgentes in nobis.
Non enim in arcu meo sperabo & gladius me-
us non saluabit me. Saluasti enim nos de af-
fligentibus nos & odientes nos confudisti. In
deo laudabimur tota die & in nomine tuo
confitebimur in seculum. Nunc autem re-
pulistis & confudisti nos & non egredieris
in uirtutibus nostris. A uertisti nos retrorsum
post inimicos nostros & qui oderunt nos di-
spiciunt sibi. Dediti nos tanquam oues escare
& in gentibus dispersisti nos. Vendidisti po-
pulum tuum sine pretio & non fuit mul-
tudo in commutationibus eorum. Posuisti
nos obprobrium uicinis nostris subnatione
& derisum his qui sunt in circuitu nostro. Pos-
uisti nos in similitudinem gentibus. commotione
capitis in populis. Tota die uerecundia mea
aut regibus deseruientes homines. in com-
municabile nomen lapidibus et lignis imposu-
erunt. Et non suffecerat errasse eos cir-
ca dei scientiam. sed in magno uiuentes
scie[n]te bello. tot & tam magna mala paces
appellant. A. ut enim filios suos sacri-
cantes. aut obsequia sacrificia facientes. aut
insane plenas uigiliis habentes. neq[ue] uitam.
neq[ue] nuptias mundas tam custodiunt. sed
et alius alium p[ro] mundam occidit. aut
adulterans contristat. & omnia comixta
sunt. sanguinis homicidium. furtum. &
fictio. corruptio. et infidelitas. turbatio.
& perurium. tumultus. bonorum dei.
immemoratio. amaram iniquatio. in-
tuitatis mutatio. nuptiarum inconstantia.
inordinatio. mechae. & impudicitie. In-

fanclorum enim idolorum cultura om-
nis mali causa est. & initium. et finis. i
Aut enim dum letantur insanunt. aut
certe uaticinantur falsa. aut uiuunt inius-
te. aut perant cito. Dum enim confidu-
m idolis que sunt sine anima. male iura-
tes necesse non sperant. S. triq[ue] ergo il-
lis euenient digne. quoniam male sese
serunt. de deo attendentes idolis idolis
et iurauerunt iniuste in idolo contem-
nentes iustitiam. Non enim iurantium
est uirtus. sed peccantium poena. peram-
bulat sp[iritus] in iustore peruaticationem.

V autem deus noster su-
sus et uerus es patiens. &
in misericordia dispones
omnia. Et tenim si pecca-
uerimus tu sumus. scientes magnitudine
tuam. & si non peccauerimus. scimus q[ui]m
apud te sumus computati. N. esse enim
te consumata iustitia est. & scire iustitia
et uirtutem tuam radix est immortalita-
tis. Non enim in errorem induxit nos ho-
minum male artis excoegitatio. nec umbra
p[ro]p[ri]etate. Labor sine fructu. effigies sculp-
ta per uarios colores. cuius aspectus dat
insensato concupiscentiam. & diligit mo-
tue imaginis effigiem sine anima. Malo-
rum amatores digni sunt morte. q[ui] spem
habent in talibus. & qui faciunt illos. &
q[ui] diligunt. & q[ui] colunt. Sed et figulus
mollem terram premens laboriose fingit
ad usus n[ost]ros uniuersaq[ue] uas. & de eode-
luto fingit. que munda sunt in usum in-
sa. & similiter que his sunt contraria. Ho-
cum autem uasorum q[ui] sit usus uidere

est figulus. Et cum labore uno deum
fingit de eodem luto. ille q. paulante
de terra factus fuerat. & post pusillum
reducit se unde acceptus est repetitus
anime debitum quam habebat. Sed ex
tra est illi non q. laboraturus est. nec
quoniam brevis illi vita est. sed con
certatur aurificibus et argentariis. sed et
etiam imitatur & gloriam prefert. qu
nam res superuacuas fingit. Cuius est. n.
cor eius & terra superuacua spes illius. et
luto uilior uita eius. quoniam ignorauit
q. se finxit. & q. inspirauit illi animam.
& amat. que operatur. & q. insuffluit
ei spiritum uitalem. Sed et estimauerunt
lulum esse uitam nostram. & conserva
tionem uite compositam ad lucrum. &
oportere undecumq. & ex malo acquirere.
Hic enim scit se super omnes delinquere.
q. ex terra. materia. fragilia uasa. et sculp
tilia fingit. Omnes enim insipientes et i
feliciter supra modum anime sue superbi
sunt. inimici populi tui & imperantes il
li. quoniam omnia idola nationum deo
estimauerunt. quibus neq. oculorum ui
sus est ad uidendum. neq. nares ad pe
cipiendum spiritum. neq. aures ad audi
endum. neq. digiti manuum ad tractan
dum. sed & pedes eorum pigri ad am
bulandum. Homo enim fecit illos. et
q. spiritum mutatus est. si finxit illos.
Quo enim sibi sibi similem homo pote
nt deum fingere. Cum enim sit mor
talis. mortuum fingit. manibus iniquis.
Melior enim est ipse his quos colit. quia
ipse q. dem uixit. cum esset mortalis. il
li autem nunq. Sed et animalia misere

runt colunt. Insensata enim comparata.
his illis sunt deteriora. Sed nec aspec
tu aliquo ex his animalibus bona potest co
spicere. Effugerunt autem dei laudes
et benedictionem eius.

Propter hec & his sim
ilia passi sunt digne tor
menta. & per multitu
dinem bestiarum exter
minati sunt. Pro quo tormentis bene t
disposuisti populum tuum. quibus dedisti
concupiscentiam delectamenti sui. noui
saporem escam parans eis ortogometra.
ut illi q. dem concupiscentes escam. prop
terea q. illis ostensa. et missa sunt. etiam
a necessaria concupiscentia auerterent.
Hi autem in breui inopes facti. nouam
gustauerunt escam. Oportebat enim
illis sine excusatione. q. dem superuenire
iteritum exercitibus tyrannidem. his
autem tunc ostendere. quemadmodum
inimici eorum exterminabant. Et tunc
cum illis superuenire. scua bestiarum ira.
morsibus peruersorum colubrorum. ex
terminabantur. Sed non in perpetuum tu
ira permansit. sed ad correptionem in bre
ui turbati sunt. signum habentes salutis
ad commemorationem mandati legis tue.
Qui enim conuersus est. non per hoc q. d
uidebat. sanabatur. sed per te omnium
saluatorem. In hec autem ostendisti inim
cis tuis. quia tu es q. liberat ab omni malo.
Illos enim locustarum et muscarum ce
ciderunt morsus. & non est inuenta. i
sanitas anime illorum. quia digni erant
ab huiusmodi exterminati. filios autem

tuos nec draconum nec uenenatorum
uicerunt dentes. Misericordia enim tu
adueniens sanabat illos. In memoria eius
sermonum tuorum exterminabuntur et
uelociter sanabuntur: ne in altam inciden
tes obliuionem non possint tuo uti adis
torio. Ceterum neq. herba neq. maligna
sanauit eos: sed tuus domine sermo qui
sanat omnia. Tu es domine qui uitae & mor
tis habes potestatem: & deducis usque ad
portas mortis et reducis. Homo autem
occidit p. malitiam animam suam & cum
exierit spiritus non reuertetur nec reuo
cabit animam que recepta est: sed tuam
inanimam effugere impossibile est. Negan
tes enim nosse te impij per fortitudinem
brachij tui flagellati sunt: nouis aq. &
grandinibus et pluuijs persecutionem pas
si & per ignem consumati. Quod enim i
mirabile erat in aqua que omnia extin
git: plus ignis ualebat. Unde est eni
orbis iustorum. Quodam enim tempore i
mansuetabatur ignis ne combureret que
ad impios missa erant animalia: sed ut ip
si uidentes scirent: quoniam dei iudicio i
patiuntur persecutionem. Et quodam te
pore in aqua supra uirtutem ignis exar
debat undiq. ut inquam terre natione
exterminaret. Pro qbo angelorum eleu
nutristi populum tuum: & paratum po
nem de celo prestidisti illis sine labore i
omne delectamentum in se habentem: &
omnis saporis suauitatem. Subam enim
tuam & dulcedinem tuam quam in filio
habes ostendebas & deseruiens uniuersis
q. uoluntati. Ad quod qsq. uolebat con
uertebatur. Nix autem & glacies susti

nebant uim ignis: & non tabescebant: ut
seruent quoniam fructus inimicorum ex
terminabantur ignis ardens: ut grandine &
pluuia corruscans. hoc autem iterum ut
nutrentur iusti ignis etiam suc uirtu
tis oblitus est. Creatura enim tibi facti
tori deseruiens exardescat in tormento
aduersus iniustos: & leuor fit ad benefa
ciendum pro his q. in te confidunt. Prop
ter hoc et tunc omnia transfigurata oia
nutriti gratie tue deseruiant: ad uo
luntatem eorum q. a te desiderati sunt:
ut sciant filij tui quos dilexisti domine
quoniam non naturitatis fructus pascunt
homines: sed sermo tuus hos q. in te cre
diderunt: conseruat. Quod enim ab igne
non poterat exterminari: statim ab exi
guo radio solis calefactum tabescebat: ut
notum omnibus esset: quoniam oportet
preuenire solem ad benedictionem tuam:
& ad ortum lucis te adorare. In gratia
spes tanq. hybernalis glacies tabesce: et
dispicit tanq. aqua superuacua.

Agra sunt enim iudicia
tua domine: & inenarra
bila uerba tua: propter
hoc indisiplinate anime

errauerunt. Dum enim persuasum ha
bent inq. posse dominari nationi san
te uinculis tenebrarum & longe noctis
compecti: inclusi sub tectis fugitiui pe
petue prudentie iacuerunt: & dum po
tunt se latere in obscuris peccatis: tene
broso obliuionis uelamento dispersi sunt:
pauentes horrende: & cum admiratione
nimia perturbati. Neq. enim que con

tinebat illos spelunca sine timore custo
diebat: quoniam sonitus descendens p
turbat illos & persone tristes illis appa
rentes: pauorem illis prestabant. Et igni
quidem nulla uis poterat illis lumen pre
bere: nec siderum limpide flamma illu
minare poterant: illam noctem horren
dam apparerat autem illis subitaneus
ignis timore plenus & timore percus
si illius que non uidebat facies estim
bant deteriora esse que uidebantur: &
magice artis appositi erant densus & fa
pientie gloria correptio cum contume
lia. Illi enim qui promittebant timores
perturbationes expellere se ab anima la
guente: hi cum densis pleni timore Lan
guebant. Nam et si nihil eos ex monstri
perturbat: transitu animalium et ser
pentium sibilatione commoti tremebu
di peribant & aerem quem nulla ratione
quod effugere possent negantes se uideri.
Frequenter enim preoccupant pessima
reclingente conscientia. Cum sit enim
timida nequa data est in omnium condem
nationem. Semper enim presumit se uix
perturbata conscientia. Nihil enim est
timor nisi presumptionis adiutorium p
ditio cogitationis auxiliorum. Et dum
ab intro minor est expectatio maiorem
putat potentiam eius cause de qua tor
mentum prestat. Illi autem qui in potest
tem uenere noctem & ab infimis et ab
altissimis superuenientem eundem som
num dormientes aliquando monstror
um exagitabantur timore: aliquando anime
deficiebant traductione. Subitaneus enim
illis & insperatus timor superuenit: i

Deinde si quocumque ex illis decidisset custo
diebatur in carcere sine ferro reclusus. Si
enim rusticus quis erit: aut pastor: aut agr
Laborum operarios preoccupatus esse: i
effugibilem sustinebat necessitatem. Vix
enim cathena tenebrarum omnes erant i
colligati. Sive spiritus sibilans: aut inter
spissos arborum ramos auium sonus suauis
aut uis aque decurrentis numium: aut so
nus ualidus precipitarum petrarum: aut
ludentium animalium cursus inuisus: aut
mugientium ualida bestiarum uox: aut
resonans de altissima montibus celo defi
cientes faciebat illos pre timore. Omnis
enim orbis terrarum limpido illumina
batur lumine & non impeditis operibus
continebatur. Solis autem illis superposi
ta erat grauis nox imago tenebrarum que
supruentura illis erat. Ipsa ergo sibi erant
grauiores tenebre.

Ad nedis autem tuis ma
xima erat lux & horum
quidem uocem inimici audi
ebunt: sed figuram non us

debant. Et quia non et ipsi eadem passi e
rant magnificabant te: & quod ante lesi erant
quia non ledentur gratias agebant tibi
et ut esset differentia te deum petebant.
Propter quod ignis ardentem columbam i
ducem habuerunt ignem uic: & solem
sine lesura boni hospitij prestitisti. Digni
quidem illi carere luci & puri carcerem te
nebrarum que inclusos custodiebant filios
tuos per quos incipiebat incorruptum le
gis lumen seculo dari. Cum cogitarent
iustorum occidere infantes: & uno expo

suo filio: sed liberato in traductionem il-
lorum multitudinem filiorum abstulisti:
et pariter illos perdidisti in aqua ualida.
Illa enim nox ante cognita est a patribus
nostri: ut uere scientes quibus uiramentis
crediderunt: anime quiescentes essent. Suscep-
ta est autem a populo tuo sanitas quidem
iustorum: iniustorum autem exterminatio.
Sicut enim lesisti aduersarios nostros
sic & nos puocans magnificasti. Abscon-
dit enim sacrificabant iusti pueri bonorum:
& iustitie legem in concordiam disposue-
runt: similiter bona & mala perceptorum
iustos patri omnium decantantes laude.
Resonabat autem inconueniens inimicorum
uox: & flebilis audiebatur planctus plo-
ratorum infantium. Simili autem poena
seruus cum domino affluctus est: & po-
pularis homo Regi similia passus. Similiter
ergo omnes uno nomine mortis: mortuo
habebant innumerabiles. Nec enim ad
sepellendum uiui sufficiebant: quonia
uno momento que erat planior natio il-
lorum exterminata est. De omnibus enim
non credentes propter beneficia: tunc &
primum fuit exterminium primogenito-
rum sponderunt populum dei se esse:
Cum enim quereum silentium continere
omnia et nox in suo cursu medium iter
haberet: omnipotens sermo tuus domine
exiliens de celo a regalibus sedibus: durus
debellator in mediam exterminij ter-
ram profiliuit: gladius acutus in simulato
imperium tuum portans & stans reple-
uit omnia morte: & usque ad celum at-
tingebat stans in terra. Tunc continuo uisus
somnia malorum turbauerunt illos:

& timores superueniunt insperati. Et ali-
us alibi pietus seminuus: pro quam mo-
riebatur causam demonstrabant mortis.
Visiones enim que illos turbauerunt: &
hec premonabant: ne insci quare mala
patiebantur perirent. Tetigit autem ex-
& iustos tentatio mortis: & commotio in
heremo facta est multitudinis: sed non
diu permansit ira tua. Properans enim
homo sine querela pro populis: proferens
seruitutis sue scutum orationem & per-
meentem deprecationem allegans: resti-
tuit ire & finem imposuit necessitati: ost-
dens quoniam tuus est famulus. Sicut
autem turba non in uirtute corporis ne
armatura potentie: sed uerbo illum qui
se uexabat subiecit uiramenta parentum
& testamentum commemorans. Cum ni-
tam aceruatim cecidissent super alterutrum:
mortui interstitit: & amputauit imperium
& diuisit illam que ad uiuos ducebat
uiam. In ueste enim pedens quam habebat
totus erat orbis terrarum: & parentum
magnalia in quattuor ordinibus lapidum
erant sculpta & magnificentia tua chry-
mate capitis illius scripta erat: si autem
cessit: qui exterminabit: & hec extunuit.
Erat enim sola tentatio ne sufficiens:

I

Apus autem usque in
nouissimum sine misericord-
dia ira superuenit. Prese-
ibat enim et futura illorum.

quoniam cum ipsi permisissent ut se eduerent:
& cum magna sollicitudine premississent il-
los consequerentur: illos poenitentia ad-
eas. Adhuc enim inter manus habentes

non solum ipsos loquentes necesse esse pe-
 ritos. sed etiam extraneos posse & discen-
 tes et scribentes doctissimos fieri. Avus
 meus Iesus postq[ue] se amplius dedit ad
 diligentiam lectionis legis et prophetarum
 & aliorum librorum q[ui] nobis a parenti-
 bus nostris traditi sunt. uoluit et ipse
 scribere aliquid horum. que ad doctrinam
 et sapientiam pertinent. ut desideran-
 tes discere. & illorum periti fieri magis in-
 gisq[ue] attendant animo & consermentu[m]
 ad legitimam uitam. Hortor itaq[ue] ueni-
 re uos cum beniuolentia. & attentiore
 studio lectionem facere & ueniam habere
 in illis in q[ui]bus uideamur sequentes imagi-
 nem sapientie & deficere in uerborum co-
 positione. Nam deficient uerba hebra-
 ica quando fuerint translata ad alexan-
 drinam linguam. Non autem solum hec. sed et ip-
 sa lex prophetarum ceteraq[ue] illorum librorum.
 non paruum habent differentiam. quando
 inter se dicuntur. Nam in octauo & tri-
 gesimo anno temporis ptolemei euer-
 getis regis postq[ue] perueni in egyptum
 & cum multum temporis ibi fuisset. in-
 ueni ibi libros relictos non parue neque
 contemnende doctrine. Itaq[ue] bonum &
 necessarium putavi & ipse aliquam adde
 diligentiam & laborem interpretandi
 librum istum. & multa uigilia attuli o-
 doctrinam in spatio temporis ad illam q[ue]
 ad finem ducunt librum istum dare. &
 illis q[ui] uolunt animum intendere & dis-
 cere. quemadmodum oporteat institue-
 re mores. qui secundum legem domini
 approposuerunt uitam agere.

epistolae ptolemei euergetis ad alexandros

[Faint, mostly illegible text in the right column, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

MINISI
SAPIEN
tia a dom'
no deo e'
& cum il
lo fuit se
per & an
te eum.

Et arenam maris et pluuie guttas & dies
seculi qd dinumerauit. Altitudinem
celi et latitudinem terre & pfundum
abyssi. quis dimensus est. Sapientiam i
dei pcedentem omnia. quis inuestiga
uit. Prior oim creata est sapientia &
intellectus prudentie ab euo. Fons sapie
tie uerbum dei in excelsis & ingressus
illius mandata. eterna. Radix sapientie
cui reuelata est & astutias illius qd
agnouit. Disciplina sapientie cui reue
lata est & manifestata. et multiplicatio
nem ingressus illius. quis intellexit. p
nus est altissimus creator omnium. om
nipotens & rex potens et metuendus
numis. sedens super thronum illius & i

dominans ds. Ipse creauit illam in spiritu
sancto. & uidit & dinumerauit & me
sus est. Et effudit illam super omnia
opera sua. & super omnem carnem. secu
dum datum suum prebet illam diligens
abus se. Timor domini gloria et gloria
tio & letitia et corona exultationis. Ti
mor domini delectabit cor & dabit le
titiam et gaudium in longitudine dierum.
Timentis dominum bene erit in extremis &
in die defunctionis sue benedicetur. Di
lectio dei honorabilis sapientia. qbus ac
tem apparuerit in uis. diligunt eam in
uisione & in agnitione. magnalium suorum.
Initium sapientie timor domini & cum
fidelibus in uulua concreatus est. et cum
electis fecerunt graditur. & cum iustis i
et fidelibus agnosatur. Timor domini sac
tie religiositas. Religiositas custodie. et
iustificabit cor. iocunditatem atque ga
udium dabit. Timentis deum bene erit. &
in diebus consolationis illius benedicetur.
Plenitudo sapientie timere deum & ple
nitude a fructibus illius. Omne domum.

illius implebit a generationibus et recep-
tacula a thesauris illius. Corona sapien-
tie timor domini: replens pacis & salutis
fructum. & uidit et dinumerauit eam.
¶ Itaque autem sunt dona dei scientiam et in-
tellectum prudentie. sapientia compa-
riet. & gloria tenentium se exultat. Ra-
dix sapientie est timere deum. et tam il-
lius longeuus. In thesauris sapientie intel-
lectus & scientie religiositas. execratio au-
tem peccatoribus sapientia. Timor domini.
expellit peccatum. Nam q sine timore e-
non poterit iustificari. iracundia enim a-
morsus illius subuersio illius est. & sicut
in tempus sustinebit patiens. et postea red-
ditio iocunditatis. Bonus sensus usq. in tem-
pus abscondet uerba illius. & labia mule-
rum enarrabunt sensum illius. In thesauris
sapientie significatio discipline. execratio
autem peccatori cultura dei. Filij coeupsee
sapientiam conferua iustitiam. & deus p-
bebit illam tibi. Sapientia enim & disci-
plina timor domini. et qd beneplacitum
est illi fides & mansuetudo. & adimple-
bit thesauros illius. Non sis incredulus
timori dei. & ne accesseris ad illum dupl-
ci corde. Ne fueris hypoenta in conspec-
tu hominum. & non scandalizens in labijs
tuis. Attende in illis ne forte cadas. & i
adducas anime tue inhonorationem. et
reuelat deus absconsa tua. & in medio sy-
nagogae elidat te. quoniam accessisti ma-
lignis ad dominum. et cor tuum plenum
est dolo et fallacia.

¶ Illi accedens ad seruitute
dei sta in iustitia et in tim-
re. & prepara animam tu-
am ad tentationem. De-
prime cor tuum & sustine. & inclina au-
rem tuam et suscipe uerba intellectus. e-
ne festines in tempus obductionis. Sust-
ne sustentationes dei. coniungere deo e-
sustine. ut crescat in nouissimo uita tua.
Omne qd tibi applicatum fuerit accipe. et
in dolore sustine. & in humilitate tua pa-
tientiam habe. quoniam in igne pbitur-
aurum. & argentum. homines uero recep-
tibile in camino humiliationis. Crede
deo et recuperabit te. & diriget uiam tu-
am. & spera in illum. Serua timorem illi-
us. & in illo ueterasce. Metuentes dnm
sustinere misericordiam eius. & non de-
flectatis ab illo ne cadatis. ¶ Timetis i
dominum credite illi. & non euacuabit
merces uestre. Qui timetis dominum. i
sperate in illum. & in uocacionem ueni-
et uobis misericordia. Qui timetis dnm
diligite illum. & illuminabuntur con-
da ura. Respicite filij nationes hominum.
& scitote qd nullus sperauit in domno
et confusus est. ¶ Qui enim permansit in ma-
datis eius. & derelictus est. Aut qd in-
uocauit eum et despexit illum. Quonia
pius et misericors est ds. & remittit in
die tribulationis peccata. et pteptor e-
omnibus exquirentibus se in ueritate. Ne du-
plici corde. & labijs scelestis. & manibus
malefacientibus. et peccatorum terram ingre-
dientibus. duabus uiuis. Ne dissolutis corde.
q non credunt deo. & ideo non ptegen-
tur ab eo. Ne his q. perdidit susti-

mentum & q̄ deliquerunt uias rectas
& diuerterunt in uias prauas. Et quid i
facient cum inspicere ceperit dominus.
Qui timent dominum non erunt incredi
biles uerbo illius & qui diligunt illum
conseruabunt uerbo illius. Qui timent
dominum inq̄rant que beneplacita sunt
ei & diligunt cum replebuntur lege
ipsius. Qui timent dominum precipitab̄
corda sua & in conspectu illius sanctifi
cabunt animas suas. Qui timent domi
num custodiunt mandata eius & pa
tientiam habebunt usq̄ ad inspectionem
illius dicentes. Si poenitentiam non ege
rimus incidemus in manus domini & er
non in manus hominum. Secundum q̄
magnitudinem illius sic et misericordia
illius cum ipso est.

Illy sapientie ecclesia iusto
rum: et natio illorum i
obedientia & dilectio.
iudicium patris audite
filij & sic facite ut salui sitis. Deus enim
honorauit patrem in filiis et iudicium
matris exgens firmavit in filios. Qui
diligit deum exorabit p̄ peccatis & co
tinebit se ab illis & in oratione dies
exaudietur & sicut q̄ thesaurizat ita
et q̄ honorificat matrem suam. Qui hono
rat patrem suum iocundabitur in filiis
& in die orationis sue exaudietur. Qui
honorat patrem suum uita uiuet lon
giore & q̄ obedit patrem refrigera
bit matrem. Qui timent dominum ho
norat parentes & quasi dominus ser
uiet his q̄ se genuerunt in opere &

in sermone & omni patientia. Honorat
patrem tuum ut susceperit tibi bene
dictio a deo & benedictio illius in no
uissimo mane. Benedictio patris firmat
domos filiorum maledictio autem
matris eradicat fundamenta. Ne glo
riari in contumelia patris tui non enim
est tibi gloria sed confusio. Gloria
hominis ex honore patris sui & de de
cus filij pater sine honore. Fili suscipe se
nectam patris tui & non contristes eum
in uita illius & si defecerit sensu ueni
am da & ne spernas eum in tua uirtu
te. Elemosyna enim patris non erit in
obliuione. Ne aut p̄ peccato matris resti
tuetur tibi bonum & iniustitia edificat
bitur tibi & in die tribulationis com
memorabitur tui & sicut in sereno gra
cies soluentur peccata tua. Quam male
fame est q̄ deliquit patrem & est maledi
ctus a deo qui exasperat matrem. Fili
in mansuetudine opera tua perfice & i
super homin gloria diligens. Quanto ma
gnus es humilia te in omnibus & coram
deo inuenies gratiam. quoniam magna
potentia dei solius et ab humilibus hono
ratur. Altiora te ne quesieris et for
tiora te ne scrutatus fueris sed que pre
cepit tibi deus illa cogita semper &
in pluribus opibus eius ne fueris curiosus.
Non est enim tibi necessarium ea que
abscondita sunt uidere oculis tuis. In sy
peruacuis rebus nulli scrutari multipliciter
& in pluribus eius operibus non eris curio
sus. Plurima enim super sensum hominum
ostensa sunt tibi. Multos enim suppla
cauit suspitio illorum & in uanitate de

tinuit sensus illorum. Cor durum ha-
bebit male in nouissimo. & q̄ amat pe-
riculum in illo peribit. Cor ingredies
dual uas non habebit successus. & pra-
uicors in illis scandalizabitur. Cor ne-
quam grauabitur in dolonibz. & pecca-
tor adhaere ad peccandum. Synagoge
superborum non erit sanitas. fructu n.
peccati eradicabitur in illis. & non in-
telligetur. Cor sapientis intelligetur
in sapientia. & auri bona audiet cum o-
ni concupiscentia sapientia. Sapiens co-
et intelligibile abstinebit se a peccatis.
et in operibz iusticie successus habebit.
I gnem ardentem extinguit aqua. & ele-
mosyna resistit peccatis. & deus p̄spe-
tor est eius q̄ reddit gratiam. Memini
in posterum. & in tempore casus sui ue-
niet firmamentum.

¶ Illi elemosynam pauperis
ne defraudes. & oculos
os ne transuertas a paupe-
re. Animam esurientem
ne despexeris. & non exasperes pauperem
in inopia sua. Cor inopis ne afflixeris.
& non perahas datum angustianti. Ro-
gationem contribulati ne abicias. & i-
non auertas faciem tuam ab egeno. Ab
inope ne auertas oculos tuos propter
iram. & non relinquis querentibz ti-
bi retro maledicere. Maledicens enim
tibi in amaritudine animae exauditur
deprecatio illius. exaudit autem eum
q̄ fecit illum. Congregationi pauperum
affabilem te facito & presbytero humili-
tia animam tuam. & magnato humili-

caput tuum. Declina pauperi sine misti-
tia aurem tuam. & redde debitum tu-
um. & responde illi pacifice in mansue-
tudine. Libera eum q̄ iniuriam patitur
de manu superbi. & non acide feras in
anima tua. In iudicando esto pupillis
misericors ut pater. & pro uiro matris
illorum. & eris ex uelut filius altissimi.
obediens. & miserebitur tui magis q̄
mater. Sapientia filijs suis uitam inspira-
& suscipit inq̄rentes se. & praebet in uix-
iusticie. Et q̄ illa diligit diligit uitam.
& qui uigilauerit ad illam. complecte-
tur placorem eius. Qui tenuerint illam
uitam hereditabunt. & quo introbit
benedicet deus. Qui seruiunt ei obsequi-
tes erunt sancto. & eos q̄ diligunt illa.
diligit deus. Quae diligit illam iudicabit ge-
tes. & q̄ intuetur illam. permanebit co-
fidens. Si crediderit ei hereditabit illa
& erunt in confirmatione creature illo-
rum. quoniam in tentatione ambulat
eo. & in primis elegit eum. Timorem
& metum et p̄bationem inducet super
illum. & cruciabit illum in tribulatio-
ne doctine suae. donec tentet eum in
cogitationibz suis. & credat anime illi-
us. & firmabit illum. et iter adducet
directum ad illum. et letificabit illum.
& denuclabit absconsa sua illi. & thesa-
urizabit sup̄ illum scientiam. et intellec-
tum iusticie. Si autem obertauerint de
relinque eum. & tradet eum in manus
inimici sui. Fili obserua tempus. & devi-
ta a malo. Pro anima tua ne confunda-
ris dicere uerbo. Est enim confusio ad-
ducent peccatum. et est confusio addu-

gens gloriam et gratiam. Ne accipias fa-
ciem aduersus faciem tuam. nec aduersus
animam tuam mendacium. Ne reueraris p-
ximum tuum in caso suo. nec retineas re-
bum in tempore salutis. Non abscondas
sapientiam tuam in decore suo. In lingv-
enim sapientia dignosatur. & sensus et
scientia & doctrina in uerbo sensati. & fi-
mamentum in operib' iustitie. Non con-
tradicat uerbo ueritatis ullo modo & de-
mendacio inuentionis tue confundet.
Non confundaris confiteri peccata tua &
ne subicias te omni homini p peccato. **N**
oli resistere contra faciem potentis. nec co-
naris contra ictum fulminis. Pro iustitia
agonizare p anima tua. & usq; ad mortem
certa pro iustitia. & deus expugnabit p-
te inimicos tuos. Noli citatus esse in lin-
gua tua. & inutilis et remissus in operib'
tuis. Noli esse sicut leo in domo tua ex-
tens domesticos tuos. & opprimens sub-
iecto tibi. Non sit preda manus tua ad
accipiendum. & ad dandum collecta.

Oli attendere ad posses-
siones iniquas. & ne dixe-
ris est mihi sufficiens uir.

Nihil enim perierit in tem-
pore uindictę & obductionis. Ne seors
in fortitudine tua concupiscentiam cor-
dis tui. & ne dixeris. Quomodo potui a-
ut qd me subiacet pp facta mea. Deus n
uindicans uindicabit. Ne dixeris pec-
cavi & qd mihi accidit triste. Altissi-
mus enim est patiens redditor. & ppi-
tatem peccatorum noli esse sine metu. ne-
que aduersus peccatum super peccatum e-

ne dicas. Misericordia domini magna est.
multitudinis peccatorum meorum mi-
seretur. Misericordia enim et ira ab
illo cito pximant. & in peccatores respi-
cit ira illius. Non tardes conuerti ad
dominum. & ne differas de die in diem.
Subito enim uenit ira illius. & in tem-
pore uindictę disperdet te. Noli anx-
us esse in diuitijs iniustis. non erunt pro-
derunt tibi in die obductionis et uin-
dictę. Non uentiles te in omnem uen-
tum. & ne eas in omnem tuam. Sic enim
omnis peccator pbatur in duplici lingua.
Esto firmus in uia domini. & in ueritate
sensus tui & scientia. & psequatur te ve-
bum pacis et iustitie. Esto mansuetus
ad audiendum uerbum dei. ut intelligat
et cum sapientia. pferes responsum uere.
Si est tibi intellectus responde pximo.
sin autem sit manus tua super os tuum.
ne capiatis in uerbo indisciplinato. et co-
fundaris. Honor et gloria in sermone se-
sati. lingua uero imprudens subuersio e-
ipsum. Non appelleris susurro in uita.
tua. & lingua tua ne capiatis et confusy-
dans. Super furem enim est confusio. et
pœnitentia. & denotatio pessima super
bilinguem. susurratorum autem odium. &
inimicitia & contumelia. Iusticia pusil-
lum & mag^m sita.

Oli fieri p amico inimic^o
proximo. Improperum
enim & contumeliam i-
malus hereditabit. & o-
nis peccator inuidus & bilinguis. No-
te extollas in cogitatione anime tue ue-

lut taurus ne forte elidatur uirtus tua
per stultitiam & folia tua comedat & i
fructus tuos perdat & relinquaris uelut
lignum aridum in cretino. Anima enim
nequam disperdet q se habet & in ga
udium inimicis dat illum et deducet
in sortem impiorum. Verbum dulce mul
tiplicat amicos & mitigat inimicos &
lingua eucharis in bono homine abunda
bit. Multi pacifici sint tibi & consilia
rius sit tibi unus de mille. Si possides i
amicum in tentatione posside eum & o
ne facile credas ei tempus. Est enim
amicus secundum tempus suum & no
permanet in die tribulationis. Et est a
micus q conuertit ad inimicitiam & est
amicus qui odium & iram et contumacia
denudabit. Est autem amicus secus me
se & non permanebit in die necessitatis
amicus si permanserit fixus erit tibi quasi
coequalis & in domesticis tuis fidelitate
ageat. Si humiliauerit se contra te & a
facie tua absconderit se unanimum ha
bebis amicitiam bonam. Ab inimicis tu
is separe & ab amicis tuis attende. Ami
cus fidelis pretio fortis q autem in
uenit illum inuenit thesaurum. Amico
fidei nulla est comparatio & non est i
digna ponderatio aurum et argenti contra
bonitatem fidei illius. Amicus fidelis me
dicamentum uite & immortalitatis &
q metuunt dominum inueniunt illum.
Qui timet deum equo habebit amicitiam
bonam quoniam secundum illum erit a
micus illius. Fili a iuuentute tua excipe
doctrinam & usq ad canos inuenies sapi
entiam. Quasi si q arat & qv seminat

accede ad eam & sustine bonos fructus
illius. In opere enim ipsius exiguum la
boris & cito edes de generationibus illius.
Quam aspera est nimium sapientia in de
tis hominibus & non permanebit in illa i
excors. Quasi lapidis uirtus pbatio erit i
illis & non demorabunt proycere illam.
Sapientia enim doctrine secundum no
men est eius & non est multis manifes
ta. Quibus autem agnita est permanet us
q ad conspectum dei. Audi fili & accipe
consilium intellectus & ne abiecas consilium
meum. Inice pedem tuum in compedes il
lius et in torques illius collum tuum. Su
bice humerum tuum & porta illam & i
ne accidens uinculis eius. In omni animo
tuo accede ad illam & in omni uirtute
tua conserua uias eius. Inuestiga illam ei
manifestabitur tibi & continens factus i
ne derelinquas eam. In nouissimis enim i
uenies regem in ea & conuertet in obles
tationem. Et erunt tibi compedes eius in
prestationem fortitudinis & bases uirtutis
& torques illius in stolam glorie. Decor
enim uite est in illa & uincula illius alligatura
salutis. Stola glorie indues eam & coram
gratulationis impones tibi. Fili
si attendens mibi discas eam & si accom
dauers animum tuum sapiens eris. Si in
clinaueris aurem tuam excipies doctrinam
& si dilexeris audire sapiens eris. In mul
titudine presbyterorum prudentium sta
et sapientie illoz ex corde coniungere
ut omnem narrationem dei possis audire
& puerba laudis non effugiant a te. Si
uidens sensatum cingula ad eum & gra
dus ostiorum illius exeret pes tuus. Co

gitatum tuum habe in preceptis dei: & i
mandatis illius maxime assiduus esto &
ipse dabit tibi cor: et concupiscentia sapi
entis dabit tibi.

Noli facere mala: & non
te apprehendent: discede
ab iniquo et deficient i
mala abs te. Fili non se
mmes mala in suis inuoluitis: & non me
tes ea in septuplum. Noli querere ab ho
mine ducatum: neq. a Rege cathedram
honoris. Non te iustifices ante deum: q
niam agitor cordis ipse est: & penes Re
gem noli uelle uideri sapiens. Noli que
rere fieri iudex nisi ualeas uirtute irru
pere iniquitates: ne forte extimescas faciem
potentis: & ponas scandalum in agilitate te.
Non pecces in multitudine ciuitatis: nec te
immitas in populum: neq. alliges dupli
peccata. Nec enim in uno eris immunis. No
li esse pusillanimitas in animo tuo. E. cora
re: & facere elemosynam ne despicias. Ne
dicas in multitudine numerum meorum:
respicit deus: & offerente me deo altissim
munera mea suscipie. Non irideas ho
minem in amaritudine anime: est enim q
humiliat: & exaltat: et respiciet deus. No
li amare mendacium aduersus fratrem tu
um: neq. in amicum similiter facias. Noli
uelle mentari omne mendacium: assidua
enim illius non est bona. Noli uerbosus e
se in multitudine presbyterorum: & nos
tites uerbum in oratione tua. Non ode
ris laboriosa opera et rusticationem crea
tam ab altissim. Non te reputes in mul
titudine in disciplinatum. Memento:

re: quoniam non tacebis. Humilia uil
de spiritum tuum: quoniam uindicta ca
nis impij: ignis & uermis. Noli preuari
cari in amicum pecuniam differentem: ne
q. fratrem charissimum auro spreueris. o
Noli discedere a muliere sensata et bona
quam soret: et in timore domini gratia
enim uereundie illius super aurum. No
ledas seruum in ueritate opantem: neq.
mercennarium dantem animam suam. Ser
uus sensatus sit tibi dilectus quasi anima
tua: non defraudes illum libertate: neq.
inopem derelinquas illum. Pecora tibi
sunt attende illis: & si sunt utilia: per
seuerent apud te. Filij tibi sunt: erudi il
los: & curua illos a pueritia: eorum. Filij
tibi sunt: serua corpus illarum: & non
ostendam hilarem faciem tuam ad illas.
Trade filiam et grande opus feceris: &
homini sensato da illam. Mulier si est
tibi secundum animam tuam: non pueria
illam: & edibili non credas te: in toto co
de tuo. Honora patrem tuum: & ge
nitum matris tue: ne obliuiscaris. Meme
to quoniam nisi p. illos natus no. fuisses.
& retribue illis quomodo & illi tibi. In
tota anima tua time dominum: & face
dotes illius sanctifica. In omni uirtute
dilige eum q. te fecit: & ministros eius
ne derelinquas. Honora deum ex tota
anima tua: & honorifica sacerdotes: & p
purga te: cum brachijs. Da illis partem
sicut mandatum est tibi primitiarum: et
purgationis: & de negligentia tua pur
ga te: cum paucis. Datum brachiorum
tuorum: & sacrificium sanctificationis
offeret domino: & initia sanctorum: &

pauperi porrigit manum tuam ut pe-
ficiat propitiatio & benedictio tua gra-
datur in conspectu omnis uiuentis: &
mortuo non phixas gratiam Non desis
plorantibus in consolatione & cum luge-
ntibus ambula Non te pigeat uisitare in-
firmum: ex his enim in dilectione firma-
beris In omnibus operibus tuis memora-
te nouissima tua & in eternum non
peccabis.

Non litiges cum homine
potente ne forte incida-
in manus illius Non co-
tendas cum uero laeuple
te ne forte contra te constituat litem ti-
bi Multos enim perdidit aurum et ar-
gentum & usq; ad cor & regum exten-
dit & conuertit Non litiges cum homi-
ne linguato & non strues in ignem illi-
us ligna Non comunices homini inco-
to ne male de ppeie tua loquatur Ne
despicias hominem auertentem se a pecca-
to neq; improperes ei Memento quoni-
am omnes in corruptione sumus Ne sper-
nas hominem in sua senectute: etenim ex
nobis senescunt Noli de mortuo inu-
co tuo gaudere: sciens qm omnes mori-
mur & in gaudium nolumus uerere.

Ne despicias narrationem presbyterorum
sapientium & in prouerbijs eorum con-
uersare Ab ipsis enim discet sapientiam
& doctrinam intellectus & seruire ma-
gnatis sine querela Non te pretereat
narratio seniorum ipsi enim didicerunt
a patribus suis Quoniam ab ipsis discet in-
tellectum & in tempore necessitatis da-

bit responsum Non incendas carbones i
peccatorum arguens eos: & ne incenda-
ris flamma ignis peccatorum illorum
Ne contra faciem istes contumeliosi ne
sedeat quasi infidator on tuo Noli fo-
netari homini fortiori te: q si steneraue-
ris quasi perditum habe Non spondeas
super uirtutem tuam q si spondens i
quasi restitues cogita Non iudices con-
tra iudicem qm secundum q iustum est
iudicat Cum audace non eas in uia ne
forte grauee mala sua in te Ipse enim se-
cundum uoluntatem suam uadit: & si
mul cum stultitia ipius peties Cum ira-
cundo non facias nexam & cum audace
non eas in desertum quoniam quasi ni-
hil est ante illum sanguis: & ubi non
est adiutorium elidat te Cum fatuus
consilium non habeas: no enim poterit
diligere nisi que eis placent Coram ex-
traneo ne facies consilium: nescis enim
qd pariet Non omni homini cor tuum
manifestes ne forte inferat tibi gratia
falsam & conuictur tibi.

Non zelus mulierem sinu-
tuy ne ostendat super-
te malitiam doctrine ne-
quam Non des mulieri
potestatem anime tue ne ingrediatur
in uirtute tua & confundaris Ne re-
spicias mulierem multiuolam ne forte i-
cidas in laqueos illius Cum saltat ne-
ne assiduus sis nec audias illam ne for-
te peras in efficacia illius Virginem ne
conspicias ne forte scandalizans in deco-
re illius Ne des fornicarijs animum tu-

am in ullo. ne perdas te: & hereditates
tuam. Noli circūspicere in uicis ciuitatis
ne oberrauens in plateis illius. Auerte fa-
ciem tuam a muliere compta. & ne cir-
cūspicias speciem alienam. Propter speci-
em mulieris multi perierunt. et ex hoc co-
cupiscentia quasi ignis exardescit. Omnis
mulier que est fornicaria quasi stercus
in uia ab omnibus pretereuntibus conculca-
bitur. Speciem mulieris aliene multi ad-
mirati regni facti sunt. collegium enim il-
lius quasi ignis exardescit. Cum aliena
muliere ne seculas omnino. nec accumbas
cum ea super cubitum. & non alterteris
cum illa in uino. ne forte declinet. cor-
tuum in illam. & sanguine tuo labaris
in perditionem. Ne derelinquas amicum
antiquum. nouus enim non erit similis
illi. Vinum nouum amicus nouus. Setera
eat. & cum suauitate bibes illud. Non
zeles gloriam et opes peccatoris. non em-
scis que futura sit illius subuersio. Non
placeat tibi iniuria iniustorum. sciens quod
niam usque ad inferos non placebit impius.
Longe abesto ab homine potestatem habente
ut occidendi. & non suspicaberis timores
mortis. Et si accesseris ad illum noli ali-
quid committere. ne forte auferat uitam
tuam. Coniunctionem mortis scito quoniam in
medio laqueorum ingredieris. & super
dolentium arma ambulabis. Secundum
uirtutem tuam caue te proximo tuo. &
cum sapientibus & prudentibus trahere. Vi-
ni uidi sunt tibi conuiuere. & in timore
dei sit tibi gloriatio. & in sensu sit tibi
cogitatus dei. & omnis enarratio tua in
preceptis altissimi. In manu artificum quod

laudabitur. & princeps populi in sapientia
sermonis sui in sensu uero seniorum uen-
tium. Terribilis est in ciuitate sua. homo
linguosus et temerarius in uerbo suo odi-
bilis erit.

Ulex sapiens iudicabit.
populum suum. & princi-
patus sensati terribilis erit.

Secundum iudicem populi
sic & ministri eius. & quis rector est ciuita-
tis tales et inhabitantes in ea. Rex insipi-
ens perdet populum suum. & ciuitates illa
bitabuntur per sensum prudentium. In
manu dei potestas terrę. & execrabilis om-
nis iniquitas gentium. & utilem rectorem
suscipiat in tempus super illam. In manu
dei p̄as hominis. & super faciem scribe im-
ponet honorem suum. Omnis iniurie proximi
ne manueris. & nihil agas in operibus iniu-
rie. Odabit coram deo. & hominibus super-
bia. & execrabilis omnis iniquitas gentium.
Regnum a gente in gentem transfertur.
propter iustitias & iniurias & contumelias
ac diuersos dolos. A uaro autem nihil est
sceleratus. Quid superbis terra & cims.
Nihil est iniquus quam amare pecuniam. Hic
enim & animam suam uenalem habet. quoniam
in uita sua peccat intima sua. Omnis
potentatus breuis uita. languor plaxior
grauat medicum. Breuem languorem pro-
cidit medicus sicut & rex hodie est. &
cras morietur. Cum enim morietur ho-
mo. hereditabit serpentes et bestias et ve-
mes. Initium superbie hominis apostatate
a deo. quoniam ab eo que fecit illum recessit
cor eius. quoniam initium omnis pecca-

ti est superbia. Quae tenuerit illam adim-
plebit maledictis & subuertet eum in
finem. Propterea exhonoraui dominus eo-
uentus malorum & destruxit eos usque
in finem. Sedes ducum superbiorum des-
truxit deus & sedere fecit mites pro eis.
Radices gentium superbarum arefecit de-
us & plantauit humiles ex ipsis gentibus.
Terras gentium euerit dominus & perdi-
dit eas usque ad fundamentum. Arefecit
deus ex ipsis et disperdidit eos & cessare
fecit memoriam eorum a terra. Memo-
riam superbiorum perdidit deus & reliquit
memoriam humilium sensu. Non est cre-
ata hominibus superbia neque iracundia ratio-
ni mulierum. Semen hominum honorabitur
quod timet deum. Semen autem hoc exho-
norabitur quod preterit mandata domus.
In medio fratrum rector illorum in hono-
re & qui timent dominum erunt in ocu-
lis illius. Gloria diuitem honoratorum
& pauperum timor dei est. Non despi-
cere hominem iustum et pauperem & non
magnificare iustum peccatorem diuitem.
Magnus est iudex & potens est in honore
& non est maior illo qui timet deum.
Seruus sensato liberi seruiant & uir prudens
& disciplinatus non murmurabit correptus
et inscius non honorabit. Noli extollere
te in faciendo opere tuo & noli eundem
in tempore angustie. Melior est qui
operatur et abundat in omnibus quam qui
gloriat et eget pane. Fili in mansuetudi-
ne serua animam tuam & da illi honorem
secundum meritum suum. Peccantem in
animam suam quis iustificabit. Et quis ho-
norificabit exhonoraantem animam suam.

Pauper gloriatur per disciplinam et timore
suum & est homo qui gloriatur propter
substantiam suam. Quae autem gloriatur in
paupertate quanto magis in substantia. Et
qui gloriatur in substantia pauperem uere-
atur.

Apientia humiliati exalta-
bit caput illius & in me-
dio magnatorum confede-
re illum faciet. Non la-

udes irum in spe sua neque spernas homi-
nem in visu suo. Breuis in uolatilibus est
apis & initium dulcoris habet fructus
illius. In uestitu ne gloriatur unquam
nec in die honore sui extollatur. Quoni-
am mirabilia opera altissimi solius & glo-
riosa et absconsa & inuisa opera illius.
Multi tyranni sederunt in throno & i-
suspicabiliter portauit diademam. Multi po-
tentes oppressi sunt ualide & gloriosi tra-
diti sunt in manus alterorum. Priusquam
interroges ne uituperes quemquam & cum in-
terrogaueris corripe iuste. Priusquam
audias ne respondeas uerbum & in me-
dio sermonum ne aduersus loquas. De ea re
que te non molestat ne certes & in iu-
dicio peccantium ne consistas. Fili ne in
multis sint actus tui & si diues fueris no-
eris immunis a delicto. Si enim secutus
fueris non apprehendes & non effugies
si percurreris. Est homo laborans & festi-
nans & dolens impius & tanto magis non
abundabit. Est homo marcidus egens re-
cuperatione plus deficiens uirtute et
abundans paupertate & oculus dei respice
illum in bono & erexit eum ab hu-
militate ipsius & exaltauit caput eius.

& mirati sunt in illo multi & honorauerunt deum. Bona & mala uita & mors p̄upertas et honestas a deo sunt. Sapientia disciplina & scientia legis apud dominum dilectio et uis honorum apud ipsum. Error et tenebre peccatoribus concreatæ sunt. q̄ autem exultant in malis consenscunt in malo. Datio dei permanet iustis & p̄fectus illius successus habebunt in eternum. Et q̄ locupletat̄ parce agendo & hæc est pars mercedis illius in eo q̄ dicit inueni regem mihi. et nunc manducabo de bonis meis solus & nesciat q̄ tempus p̄tereat illum & mōs appropinquet et relinquat omnia alij emoriat. Sta in testamento tuo & in illo colloquere & in opere mandatorum tuorum ueterasce. Ne manseris in operibus peccatorum. Confide autem in deo & mane in loco tuo. Facile est enim in oculis dei subito honestare pauperem. Benedictio dei in mercedem iusti stetit et in honore ueloci p̄cessus illius fructificat. Ne dicas qd̄ est mihi opus & q̄ erunt mihi ex hæc bona. Ne dicas sufficiens sum & quid ex h̄o pessimabor. In die bonorum ne immemor sis malorum & in die malorum ne immemor sis bonorum quoniam facile est coram deo in die obitus retribuere unicuiq̄ secundum uias suas. Alia h̄o obliuionem facit lux ne magne & in fine hominis denudat̄ operum illius. Ante mortem ne laudes hominem quequam quoniam in filij suis agnoscat̄ uir. Non omnem hominem inducas in domum tuam multæ enim s̄t insidie dolosi. Sicut enim cruduant̄ p̄

cordia fortentium & sicut perdidit inducit in caueam & ut caprea in laqueum sic & cor superborum & sicut p̄spector uidens casum proximi sui. Bona enim uia mala conuertens insidiat & in celestis ponet maculam. Absentilla enim una augetur ignis & ab uno doloso augetur sanguis homo uero peccator sanguini insidiat. Attende ergo tibi a pestifero fabricat̄ in mala ne forte inducat super te substantationem in perpetuum. Admitte ad te alienigenam & subuertet te in turbine & abalienabit te a uis p̄prios.

I benefecoris scito cui feceris & erit grata in bonis tuis multa. Benefac iusto & inuenies retributionem magnam & si non ab ipso certe a domino. Non est enim ei bene q̄ assidius est in malis & elemosinas non dant̄ quoniam et altissimus odio habet peccatores & misertus est poenitentibus. Da misericordiam & ne suscipias peccatorem & impijs et peccatoribus reddet uindictam custodiens eos in diem uindictæ. Da bono & non receperis peccatorem. Benefac humili & non dederis impio. Prohibe panes illi dare ne in ipsis potentior te sit. Nam duplicia mala inuenies in omnibus bonis quecuq̄ feceris illi qm̄ et altissimus odio habet & impijs reddet uindictam. Non agnosceatur in bonis amicus & non abscondatur in malis inimicus. In bonis uir inimicus illius in tristitia et in malitia illius amicus agnitus est. Non credas inimico tuo in eternum. Sicut enim era.

mentum eruginat nequam illius. Et si hu-
miliatus uadat: curuus abice animum tu-
um. & custodi te ab illo. Non statuas il-
lum penes te: nec sedeat ad dexteram tu-
am: ne conuersus stet in loco tuo: ne for-
te conuersus in locum tuum inquat: cath-
edram tuam. & in nouissimo cognoscas
uocem meam: & in sermonibus meis stimuleris.
Quis medebitur inuentori serpente: pec-
casso: & omnibus que appropriant bestiis.
Sic & qui comitatur cum uiro iniquo: & ob-
uolutus est in peccatis eius. Una hora te
cum permanebit. Si autem declinaueris
non supportabit. In labijs suis induleat in-
imicus: & in corde suo insidiat: ut subuer-
tat te in foueam. In oculis suis lacrymat
inimicus: & si inuenit: tempus non satia-
bitur sanguine: & si incurrerit tibi ma-
la: inuenies eum illic priorem. & quasi ad-
uiuus suffodiet plantas tuas. Caput suum
mouebit: & plaudebit manus: & multa
susurrans commutabit uultum suum.

Si tetigerit picem ingra-
bitur ab ea: & qui commu-
nicauerit superbo: inducet
superbiam. Pondus super-
se tollit: que honestiori se communicat. Er-
ditioni te ne scis fueris. Quod communi-
cabit cacabus ad ollam. Quando enim
se colliserint: confringet. Diues inuiste-
git: et fremebit: pauper autem letus ta-
cebit. Si largitus fueris: assumet te: & si
non habueris: derelinquet te. Si habes co-
uiuuet tecum: & euacuat te: & ipse non
dolebit super te. Si necessarius illi fueris
supplantabit te: & subridet spem dabit.

narrans tibi omnia bona: & dicit: Quod opus
est tibi: & confundet te in cibis suis: do-
nec te exaniamet bis: & tertio: & in nouissi-
mo deridebit te. Postea uident derelinquet
te: & caput suum mouebit ad te. Humili-
are deo: & expedita manus eius. Attende
ne seductus in stultitia humiliens. Noli
esse humilis in sapientia tua: ne humiliatus
in stultitiam seducaris. & duceatur a po-
tentiore: discede: ex hoc enim magis te ad-
uocabit. Ne improbus sis: ne impingaris:
& ne longe sis ab eo: ne cas in oblivione.
Ne retineas ex equo loqui cum illo: nec cre-
das multis uerbis illius. Ex multa enim
loquendo tentabit te: & subridet: interro-
gabit te: de absconditis tuis: immitis an-
imus illius: conseruabit uerba tua: & non
paret de malitia: & de uinculis. Caue ti-
bi: & attende: diligenter auditui tuo: quo-
niam cum subuersione tua ambulabis. Au-
diens uero uerba illa quasi in somnis ui-
de: & uigilabis. Omni uita tua dilige de-
uota illum in salute tua. Omne animal
diligit simile sibi: sic & omnis homo posi-
tum sibi. Omnis caro ad similem sibi con-
iugetur: & omnis homo simili sui sociabitur.
Sicut communicabit lupus agno aliquan-
do: sic peccator iusto. Que communica-
tio sancto homini ad eum: aut que: i-
pars bona diuiti ad pauperem. & ena-
tio leonis onager in heremo: sic & pascua
sunt diuitum pauperes. Et sicut abomi-
natio est superbo humilitas: sic et execratio
diuitis pauper. Diues commotus con-
firmatur ab amicis suis: humilis autem con-
cedit: expelletur: & a notis. Diuiti de-
cepto multi recuperatore. Locutus est se-

perba & iustificauerunt illum. Humilis
deceptus est. insuper et arguitur. Locu-
tus est sensate & non est datus ei locus.
D uel locutus est et omnes tacuerunt &
uerbum illius usq. ad nubes pducant. Pa-
uper locutus est et dicunt. Qs est hic?
Et si offenderit subuertent illum. Bonus
est substantia cui non est peccatum in co-
scientia & nequissima paupertas in ore. im-
p. Et hominis immutat faciem illius sicut
in bono sive in malo. Vestigium cordis bo-
ni & faciem bonam difficile inuenies & est
labore.

E atus uir q non est lap-
sus uerbo ex ore suo &
non est stimulatus in
tristitia delicti. Felix
q non habuit animi sui tristitia & non
excidit ab spe sua. Viro cupido et tenax
ei sine ratione est substantia et hominis
liuido ad qd aurum. Q acernat ex ani-
mo suo iniuste alijs congregat & in bonis
illius alijs luxuriabitur. Qui sibi nequa
est cui alij bonus erit. Et non iocundabit
in bonis suis. Q sibi inuidet nihil est illo
nequus & hec redditis est malicie illius.
E si benefecerint ignorant & non uolens fa-
cit & in nouissimo manifestat malitiam
suam. Nequa est oculus liuidi & auer-
tens faciem suam & despiciens animam
suam. Insatiabilis oculus cupidi in parte
iniquitatis non satiabitur donec consumat
et arefaciens animam suam. Oculi malus ad
malum & non satiabitur pane indigens et
in tristitia erit sup mensam suam. Fili fi-
liales benefac tecum & deo dignis obla-

tionem offer. Memor esto quoniam mors
non tardat & testamentum inferorum qd
demonstratum est tibi. Testamentum eius
huius mundi morte mortetur. Ante mor-
tem benefac amico tuo & secundum uirtu-
tas exporrigens da pauperes. Non defra-
udens x die bono & particula bone diei
non te pretereat. Nonne alijs relique do-
lores et labores tuos? In diuisione sortis
da & accipe & iustifica animam tuam. Et
te obitum tuum operare iustitia quonia
non est apud inferos inuenire cibum. Omni-
cario sicut foenum ueterascet & sicut solus
fructificans in arbore uindit. Alia genera-
tur & alia deieuntur sic generatio car-
nis et sanguinis alia finitur & alia nascit.
Omne opus corruptibile in fine deficiet et
q illud operatur ibit cum illo. Et omne o-
pus electum iustificabitur & q operatur
illud honorabitur in illo. Beatus uir qui
in sapientia morabitur & q in iustitia medi-
tabitur & in sensu cogitabit circumspectio-
dei. Q cogitat uias illius in corde suo et
in absconditis illius intelligens uadens
post illam quasi inuestigator & in uis il-
lius consistens. Q respicit per fenestras il-
lius & in ianuis illius audiens. Qui reqes-
cit iuxta domum illius & in parietibus illi-
us figens palum. Statuet casulam suam ad
manus illius & reqescent in casula illius
bona per eum. Statuet filios suos sub o-
regimine illius & sub ramis eius morabitur.
Protegetur sub regimine illius a seruo-
et in gloria eius reqesce.

SI tunc deum faciet illu
& qui continens est iusti
tie apprehendet illam et
obuiabit illi quasi mater
honorificata & quasi mulier a uirginitate
te suscipiet illum. Cibabit illum pane ui
te & intellectus & aqua sapientie saluta
ris potabit illum. Et firmabitur in illo et
non fleetur & continebit illum & no
fundetur & exaltabit illum apud peccato
suos. Et in medio ecclesie aperiet os eius
et adimplebit eum spiritu sapientie & in
tellectus & stola glorie uestiet illum.
Iocunditatem et exultationem elaburza
bit super illum & nomine eterno here
ditabit illum. Homines stulti non appre
hendent illam & homines sensati obuia
bunt illi. Homines stulti non uidebunt i
eam longe enim abest a superbia & dolo.
Viri mendaces non erunt illius memores
et ueraces inuentur in illa & successus
habebunt usque ad inspectionem dei. Non
est speciosa laus in ore peccatoris quia non
est a domino missus quoniam a deo pro
fecta est sapientia. Sapientie enim dei
astabit laus & in ore fideli abundabit &
dominator dabit eam illi. Non dixeris pro
deum abest quis enim edit ne feceris. Non
dicas ille me implanauit non enim necessa
rii sunt ei homines impij. Omne execrime
tum erroris edit dominus & non erit a
mabile timentibus eum. Deus ab initio con
stituit hominem & reliquit illum in manu
consilij sui. Adicit mandata et precepta
sua. Si uolueris mandata conseruare con
seruabunt te & in perpetuum fidem pla
citam seruare. Apposuit tibi aquam et

ignem ad quod uolueris porrigere manum
tuam. Ante hominem uita et mors bonu
et malum. Quod placuerit ei dabitur illi
quoniam multa sapientia dei et fortis ire
potentia uidens omnes sine intermissione.
Oculi domini ad timentes eum & ipse i
agnoscat omnem operam hominis. Non enim
in mandauit impie agere & nemini dedit
spatium peccandi. Non enim concupiscit
multitudinem filiorum infidelium et in
tilium.

Et iocundus in filiis impi
is si multiplicentur nec i
oblectens super ipsos si non
est timor dei in illis. Non

credas uite illorum & ne respexeris in
labores eorum. Melior est enim unus timere
deum quam mille filij impij. Et utile est mo
ri sine filiis quam relinquere filios impios. Ab
uno sensato inhabitabit patris & a tribus
impijs deseretur. Multa talia uidit oc
ulus meus & fortiora horum audiuit auris
mea. In synagoga peccantium exardebit ignis
& in gente incredibili exardescet ira. Non
exorauerunt pro peccatis suis antiqui gygan
tes qui destructi sunt confidentes sue uir
tuti & non peperit peregrinationis illo
sed percussit eos & execratus est eos pro
superbia uerbi illorum. Non misertus est
illis gentem totam perdens & extollen
tem se in peccatis suis. Et sicut sexcenta
milia pedum qui congregati sunt in di
ritia cordis sui & si unus fuisset ceruicatu
mirum si fuisset immunus. Misericordia
enim et ira est cum illo potens exoratio
& effundens iram. Secundum misericor

cliam suam sic correctio illius hominem se-
cundum opa sua iudicat. Non effugiet in
rapina peccator & non retardabit suffere-
tia misericordiam facientis. Omnis iustitia
faciet locum unicuique secundum meritum o-
perum suorum & secundum intellectum
peregrinationis ipsius. Non dicas. & deo
abscondat et ex summo quod mei memora-
bitur. In populo magno non agnosca-
tur. **Q**ue est enim anima mea in tam imensa
creatura. Ecce celi & celi caelorum aby-
sus & uniuersa terra. et que in eis sunt in
conspectu illius commouebuntur. montes
simul & colles & fundamenta terre. & con-
spexerit illa deus. tremore concutientur.
Et in omnibus his insensatum cor & omne co-
intelligitur ab illo & uia illius quod intelligit.
Et peccata quam nec oculus uidit hominis.
Nam plurima illius opera sunt in absconditis
sed opera iustitie eius quod enuntiabit aut
quod sustinebit. Longe enim est testamen-
tum & quibusdam & interrogatio hominis
in consumatione est. Quamminuat corde co-
gitat inania. & uis imprudens et errans co-
gitat stultes. Audi me fili & discere discipli-
nam sensus. & in uerbis meis attende in cor-
de tuo & dicam in egrate disciplinam. et
seruabor enarrare sapientiam. & in uerbis
meis attende in corde tuo & dico in egrate
et spiritus uirtutes quas posuit deus in
opera sua ab initio & in ueritate enuntio
scientiam eius. In iudicio dei opera ipsius
ab initio & ab institutione hominum ipsorum
distinxi partes illorum. & initia eorum in
gentibus suis. Ornauit in eternum opera il-
lorum. nec esurierunt. nec laborauerunt.
& non defecerunt ab operibus suis. Unusquis

que primum sibi non angustabit usque in
eternum. Non sis incredibilis uerbo illius.
Post hec deus in terram respexit. & imple-
uit illam bonis suis. Anima autem hominis
italis denuntiavit ante faciem ipsius & in
ipsa iterum reuersio illorum.

Eus creauit de terra homi-
nem & secundum imagine
suam fecit illum. Et iterum
conuertit illum in ipsam.
& secundum se uestiuit illum uirtute.
Numerum dierum et tempus dedit illi.
& dedit illi potestatem eorum que sunt
super terram. Posuit timorem illius super
omnem carnem. & dominatus est bestia-
rum et uolatilium. Creauit ex ipso ad-
iutorium simile sibi. consilium & linguam
& oculos & aures et cor dedit illis ex co-
gitandi & disciplina intellectus repleuit
illos. Creauit illis scientiam spiritus. sen-
su impleuit cor illorum. & mala & bona
ostendit illis. Posuit oculum ipsorum super
corda illorum ostendit illis magnalia
operum suorum. ut nomen sanctificationis
cellaudent & gloriam in mirabilibus il-
lius. ut magnalia enarrant operum eius.
& dedit illis disciplinam. & legem uite.
hereditauit illos. Testamentum eternum
constituit cum illis & iustitiam et iudi-
cia sua ostendit illis. Et magnalia honoris
eius uidit oculus illorum. & honorem uocis
audierunt aures illorum. et dixit illis. Atten-
dite. ab omni iniquo. Et mandauit illis u-
nicuique de proximo suo. Vis illorum coram
illo sunt semper. non sunt abscondite ab oc-
ulis ipsius. In unam quamque gentem prepos-

te rectorem et pars dei israel facta est ma-
nifesta. Et omnia opera illorum uelut sol
in conspectu dei. & oculi eius sine intermi-
sione inspicientes in uis corde. Non sunt ab-
scissa testamenta propter iniquitatem illor-
& omnes iniquitates eorum in conspectu dei.
Etenim quasi sacculus cum ipso & gratiam hominis quasi pupillam conferua-
bit & postea resurgens et retribuet illis re-
tributionem unicuique in caput ipsorum et
conuertet in inferiores partes terre. Peeni-
tentibus autem dedit uiam iustitie & con-
firmavit deficientes sustinere & destina-
uit illis sortem ueritatis. Conuertere ad
dominum & relinque peccata tua. preca-
re ante faciem domini & minue offendi-
cula. Reuertere ad dominum & auer-
tere ab iniustitia tua. et nimis celito exci-
tationem & cognosce iustitias et iudicia
dei & sta in sorte propositionis et oratio-
nis altissimi dei. In partes iudei sibi sancti
cum uiuis et dantibus confessionem deo. Non
demerent in errore impiorum ante mor-
tem confiteri. A mortuo quasi nihil perit
confessio. Confiteberis uiuentiu uiuis et fa-
nus confiteberis & laudabis deum & glo-
raberis in miserationibus eius. Quam magna
misericordia domini & propitius illius
conuertentibus ad se. Nec enim omnia pos-
sunt esse in hominibus quoniam non est im-
mortalis filius hominis & in uanitate ma-
litię placuerunt. Quid lucidius sole & hic
deficiet. Aut quid nequius quod excogita-
uit caro & sanguis & hec arguet. Vir-
tutem altitudinis celi ipse conspiciet & a
omnes homines terra et cius.

Si uiuit in eternum cre-
aut omnia simul. Deus so-
lus iustificabitur & man-
inuetus Rex in eternum.

Quis sufficit enarrare opera illius. Quis
enim inuestigabit magnalia eius. Vir-
tutem autem magnitudinis eius quis enun-
tiabit. Et quis adiuuet enarrare misero-
cordiam eius. Non est minuere neque ady-
ce nec est inuenire magnalia dei. Cum con-
sumauerit homo tunc incipiet & cum que-
uerit operabitur. Quid est homo & que-
gratia illius & quid est bonum aut quid ne-
quam illius. Numerus dierum hominum
ut multum centum anni quasi gutte aque
mans deputati sunt. Et sicut calculus
harenę sic exigui anni in die eius. Propter
hec patiens est deus in illis & effundit super
eos misericordiam suam. Vidit presump-
tionem cordis eorum quoniam mala est &
cognouit subuersionem illorum quoniam
iniqua est. Ideo adimpleuit propitiam
tationem suam in illis & ostendit eis iux-
tę equitatis. Misericordia hominis circa proximum
suum misericordiam autem dei super om-
nem carnem. Quis misericordiam habet do-
ce et erudit quasi pastor gregem suum.
Misericordia excipiens doctrinam misericordię
et que festinat in iudicijs eius. Fili in bono
non des querelam & in omni dato non
des tristitiam uerbi mali. Nonne ardo-
rem refrigerabit ros. Sic & uerbum me-
lius quod datum. Nonne ecce uerbum super
datum bonum. Sed utraq; cum homine
iustificato. Stultus acriter impropera-
bit & datus indisciplinati tabescere fa-
cit oculos. Ante iudicium para iustitiam

tibi & ante q̄ loquaris disce. Ante lan-
guorem adhibe medicinam & ante iu-
diciū interroga teipsum & in conspec-
tu dei inuenies ppitiationē. Ante lingu-
am humilia te. & in tempore infirmita-
tis ostende conuersationem tuam. Non
impediaris orare semper. & ne ueteris usq̄
ad mortem iustificari quoniam merces tibi
manet in eternum. Ante orationem pre-
para animam tuam. & noli esse quasi ho-
mo q̄ tentat deum. Memento ne in die
consumationis & tempus retributionis i
conuersatione facies. Memento pauper-
tatis in tempore abundantie. & necessita-
tem paupertatis in die diuitiarum. & ma-
ne usq̄ ad uesperam immutabitur tempus
& hęc omnia citata oculis des. Homosa-
piens in omnib; metuit. & in dieb; delicti-
torum attendit ab inertiā. Omnis astu-
tus agnoscit sapientiam & inuenienti ex-
dabit confessionem. Sensati in uerbis. &
ipsi sapienter egerunt & intellexerunt
ueritatem & iudicium. et implorauerunt
puerba & iudicia. Post concupis tuā
non eis. et a uoluntate tua auertere. Si
prestes anime tue concupiscentias eius. fa-
ciet te in gaudium inimicis tuis. Ne ob-
lecteris in turbis. nec in modicis. Assidu-
enim est commissio illorum. Ne fueris
medicis in contentione. ex fenoit. & i
non est tibi nihil in seculo. Eius enim o-
mniuidus anime tue.

Perarius ebrius non lo-
cupletabitur & q̄ spe-
nit modica paulatim de-
cidit. Simum & multo

res apostare faciunt sapientiam. & ar-
guunt sensatos. & q̄ se ungit fornicis-
nis erit neq̄. Puroredo & uermes heredi-
tabunt illum. & extolletur in exemplo
maius & tolletur de numero animarū
eius. Q̄ credit cito leuis corde est. mino-
rabitur. et q̄ delinq̄t in animam suam. mis-
per habebitur. Qui gaudet iniquitate. de-
notabitur. & q̄ odit correctionem minue-
tur uita. et q̄ odit loquacitatem extin-
guit malitia. Q̄ peccat in animam suā
pœnitebit. & q̄ iocundat in malitia. dno
tabitur. Ne iteres uerbum neq̄ et dno.
& non inuoraberis. Amico & inimico no-
li narrare sensum tuum. & si est tibi de-
lictum noli denudare. Audiet enim te
& custodiet te. & quasi defendet pecca-
tum tuum odiet te. et sic adert tibi semper.
Audiisti uerbum aduersus proximum tuū
commorat in te. fidelens quoniam non te
dirumpet. & facie uerbi parturit fatui.
tanq̄ gemitus partus infantis. Sagitta in-
fixa femori canis sic uerbum in corde
stulti. Corripe amicum. ne forte non in-
tellexerit. & dicat non feci. aut si fecerit
ne iterum addat facere. Corripe proximo
ne forte non dixerit & si dixerit ne for-
te iteret. Corripe amicum sepe enim fit co-
missio. & non omni uerbo credas. Et q̄
labitur lingua sua. sed non ex animo. Q̄
enim est q̄ non deliquerit in lingua sua.
Corripe proximum anteq̄ commiseris. & i-
da locum timori altissimi. q̄ omnis sapie-
tia timor dei. Et in illa timere deum
& in omni sapientia dispositio legis. E-
no est sapientia neque disciplina. & non est
cogitatus bonus peccatorum prudentia.

Est prudentie nequitia & in ipsa execratio
et est insipiens q̄ minuitur sapientia. Me-
lior est homo q̄ minuitur sapientia & de-
ficiens sensu in timore dei q̄ abundat
sensu & transgreditur legem altissimi. Est
solertia certa et ipsa iniqua & est q̄ e-
mittit uerbum certum enarrans ueritate.
Et q̄ nequiter humiliat se & interiora ex-
pleta sunt dolo & est iustus q̄ se nimium
sumit a multa humilitate & est iustus
q̄ inclinat faciem suam & fugit non uide-
re se q̄ ignoratum est. Et si ab imbecilli-
tate uirum ueretur peccare si inuenit
tempus malefaciendi malefaciet. Ex uis
cognoscatur uir & ab occurru facies cogno-
scitur sensatus. Amictus corporis et risus
dentium & ingressus hominis enuntiat
de illo. Est correptio mendax in ira con-
tumeliosi & est iudicium q̄ non probatum
esse bonum. Et est tacens et ipse est
prudens.

nam bonum est arguere
q̄ irasci & confitentem in
oratione non prohibere. Co-
cupiscentia spacionis deu-
ginauit iuuenilam sic q̄ facit per uim i
iudicium iniquum. Quam bonum est co-
reptum manifestare poenitentiam sic eni
effugies uoluntarium peccatum. Est ta-
cens q̄ inuenit sapiens & est odibilis q̄
proceax est ad loquendum. Est autem
tacens & non habens sensum loquelo &
est tacens sciens tempus apertis. Non
sapiens tacebit usq̄ ad tempus. Lasciuus
autem & imprudens non seruabit tempus.
Quia multis uerbis ledet animam suam.

& q̄ potestatem sibi assumit iniuste cele-
tur. Est processio in malis uero indisciplina-
to & est inuentio in detrimentum. Est da-
tum q̄d non est utile & est datum cuius
retributio duplex. Est propter gloriam i
minoratio & est q̄ ab humilitate leuabit
caput. Est qui multa redimat medico pro-
cio & restituens ea in septuplum. Sapiens
in uerbis seipsum amabilem facit gratie
autem fatuorum effundentur. Datus in-
sipientis non erit utilis tibi. oculi enim il-
lius septemplicens sunt. Exigua dabit e-
multa implebit & apertio oris illius in-
flammati est. Hodie foenerat q̄d & eras
experit & odibilis est homo huiusmodi.
Fatuus non erit amicus & non erit gratia
in bonis illius. Quia enim edunt panem illius
falso lingue sunt. Quotiens & q̄d iride-
bunt eum. Neq̄ enim q̄d habendum erat
directo sensu distribuit sumit et quod non
erat habendum. Lapsus falso lingue q̄
q̄ in pavemento cadens sic casus malorum
festinanter ueniunt. Homo uelut quasi
fabula uana in ore indisciplinatorum assi-
dua erit. Ex ore fatui reprobabitur pro-
pheta non enim dicit illam in tempore su-
um. Est q̄ uetat peccare pro inopia & in re-
que sua stimulabit. Est q̄ perdet animam
suam pro confusione & ab imprudenti per-
sona perdet eam. persone autem acceptio-
ne perdet se. Est q̄ pro confusione pro-
mittit amico & lucratus est eum inimico
gratis. Obprobrium neq̄ in homine mese-
dium & in ore indisciplinatorum assidue
erit. Potior fur q̄ assiduitas uim menda-
cis perditionem autem ambo hereditabit.
Mores hominum mendacium sine honore.

et confusio illorum cum ipsis sine intermis-
sione. Sapiens in uerbis producet se ipsum.
& homo prudens placebit magnatis. Qui ope-
ratur terram suam. inaltabit aceruum fru-
gum. & qui operatur iustitiam ipse exalta-
bitur. qui uero placet magnatis effugiet in-
quiritatem. Exenia & dona excecant oculos
iudicium. & quasi mutus in ore auertit co-
rrectiones eorum. Sapientia abscondita et the-
saurus inuisus. que utilitas in utrisque. Me-
lior est qui celat insipientiam suam quam homo
qui abscondit sapientiam suam.

Illi peccasti non adicias ut-
rum sed & de pristinis o-
deprecare ut tibi dimita-
tur. Quasi a facie colubr'
fuge peccata & si accesseris ad illa suscipier'
te. Dentes leonis dentes eius. interficiens.
tes animas hominum. Quasi rumphea bis
acuta hominis iniquas plage. illius non e-
sanitas. Oburgatio & iniurie annullabunt
substantiam. & domus que nimis locuple-
st annullabitur supbia. sic substantia super-
bi eradicabitur. Deprecatio pauperis ex
ore usque ad aures puenit. et iudicium se-
tinato adueniet illi. Quidem correctiones
uestigium est peccatoris. & qui timet deum
conuertetur ad cor suum. Notus a lon-
ge potens lingua audax. & sensatus scit la-
bi se ab ipso. Quidem edificat domum suam in
pendijs alienis. quasi qui colligit lapides
suos in hyeme. Stuppa collecta synagoga
peccantium. & consumatio illorum flammis
magnis. Via peccantium complantata
lapidibus & in finem illorum inferi & te-
nebit & poene. Custodient iustitiam

continebit sensum eius. consumatio timo-
ris dei. sapientia & sensus. Non erudietur
qui non est sapiens in bono. Est autem insi-
pientia que abundat in malo. et non est
sensus ubi est amaritudo. Scientia sapien-
tis tanquam inundatio abundabit. & consi-
lium illius sicut fons uite permanet. Cor
fatui quasi uas contractum. & omnem sa-
pientiam non tenebit. Verbum sapiens
quodcumque audierit seiv' laudabit. & ad
se adiacet. audiuit luxuriosus. & displice-
bit illi. & proijcet illud post dorsum.
suum. Narratio fatui quasi sarcina in iux-
tam in labijs sensati inuenietur gratia.
Os prudentis queritur in ecclesia. & uer-
ba illius cogitabunt in cordibus suis. Tan-
quam domus exterminata. sic fatuo sa-
pientia. & scientia insensati inenarrabilia
uerba. Compedes in pedibus. doctrina
stulto. & quasi uncula manuum super ma-
num dexteram. Fatuus in risu exaltat uo-
cem suam. uir autem sapiens uix tacite
ridebit. Ornamentis aureum prudens.
ti doctrina. & quasi brachiale in brachio
dextro. Pes fatui facilius in domum pro-
ximi. & homo peritus confundetur in
persona potentis. Stultus & fenestra
respicit in domum. uir autem eruditus
foris stabit. Stultus hominis ausculta-
re per ostium. & prudens grauabitur
contumelia. Labia imprudentium stul-
ta narrabunt. uerba autem prudentius
statera ponderabunt. In ore fatuorum
cor illorum. & in corde sapientium os
illorum. Dum maledicit impius diabolo
suum. maledicit ipse animam suam. Sus-
ro congnabit animam suam. et in oibo

odietur. & q. permanserit. oculosus erit. i.
tactus. et sensatus honorabitur.

N lapide luteo lapidatus
est piger. & omnes loque-
tur super aspersionem
illius. De stercore bouum. i.
lapidatus est piger. & omnis q. tetigerit
cum excutit manus. Confusio patris est
de filio indisciplinato. filia autem fatua.
in deminoratione. sic. Filia prudens. he-
reditas uiri suo. nam que confundit. in-
contumeliam fit. genitoris. Patrem et vi-
rum confundit audax. & ab impijs non
minorabitur. ab utrisq. autem in honora-
bitur. Musica in lectu importuna narra-
tio flagella. & doctrina in omni tempore
sapientia. Q. docet fatuum quasi q. con-
glutinat testam. Qui narrat uerbum. i.
non audienti quasi q. excitat dormien-
tem de grau somno. Cum dormiente. i.
loquitur q. enarrat stulto sapientiam. &
in fine narrationis dicit. Quis est hic.
Supra mortuum plora. defecit enim lux
eius. & supra fatuum plora. defecit eni-
sens. Modicum plora supra mortuum.
quoniam regerit. Nequissimi enim ne-
quissima. uita super mortem fatui. Lectu
mortui septem dies. fatui autem & impij
omnes dies uite illoz. Cum stulto ne-
multum loquaris. & cum insensato ne-
abiens. Serua te ab illo ut non molestus
habeas. & non congnaberis in peccato il-
lius. Deflecte ab illo. & inuenies regem.
et non accidiaberis in stultitia illius. Su-
per plumbum qd. grauabitur. Et qd.
illi aliud nomen. & fatuus. Harenam.

& salem. et massam ferri facilius est ferre.
q. hominem imprudentem. & fatuum. &
impium. Sicut loramentum ligneum col-
ligatum fundamento. edificij non dissol-
uetur. sic et cor confirmatum in cogita-
tione consilij. Cogitatus sensus in omni te-
pore. ut metus non deprauabit. Sicut or-
natus harenosus in pariete limpido. & si-
cut palea in excelsis. & camenta sine im-
pensa posita contra faciem uenti non per-
manebunt. sic et cor tumidum in cogita-
tione stulti contra impetum timoris no-
resistet. sic et cor trepidum in cogitacione
fatui. omni tempore non metuet. sed &
q. in preceptis dei pmanet semper. Pun-
gens oculum deducit lachrymas. & qui
pungit cor profert sensum. Mutens la-
pidem in uolatilia deijcet illa. sic et q.
conuitiatur amico dissoluit amicitiam.
Ad amicum etsi produxeris gladium. no-
desperes. est enim regressus ad amicum.
Si aperuerit os triste. non timeas. Est
enim concordatio excepto conuicio et in-
propetio. & supbia. & mysterij reuelatione.
& plaga dolosa. In his omnibus effugiet a-
micus. Fidem posside cum amico in pa-
upertate illius. ut et in bonis illius. Lectu-
ris. In tempore tribulationis illius perma-
ne illi fidelis. ut & in hereditate illius.
coheres sis. Ante ignem camini uapor. &
fumus ignis in altatur. sic et ante sangui-
nem maledicta & contumelie. et mine.
Amicum salutare no confundar. & si
facie illius non me abscondam. et si ma-
la mihi euenerint p illum sustinebo. Om-
nis q. audiet. cauebit se ab eo. Qs dabit
ori meo custodiam. & super labia mea si

gnaculum certum ut non cadam in ipsis.
& lingua mea perdat me.

Domine pater et domina-
tor uite mee ne derelin-
quas me in cogitatu et co-
siliis filiorum. nec suas me exde-

illa p[ro]p[ter] q[uo]d Quis supponit in cogitatu i-
meo flagella & in corde meo doctrinam
sapientie ut ignorantior eorum non par-
cat mihi & non appareant delicta eorum
& ne adincrescant ignorantie mee & mul-
tiplicentur delicta mea. & peccata mea ab-
dent & incedam in conspectu aduersario-
meorum & gaudeat inimicus meus. *o*
Domine pater et deus uite mee ne dereli-
quas me in cogitatu illorum. Et tollen-
tiam oculorum meorum ne dederis mihi.
& omne desiderium auerte a me. Aufer
a me uentris concupiscentias & concubitus
concupiscentie ne apprehendant me. Et
anime irreuerenti & infruente ne tradas
me. Doctrinam oris audite filij & qui cus-
todierint illam non periet. Labijs suis. nec
scandalizabitur in opib[us] nequissimis. In uan-
itate sua apprehendit peccator. & super-
bus & maledictus scandalizabitur in illis.
Iuratori non assuescat os tuum. multi eni-
casus in illa. Nominatio uero dei non sic
assidua in ore tuo. & nominatio sanctorum
non admiscearis. quoniam non eris immu-
nis ab eis. Sicut enim seruus interrogatus
assidue a luore non minuitur. sic omnis
iurans et nominans in toto a peccato non
purgabitur. Si multum iurans implebitur
iniquitate. & non discedet a domo illi-
us plaga. Et frustra erit frater delicti

tum illius super ipsum erit. & si dissimu-
laueit. delinquet dupliciter. et si in uas-
um iurauerit non iustificabitur. Replebitur
enim retributione pessima domus illius. *i*
Est et alia loquela e contrario in mortem
non inuenatur in hereditate Jacob. Ceterum
a misericordibus omnia hec auferentur. & in
delictis non uoluptabuntur. Indisciplinose lo-
quedo non assuescat os tuum. est enim in
illa uerbum peccati. Memento patris et ma-
tris tue. in medio enim magnatorum con-
sistis. ne forte obliuiscat te deus in con-
spectu illorum. & assiduitate tua infatiga-
tus improprium patiaris. & maluisse non
nasci. & diem natiuitatis tue maledicas. *i*
Homo assuetus in uerbis improprij. in om-
nibus diebus suis non eruditur. Duo gene-
ra abundant in peccatis. et rectum ad-
ducit iram et perditionem. Anima calli-
da quasi ignis ardens non extinguetur.
donec aliquid glutat. & homo nequam in
ore carnis sue. non desinet donec incre-
dit ignem. hominis fornicatio omnis pa-
nis dulcis. non fatigabitur transgrediens
usq[ue] ad finem. Omnis homo qui transgreditur
lectum suum contemnens in animam suam
& dicens. quia me uidet tenebre. circumda-
me. & parietes cooperiunt me. & nemo
circumspicit me. quem uertor. delictorum
meorum non memorabitur altissimus. & non
intellexit. quoniam omnia uidet oculus il-
lius. quoniam expellit a se timore dei hu-
iusmodi hominis timor. & oculi hominum
timentes illum. & non cognouit quoniam oc-
uli domini multo plus lucidiores sunt super
selem. circumspicientes omnes uias hominum.
& profundum abyssi. & hominum corda. *i*

tuentes in absconditis partibus. Domino enim deo antequam crearentur omnia sunt agnita. Sic et post perfectum respicit omnia. Sic in plateis civitatis iudicabitur. & quasi pullus equus fugabitur. & ubi non speravit apprehendetur. Et erit dedecus omnibus eo quod non intellexerit timorem domini. Sic & mulier omnis relinquens virum suum. & statuens hereditatem ex alieno matrimonio. Primo enim in lege altissimum incredibilem fuit. & secundo virum suum dereliquit. tertio in adulterio fornicata est. & ex alio viro filios statuit sibi. Hec in ecclesiasticam adducitur. & in filios eius respiciet. Non tradent filii eius radices. & rami eius non dabunt fructum. Derelinquentque maledictum memoriam eius. & dedecus illius non delebitur. Et agnoscent quod derelicti sunt. quoniam nihil melius est quam timor dei. & nihil dulcius quam respicere in mandatis domini. Gloria magna est scilicet quod dominum. Longitudo enim dierum assumetur ab eo.

Apientia laudabit animam suam. & in domino honorabitur. et in medio populi sui glorabitur. & in ecclesiis altissimi aperiet os suum. & in conspectu virtutis illius glorabitur. & in medio populi sui exaltabit. & in plenitudine sancta admittabit. & in multitudine electorum habebit laudem. & inter benedictos benedicetur. dicens. Ego ex ore altissimi preclari principem ante omnem creaturam. Ego feci in celis ut omnes lumine indeficiens. & sicut nebula texit omnem

terram. Ego in altissimis habitavi. & thronus meus in columna nubis. Circumi sola. & profundum abyssi penetraui. & in fluctibus maris ambulavi. & in omni terra steti. Et in omni populo et in omni gente primatum habui. & omnium excellentium et humilium coll' strato calcavi. Et in his omnibus requiem quiesivi. & in hereditate domini morabor. Tunc precepit. & dixit mihi creator omnium. et quod creavit me. requiescit in tabernaculo meo. & dixit mihi. In iacob inhabita. & in iherosolima hereditate. & in electis meis mitte radices. Ab initio & ante secula creata sum. & usque ad futurum seculum non desinam. et in habitatione sancta coram ipso ministraui. Et sic in syon firmata sum. & in civitate sanctificata similiter requiesci. et in hierosolima potestas mea. Et radiceavi in populo honorificato. & in partibus dei mei hereditas illius. & in plenitudine sanctorum detentio mea. Quasi cedrus exaltata sum in libano. & quasi cipressus in monte syon. Quasi palma exaltata sum in iherosolima. & quasi plantatio rose in hiericho. Quasi oliua speciosa in campis. & quasi platanus exaltata sum iuxta aquas in plateis. Sicut cinnamomum et balsamum aromatizans odorem dei. Quasi myrrha delecta delecti suavitatem odoris. & quasi storax et galbanus. & in gula. & gutta. Quasi libanus non incisus. & vaporavi habitationem meam. & quasi balsamum non mixtum odor meus. Ego quasi si terebinthus extendi ramos meos. & rami mei honori & gratie. Ego quasi vitis. & fructificavi suavitatem odoris. & flores meos fructus honoris et honestatis. Ego mater.

pulchre dilectionis et timoris & agnitionis
& sancte spei. In me omnis gratia uite et
ueritatis. In me omnis spes uite & uir-
tutis. Tu anse ad me omnes q̄ concupiscitis
me & a generationibus meis implemini. O
Spiritus enim meus super mel dulcis & he-
reditas mea super mel & fauim. Memo-
ria mea in generatione seculorum. Qui
edunt me adhuc esurient. et q̄ bibunt me
adhuc sitient. Qui audit me non confunde-
tur. & q̄ operantur in me non peccabunt.
Qui elucidant me uitam eternam habebunt.
Hec omnia liber uite & testamentum altis-
simi & agnitio ueritatis. Legem manda-
uit Moyses in preceptis iustitiarum. & he-
reditatem domus iacob & israel promissiones.
Posuit Dauid puero suo excitare legem
ex ipso fortissimum & in throno honoris
sedentem in sempiternum. Qui plet quasi
phison sapientias. & sicut tigris in diebus
nouorum. Qui adimplet quasi euphrates
sensum. Qui multiplicat quasi iordanus in
tempore messis. Qui mittit disciplinam si-
cut lucem. & assistens quasi syon in die
uindictae. Qui perficit primus scire illa.
& infirmos non inuestigabit eam. A ma-
ni enim abundabit cogitatio eius. & con-
siliu illius in abisso magna. Ego sapien-
tia effudi flumina. ego quasi trames aq̄
inmensa de fluuio. Ego quasi fluuius in
dore. & sicut aqueductus exiit de pa-
radiso. Dixi. Rigabo ortum meum pla-
tationum. & inebriabo partus mei fructu.
Et factus est mihi trames abundans. & flu-
uius meus appropinquauit ad mare. Quo-
niam doctrinam quasi antelucanum illu-
mino omnibus. & enarrabo illam usque in

longinquus. Penetrabo inferiores partes
terre. & inspiciam omnes dormientes. &
illuminabo omnes sperantes in domino.
Adhuc doctrinam q̄i prophetiam effin-
dam. & relinquam illis querentibus sapie-
tiam. & non desinam in progenies illorum
usque in eternum sanctorum. Videte quoniam
non soli mihi laboraui. sed omnibus ex q̄-
rentibus ueritatem.

N tibi placuit est spir-
tui meo. que sunt probata
coram deo & hominibus.
Concordia fratrum & a-
mor proximorum. & uir & mulier sibi be-
ne consentientes. Tunc spes odium ani-
ma mea. & aggrauor ualde anime illorum.
Pauperem superbum. & diuitem menda-
cosem. & senem fatuum et insensatum. Que
in uuentute tua non congregasti. quomo-
do in senectute tua inuenies. quam spec-
osum eantie iudicium. & presbyteris co-
gnoscere consilium. Quis speciosa ueteri-
nis sapientia. & gloriosis intellectus. et
consilium. Corona senum in multa periti-
e gloria illorum timor dei. Nouem insus-
picabilia cordis magnificauit. & decimum
dicam lingua hominibus. Homo q̄ iocunda-
tur in filiis uuentis. & uidens subuersione
inimicorum suorum. Beatus q̄ habitat
cum muliere sensata. & q̄ lingua sua non est
lapsus. & q̄ non seruauit indignis se. Be-
atus q̄ inuenit amicum uerum. & qui
enarrat iustitiam auri audienti. Quam ma-
gnus q̄ inuenit sapientiam et scientiam. sed
non est super timentem dominum. Timor
dei super omnia se supposuit. Beatus ho-

cui donatum est habere timorem dei. Quod
tenet illum. cui assimilabitur. Timor dei in-
tium dilectionis eius. fidei autem initium
agglutinandum est ei. Omnis plaga tristi-
tia cordis est. & omnis malitia nequam mu-
liens. Et omnem plagam & non plagam
uidebit cordis. & omnem nequam & non
nequam muliens. & omnem obductum &
non obductum odientum. et omnem un-
dictam & non uindictam inimicorum. Non
est caput nequus super caput colubini. & non
est ira super iram muliens. Commorari le-
oni & draconi placebit. quod habitare cum mu-
liere nequit. Nequam muliens immutat faciem
eius. & obcecauit uultum suum tanquam uersus
& quam saccus ostendet in medio pectore.
Ingemuit uir eius. & audiens suspirauit ino-
dicum. Breuis omnis malitia super malitiam
mulieris. fors peccatorum cadat super illam.
Ascensus harenosus in pedibus ueterum. sic muli-
er linguata homini queto. Non respicias in mu-
liens speciem. & non concupiscas mulierem in
specie. Muliens ira et irreuerentia. & con-
fusio magna. Mulier si primum habeat. co-
traria est uiro suo. Cor bumile. & facies et
facies tristes. & plaga mortis. mulier nequit.
Manus debiles et genua dissoluta. mulier que
non beatificat uirum suum. A muliere inti-
um factum est peccati. & per illam omnes
morimur. Non des aqua tua exitum nec
modicum nec mulieri neque uena pedum. Si
non ambulauerit ad manum tuam. confu-
det te in conspectu inimicorum. A carnibus
tuis abscede illam. ne super te abutatur.

Ulicis bone beatus uir. in-
meris enim annos illorum
duplex. Mulier fortis ob-
lectat uirum suum. & an-
nos uite illius in pace implebit. Pars bona
mulier bona in parte bona timentium de-
um dabitur uiro pro factis bonis. Diuitis
autem et pauperis cor bonum. in omni tem-
pore uultus illorum hilari. & tribo timu-
cor meum. & in quarto facies mea metuit.
Delaturam ciuitatis & collectionem popu-
li & calumniam mendacem super mortem
ma graua. Dolor cordis & luctus. mulier
zelotipa. In muliere zelotipa flagellum li-
gue. omnibus coicans. Sic bouem iugum quod
mouetur. ita et mulier nequam. Quod tenet il-
lam quasi qui apprehendit scorpionem. &
Mulier ebriosa ira magna. & contumelia
et turpitudine illius non tegetur. Fornicatio
mulieris in extollentia oculorum. & in pal-
pebris illius agnosceatur. In filia non auer-
tente se firma custodiam. ne inuenta occa-
sione abutatur se. Ab omni irreuerentia
oculorum eius caue. & ne mirens si te ne-
glexerit. Sic uiator sitiens ad fontem of-
ferret. & ab omni aqua prima bibet. &
contra omnem palum secebit. & contra
omnem sagittam aperiet pharetram. donec
deficiat. Gratia muliens sedule delectabit
uirum suum. & ossa illius impinguabit. &
Disciplina illius clarum dei est. Mulier
sensata et tacita. non est immutatio erudi-
te anime. Gratia super gratiam. mulier san-
cta et pudorata. Omnis autem ponderatio
non est digna continentis anime. Sic sol
orientis in mundo in altissimis dei. sic muliens
bone spes in ornamentum domus est. Lu

cerna splendens super candelabrum sanctum
et species faciei super etatem stabilem
Columnae aureae super bases argentaeas & 1
pedes firmi super plantas stabiles mulieris
Fundamenta aeterna supra petram solidam
sic mandata dei in corde mulieris sanctae.

In duobus contristatum est
cor meum & in tertio iracundia
mibi aduenit. Vir bellator
deficiens per inopiam
& vir sensatus & qui transgreditur
a iustitia ad peccatum deus pavit
cum ad rumpheam. Due species
difficiles et periculose mibi apparuerunt.
Difficile exiit negotians a negligentia
& non iustificabitur caupo a peccatis
labiorum. Propter inopiam multi
deliquerunt & qui quiescit locupletem
non auertit oculos suos. Sicut in medio
compagnis lapidum palus figitur sic & in
ter medium uenditionis et inquisitionis
angustabitur peccatis. Conteretur cum
delinquente delictum. Si non in timore
domini tenueris te instanter cito subuertetur
domus tua. Sicut in percussura cribri re-
manebit puluis sic a portis hominis in cogitatione
illius. Vasa figuli probat fornax &
homines iustos tentatio tribulationis. Sicut
rusticatio de ligno ostendit fructum
illius sic uerbum ex cogitatione cordis
hominis. Ante sermonem non laudes uirum
hec enim tentatio est hominum. Si
sequaris ueritatem apprehendes illam
& indues quasi pedes honorem
& inhabitabis cum ea et proteget te
in sempiternum & in die agnitionis
inuenies firmanentum. Volatilia ad
sibi similia conueniunt & ueritas ad

eos qui operantur illam reuertet. Leo uenationem
insidiatur semper sic peccata operantibus iniquitatem.
Homo sanctus in sapientia manet sicut sol
nam stultus sicut luna mutatur. In medio
insensatorum serua uerbum tempore in medio
autem cogitantium assiduus esto. Narratio
peccantium celsiosa & risus illorum in delictis
peccati. Lequel multum iurans horripilationem
capiti statuet & irreuerentia ipsius obturatio
aurium. Effusio sanguinis in rixa superbia
& maledictio illorum auditus grauis. Quod
denudat arcum amici fidem perdit & non
inueniet amicum ad animum suum. Dilige
proximum tuum & conuincere fide cum illo.
Quod si denudatus absente illius non persequeris
post eum. Sicut enim homo qui perdit
amicum suum sic & qui perdit amicitiam
proximi sui. Et sicut qui dimittit aurem de
manu sua sic qui reliquit proximum tuum
& non cum capies. Non illum sequaris
& niam longe abest. Effugit enim quasi
ex preta de laqueo quoniam uulnerata est
anima eius. Ultra eum non poteris colligare
& maledicti est concordatio. Denudare
autem amicum mysteria desperatio est anime
infelicitas. Annuens oculo fabricat iniqua
& nemo eum absque. In conspectu oculorum
tuorum conculcabit os suum & super sermones
tuos admirabitur. Nouissime autem
peruertet os suum & in uerbis tuis dabit
scandalum. Multa audiui & non exequamur
ei & dominus odit illum. Qui in altum
mittit lapidem super caput eius cadet
& plaga dolosa dolosi diuidet uulnera.
Et qui foueam fodit incidet in eam & qui
statuit lapidem proximo suo offendet in eo

& q laqueum alij ponit perbit in illo fa-
cienti neqssimum consilium super ipsum
deuoluetur & non agnoscat unde adue-
niet illi Illusio & improprium superbo-
rum et uindicta sicut leo insidiabitur il-
li Laqueo peribunt q oblectantur casu-
istorum dolor autem consumet illos a-
teq moriantur Ira et furor utraq exo-
crabilia sunt & un peccator continens e-
rit illorum

Ut uindicta uult a domi-
no inueniet uindictam et
peccata illius seruans ser-
uabit. Relinque peccato
tuo nocenti te: & tunc deprecanti tibi i
peccata soluentur. Homo homini reseruat
iram & a deo querit medelam In homine
similem sibi non habet misericordiam &
de peccatis suis deprecatur. Ipse dum ex-
ro sit reseruat iram & propitiationem pe-
tat ab eo. Quis exorabit pro delictis illius

Memento nouissimorum & desine inimicari.
Tabitus enim et mors imminet in man-
dati eius. Memorare timorem dei & no-
trascant peccato. Memorare testamentum
altissimi & despice ignorantiam proxi-
mi.
Abstine te a lite & inuolue peccata. Ho-
mo enim iracundus incendit litem & u-
peccator turbabit amicos & in medio pa-
cem habentium immittit inimicitiam. Se-
cundum enim ligna silue sic ignis exardet
et secundum uirtutem hominis sic ira-
cundia illius erit & secundum substantiam
suam exaltabit iram suam. Certane
festinatum incendit ignem & si festinans
effundit sanguinem & lingua testificans

adducet mortem. Si sufflaueris quasi ignis
exardet & si exueris super illam extingui-
tur. Veraq ex ore proficiscunt. Sufuro et
bilinguis maledictus multos multos enim
turbauit pacem habentes. Lingua ter-
tia multos commouit & disperdit illos
de gente in gentem. Ciuitates muratas i-
druum destruxit & domos magnarum
effudit. Virtutes populorum concidit &
gentes fortes dissoluit. Lingua tertia mu-
lieres uentis cecit & priuauit illas labo-
ris suis. Qui respicit illa non habebit re-
quiem nec habebit amicum in quo requies-
cat. Flagelli plaga luorem facit. Plaga au-
tem lingue comminuet ossa. Multi cecid-
erunt in ore gladij sed non sic quasi q re-
tererunt per linguam suam. Beatus qui i-
teritus est a lingua nequam q in iracundia
illius non transiit & q non attraxit ex-
gum illius & in uinculis eius non est li-
gatus. Iugum enim illius iugum ferreum
est & uinculum illius uinculum creum
est. Mors illius mors neqssima & uerbis
potius inferus q illa. Perseuerantia illius
non permanebit sed obtinebit uias multo-
rum. In flamma sua non comburet uisto.
Qui derelinquunt dominum incidunt
in illam & exardet in illis et non extinguetur
et immittetur in illos quasi leo &
quasi pardus ledet illos. Sepi aures tuas
spinis & linguam neq noli audire & os
tuo facito ostia & seras auribus tuis. Aure-
tuum & argentum tuum confra & uer-
bis tuis facito stiteram & frenos ori tuo
reddos & attende ne forte labaris in lin-
gua & cadas in conspectu inimicorum
insidiantium tibi & sit casus tuus insan-

habentia sensum. correptio domus & impro-
perum fecerunt

Si diligit filium suum af-
fiduat illi flagella. ut le-
tetur in nouissimo suo &
non palpet pœnorum os-
ta. Q. docet filium suum laudabit in illo
et in medio domesticorum in illo glori-
bitur. Qui docet filium suum in zelum
mittit inimicum et in medio amicorum
glorabitur in illo. Mortuus est pater
eius & quasi non est mortuus. Similem
enim reliquit sibi post se in uita sua. Vidit
et letatus est in illo. In obitu suo non
est contristatus. nec confusus est contri-
status. nec confusus est coram inimicis.
R. eligit enim defensorem domus contra in-
micos. & amicis reddentem gratiam. Pro
animabo filiorum colligabit uulnera sua.
& super omnem uocem turbabuntur uiscer-
ra eius. E. quus indomitus euadet durus
& filius remissus euadet pœnceps. Laeta
filium & pauentem te facit & ludet cum eo
& contristabit te. Non corrides illi ne co-
doles. & in nouissimo obstupescunt de-
retes tui. Non des illi potestatem in iuuentu-
te & ne despicias cogitatus illius. Curua
ceruicem eius in iuuentute. & tande late-
ra eius dum infans est. ne forte induret. &
non credat tibi. & erit tibi dolor anime.
D. docet filium tuum et operare in illo. ne uis-
turpitudinem illius offendas. Melior est
pauper sanus et fortis uiribus q̄ diues in-
tecellus & flagellatus malitia. Salus ani-
me in saneditate iustitie. & melior est os
in auro et argento. & corpus ualidum q̄

centus immentus. Non est census super
census salutis corporis. & non est oblecta-
mentum super cordis gaudium. Melior est
mors q̄ uita amara. & reges eterna q̄ lan-
guor perseverans. Bona abscondita in ore
clauso quasi appositiones epularum circa
posite sepulchro. Quid proderit libatio ido-
lo nec ei manducabit nec adorabitur. Sic q̄
effugiat a domino & portans mercedem ini-
quatis. Videns oculis et ingemiscens sicut
spacio complectens uirginem & suspirans.
R. istam non des anime tue. & non af-
fligas te metipsum in consilio tuo. Iocundi-
tas cordis hec est uita hominis. & thesaurus
sine defensione saneditatis. et exultatio in
ri est longeuitas. Misere anime tue. pla-
cent deo & contine & congrega cor tuum
in saneditate eius. & tristitiam longe ex-
pelle a te. Multos enim occidit tristitia
& non est utilitas in illa. zelus et iracu-
dia minuent dies. & ante tempus senectas
adducet cogitatus. Splendidum cor bonum
in epulis est. epule enim illis diligentes
fiunt.

Ignia bonestatis tabefacit
carnes. & cogitatus illius
auferet somnum. Cogita-
tus presentie auertit se-

sum. & infirmitas grauis sobriam facit ani-
mam. Laborauit diues in congregatione
substantie. & in rege sua replebitur bonis
suis. Laborauit pauper in diminutione uide-
tus & in fine inops fit. Q. aurum diligit
non iustificabit. & q̄ insequitur consump-
tionem replebitur ex ea. Multi dati sunt
in auri casus. & facta est in specie ipsius p-

ditio illorum. Lignum offensionis est aurum
sacificantium uel illis qui seclant illud
& omnis imprudens deperiet in illo. Beatus
diues qui inuentus est sine macula & qui
post aurum non abiit nec sperauit in pecunia
& thesauris. Quis est hic & laudabimus
eum? fecit enim mirabilia in uita sua. Quis
probitus est in illo & perfectus inuentus
est & erit illi gloria eterna. Qui potuit
transgredi & non est transgressus & fa-
cere mala et non fecit. Ideo stabilita sunt
bona illius in domino & elemosinas illius
enarrabit omnis ecclesia sanctorum. Super
mensam magnam sedisti non aperias super
illam faucem tuam prior. Non dicas si o-
mnia sunt que super illam sunt. Memen-
to quoniam malus est oculus nequam. Ne-
quis oculo quod creatum est. Ideo ab om-
ni facie sua lachrymabitur cum uiderit. Non
extendas manum tuam prior & inuidia
contaminatus erubescas. Ne comprimas
in conuiuio uino. Intellige que sunt peccati
tui ex te ipso. Sicut quasi homo frugibus
que tibi apponuntur ut non cum mar-
ducas multum odio habeas. Cessa prior
causa discipline & noli nimis esse ne forte
te offendas & si in medio multorum sedi-
ti prior illis ne extendas manum tuam
nec prior potas bibere. Quis sufficiens est
hominem erudito uinum exiguum & in dor-
miendo non laborabis ab illo & non sen-
tiens dolorem. Sigilla & cholera & tor-
tura uino infructo somnus sanitatis in ho-
mine parca. Dormi usque mane & anima
illius cum ipso delectabitur. Et si coactus fu-
eris in celiendo multum surge e medio &
uome & refringerabit te & non adduce-

corpori tuo infirmitatem. Audi me fili &
non spernas me & in nouissimo inuenies uer-
ba mea. In omnibus operibus tuis esto uelox
et omnis infirmitas non occurret tibi. Splen-
didum in panibus benedicent labia multorum
& testimonium ueritatis illius fidele. In ne-
quissimo pane murmurabit ciuitas & testimo-
nium neque illius uerum est. Diligentes in
uino noli puocare multos enim extermina-
uit unum. Ignis probat ferrum durum sic
unum corda superbiorum arguet in ebrieta-
te potatum. Quia uita hominibus unum in
sobrietate si bibas illud moderate eris sobrius.
Que est uita que minuitur uino? Quod de-
fraudat uitam? Mors. Vinum in iocundita-
tem creatum est & non in ebrietatem ab-
initio. Exultatio anime & cordis uinum
moderate potatum. Sanitas est anime &
corporis sobrius potatus. Vinum multum
potatum irritationem & iram et rursus
multas facit. A maritudo anime uinum
multum potatum. Ebrietatis animositas
imprudens offensio minorans uirtutem &
faciens uulnera. In conuiuio uini non ar-
guas proximum & non despicias eum in iocunditate
illius. Verba improperij non
dicas illi & non premas illum in repetendo.

Et dorem te posuerunt no-
li extolli esto in illis qui
si unus ex ipsis. Curam il-
lorum habe & sic confide-
ra & omni cura tua explicita recumbe ut
leceas propter illos & ornamentum gra-
tie accipias coronam et dignationem con-
sequaris correctionis. Lequere maior na-
tu. dicit enim te. Primum uerbum dilige

ti scientiam. & non impedias musicam. **V**bi auditus non est. non effundas sermonem & importune noli extolli in sapientia tua. **C**ommula carbunculi in ornamento auri. & comparatio musicorum in conuiuio uini. Si autem in fabricatione auri signum est sinatagel sic numerus musicorum in iocundo & moderato uino. Audi tacens. & pro reuerentia accedet tibi bona gratia. & dolens loquere in tua causa uix cum necesse fuerit. **S**i bis interrogatus fueris. habeat caput responsum tuum. In multis esto quasi inscius. & audi tacens simul. et querens. In medio magnatorum loqui non presumas. & ubi sunt senes non multum loquaris. Ante grandinam preibit corrosio. & ante uerecundiam preibit gratia. & pro reuerentia accedet tibi bona gratia. **E**t hora surgendi non te triste. **P**recede autem prior in domum tuam. & illic aduocare. & sic illic iude. & age conceptiones tuas. et non in delictis et uerbo superbo. Super his omnibus benedictio dominus qui fecit te. & inebriantem te ab omnibus bonis suis. Qui timet deum excipiet docturam eius. & qui uigilauerit ad illum inueniet benedictionem illius. Qui querit legem replebitur ab ea. & qui infideli agit scandalizabitur ab ea. Qui timet deum inueniet iudicium iustum. & iustitiam quasi lumen accendent. Peccator homo uitabit correptionem. & secundum uoluntatem suam inueniet comparationem. **S**uper consilium non disperdet intelligentiam. alienus et superbo non pertimescat timorem. **E**tiam postquam fecit. cum eo sine consilio. & suis inuestigationibus arguetur. **F**ilius sine consilio nihil facias. & post factum non poteris in uia tunc non eas. & non

offendas in lapides. nec credas te uix laboriose. ne ponas anime tue scandalum. **E**t a filiis tuis caue. & a domesticis tuis attende. In omni opere tuo crede ex fide anime tue. hec enim conseruatio mandatorum. Qui credit in deo attendit mandatis. & qui confidit in illo non minoratus erit.

Inueni deum non occurrent mala. sed in tentatione deus illum conseruabit. & liberabit a malis. Sapiens non audit mandata. & iustitias. & non illidetur. quasi in preella nauis. Homo sensatus credit legi dei. & lex illi fidelis. Qui interrogatione manifestat parabit uerbum. & sic de peccatis exaudietur. & conseruabit disciplinam. & tunc respondebit. Precordia fatui quasi rota carri. & quasi axis uersatilis cogitatus illius. Equus amissarius sic & amicus subsannator sub omni supradente hinnit. Quare die diem superat. et iterum lux lucem. & annus annum a sole. A domini scientia separata sunt. facta sole. et preceptum custodiens per dei sapientiam diuidunt. **E**t immutauit tempora. & dies festos ipsorum. & in illis dies festos celebrauerunt ad horam. **E**t ex ipsis exaltauit. et magnificauit. deus. & ex ipsis posuit in numerum dierum. & omnes homines de solo & ex terra unde creatus est. **A**da. In multitudine discipline domini separauit eos. & immutauit uias eorum. **E**t ex ipsis benedixit. et exaltauit. ex his sanctificauit. & ad se applicauit. & ex ipsis maledixit. & humiliant. et conuertit illos a separatione ipsorum. **Q**uasi lutum figuli in manu ipsius plasmat illud. et disponere. **O**mnes uie eius secundum dispositi

onem eius. sic homo in manu illius q̄ s̄o f̄e-
cit. & reddet illi secundum iudicium suū.
C ontra malum bonum est. & contra uitam-
mors. sic & contra uirum iustum peccator.
E sic intuet in omnia opera altissimi. Duo. i.
contra duo. & unum contra unum. Et ego
nouissimis euigilau. & quasi q̄ colligit ra-
comos post uindematores. In benedictione
dei & ipse sperau. & quasi q̄ uindemat. i.
repleui torcular. R. respicite quoniam non
mibi soli laborau. sed et omnibus exq̄renti-
bus disciplinam. Audite me magnati et om-
nes populi. & rectores ecclesie. auribus per-
cipite. Filio & mulieri fratri et amico non i-
des potestatem super te in uita tua. & non
dedes aly possessionem tuam. ne forte pec-
niteat te. et deprecetis pro illis. Dum adhu-
superes & aspiras non imutabit te. omnis
caro. Melius est enim ut filij tui te rogent.
q̄ te respicere in manus filiorum tuorum. In
omnibus operibus tuis excellens esto. Ne de-
des maculam in gloriam tuam. In die con-
sumationis dierum uite tue. & in tempore
exitus tui distribue hereditatem tuam. i.
C ibaria et uirga & onus asino. panis & disci-
plina. & opus seruo. Operatur in disciplina.
& querit. req̄scere. laxa manus illi. & q̄nt
libertatem. Jugum & lorum curuant. collus
durum. & seruum inclinant. operationes as-
sidue. Seruo maluolo tortura et compede.
mitte illum in operationem ne uacet. Mul-
tam enim malitiam docuit. curiositas. In ope-
ra constitue eum. sic enim condecet illum.
Quod si non obaudierit. curua illum compe-
dibz. & non amplifiet super omnem car-
nem. Secretum sine iudicio nihil facis graue.
S i est tibi seruus fidelis. sic tibi quasi amicus.

tua. Quali fratrem sic eum tracta. quoniam
in sanguine anime comparasti illum. Si lese-
ris eum iniuste. in fugam conuertetur. & si
extollens discesserit. quem q̄ras. & in qua-
ui querat illum nescis.

Anam spes & mendacium
uero insensato. & somnia ex-
collunt imprudentes. Qua-
si q̄ apprehendit umbram.
et persequitur uentum. sic & qui attendit ad
uisa mendacia. Secundum hoc uisio somni-
orum. Ante faciem hominis similitudo al-
terius hominis. Ab immundo q̄ mundu-
bitur. Et a mendace qd uerum dicit.
Diuinitio erroris. & auguria mendacia. et
somnia malefacientium uanitas est. Et si-
cut parturientis cor tuum fantasias parit.
nisi ab altissimo fuerit. emissa. uisitatio. Ne
dedes in illis cor tuum. Multos enim erro-
rare fecerunt somnia. & exciderunt spe-
rantes in illis. Sine mendacio consumabit
uerbum legis. & sapientia in ore fidelis co-
planabit. Qui non est tentatus. qd se fecit.
Sic in multis expertus cogitabit multa. &
q̄ multa didicit. enarrabit. intellectum. Qui
non est expertus pauca recognoscit. qui a-
uitem in multis fatuus est. multiplicabit. i.
malitiam. Qui tentatus non est. qualia se fecit.
Qui implantatus est. abundabit. noctua. i.
Multa uidi enarrando. & plurimas uerbo-
rum consuetudines. Aliquotiens usq̄ ad
mortem periclitatus sum horum. & li-
beratus sum grata dei. Spiritus timentis
deum queritur. & in conspectu illius be-
nedicetur. Spes enim illorum in saluantez
illos. & oculi domini in diligentes se. Q.

tinet dominum nihil trepidabit. & non pauebit quoniam ipse est spes eius. Timentis dominum beata est anima eius ad quem respicit. & q. est fortitudo eius. Oculi domini super timentes eum. protector potentie. firmamentum uirtutis. regimen arcloris & umbraculum meridiani. deprecatio offensio nis. & adiutorium casus. exaltans animam. & illuminans oculos. dant sanitatem & uitam & benedictionem. immolantis ex iniquo. Oblatio est maculata. & non sunt beneplacite subsannationes iustorum. Dominus solus sustinentibus se in uia ueritatis & iusticie.

Dona iniquorum non probat altissimus. nec respicit in oblationibus iniquorum. nec in multitudine sacrificiorum. eorum propitiabitur peccatis. Qui offert sacrificium ex substantia pauperum. quasi q. uideat filius in conspectu patris sui. Pannis egentium uita pauperis est. qui defraudat illum homo sanguinis est. Qui aufert in sudore panes. quasi q. occidit proximum suum. Qui effundit sanguinem. & q. fraudem facit mercenario frater suus. Suius edificans & unus destruet. q. prodest illis nisi labor. Unus orans & unus maledicens. cuius uocem exaudiet deus. Qui baptizatur a mortuo. & iterum tangit mortuum qd. proficit. Latio illius. Sic homo q. ieiunat in peccatis suis. & iterum eadem faciens qd. proficit. humilando se. Orationem illius qd. exaudiet.

Vi. conferuat uerbum. multiplicat orationem. Sacrificium salutare est attendere mandatis. & discedere ab omni iniquitate. & propitiorem litare sacrificij

super iustitias. & deprecatio pro peccatis recedere ab iniustitia. R. tribuet gratiam q. offert similitudinem. & q. facit misericordiam offert sacrificium. Beneplacitum est domino recedere ab iniquitate. & deprecatio pro peccatis recedere ab iniustitia. Non apparebit ante conspectum domini uacuu. Hec enim omnia propter mandata dei sunt. Oblatio iusti impinguit altare. & odor suauitatis est in conspectu altissimi. Sacrificium iusti acceptum est. & memoriam eius non obliuiscetur dominus. Bono animo gloriam recede deo. & non minuas primitias manuum tuarum. In omnibus bilarem fac uultum tuum. & in exultatione sanctifica decimas tuas. Da altissimo secundum donatum eius. & in bono oculo adinventionem facto manuum tuarum. quoniam dominus retribuens est. & septies tantum reddet tibi. Noli offerre munera praua. non enim suscipiet illa. Et noli inspicere sacrificium iniustum. quoniam dominus iudex est. & non est apud illum gloria persone. Non accipiet dominus personam in pauperem. & deprecationem lesi. exaudiet. Non despiciet preces pupilli. nec uiduam si effundat loquelam gemitus. Nonne liebyme uidue. ad maxillam descendunt. & exclamatio eius super deducentem eas. A. maxilla enim ascendunt usq. ad celum. & dominus exauditor non delectabit in illis. Qui adorat deum in oblectatione. suscipiet. & deprecatio illius usq. ad nubes. propinquabit. Oratio humiliantis se nubes penetrabit. & donec propinquet non consolabitur. & non discedet. donec altissimus aspiciat. Et dominus non elongabit. sed uedicabit iustos. & faciet iudicium. et fortis

simus non habebit in illis patientiam: ut con-
tribulet dorsum ipsorum: & gentibus reddet
vindictam: donec tollat plenitudinem super-
borum: & sceptrum iniquorum contibulet: do-
nece reddat hominibus secundum actus suos:
& secundum opera A. de: & secundum precep-
tionem illius: donec iudicet iudicium plebis
sue: & oblectabit iustos misericordia sua: .i.
S periosa misericordia dei in tempore tribulati-
onis: quasi nubes pluuie: in tempore siccitatis:

Miserere nostri deus omnium:
& respice nos: et ostende no-
bis lucem miserationum tuarum:
et immitte: timorem tuum su-

per gentes: que non exarserunt te: ut cognos-
cant: quia non est deus nisi tu: ut enarrant ma-
gnalia tua: Alleluia manum tuam super gen-
tes alienas: ut uideant potentiam tuam: Sicut
enim in conspectu eorum sanctificatus es in-
nobis: sic in conspectu nostro magnificaberis
in eis: ut cognoscant te: sicut & nos cognouimus:
quia non est deus preter te domine: In noua
signa & in noua miracula: Glorifica manum
& brachium dextrum: Excita furorem: &
effunde iram: Extolle aduersarium: & affli-
ge inimicum: Festina tempus: & memento fi-
nis: ut enarrant miracula tua: In ira flammis
deuoretur: qui saluati sunt: & qui pessimant plebem
tuam inueniant perditionem: Contere: ca-
put principum: et inimicorum: dicentium: non
est alius preter nos: Congrega omnes
tribus iacob: & cognoscant: quia non est deus ni-
si tu: ut enarrant magnalia tua: & heredi-
tabis eos: sicut ab initio: Miserere plebi
tue: super quam inuocatum est nomen tu-
um: & isrl: quem coequasti primogenito tu:

Miserere ciuitati sanctificationis tue: hie-
rusalem: ciuitati regis tue: Reple syon
inarrabilibus uirtutibus tuis: & gloria tua:
populum tuum: Da testimonium: quia ab in-
itio creature tue sunt: & suscita precatioes
quas locuti sunt in nomine tuo prophete: p-
ores: Da mercedem sustentibus te: ut prope-
te tui fideles inueniantur: & exaudi oratio-
nes seruorum tuorum: Secundum benedic-
tionem dauid dauid: & dirige nos in
uiam iustitie: ut sciant omnes qui habitant
terram: quia tu es deus conspectus seculorum:
Omnem escam manducabit uenter: & est
cibus cibo melior: Fauces contingunt cibum:
& cor insensatum uerba mendacia: Cor pra-
uum dabit tristitia: & homo peritus resistet
illi: Omnem masculum excipiet mulier: &
est filia melior filio: Species mulieris exhi-
larat faciem uiri sui: & super omnem con-
cupiscentiam hominis superducat desiderius:
Si est lingua curationis & mitigationis &
misericordie: non est uir illius secundum fili-
os hominum: Qui possidet mulierem bonam
inchoat possessionem: adiutorium secundum
illum est: & columna ut reges: Ubi non est
sepes diripitur possessio: & ubi non est mu-
lier ingemiscit egens: Cui credit: qui non habet
nidum: Et deflectens ubique obscurauerit:
quasi succedens latro exiliens de ciuitate in
ciuitatem:

Amicus amicus dicit: et ego
amicitiam copulaui si est a-
micus solo nomine amicus:

Nonne tristitia ueste usque
ad mortem: Socius autem et amicus ad in-
imicitiam conuertentur: O presumptio ne:

qssima unde creata et cooperire aridam ma-
 litiam et dolositate illius. Sodalis amico
 conuincundabit in oblectationibus et in tempo-
 re tribulationis aduersarius erit. Sodalis a-
 mico condolet causa uentis et contra hoste
 accipiet scutum Non obliuiscaris amici tui
 in animo tuo et non immemor sis illius in o-
 penibus tuis. Noli consiliari cum socio tuo et
 az elantabo te absconde consilium. Omnis
 consiliarius preedit consilium sed est consili-
 arius in semetipso. A consiliario serua anima-
 tuum. Prius scito que sit illius necessitas et
 qd ipse in animo suo cogitabit. Ne forte
 mittat sudem in terram et dicat tibi bona
 est uia tua et stet e contrario uidere qd ti-
 bi eueniat. Cum uiro in religiofo tracta de
 sanctitate et cum iniusto de iustitia et ex
 muliere de his que emulatur. Cum tui-
 do de bello cum negociatore de traiectione
 cum emptore de uenditione cum uiro luiclo
 de gratis agendis. Cum impio de pietate
 cum ihonesto de honestate. Cum operario
 agrario de omni opere cum operario annua-
 li de consumatione anni cum seruo pigro
 de multa operatione. Non attendas his in
 omni consilio. Sed cum uiro sancto assidui
 esto quecuq; cognoueris obseruantem timo-
 rem dei cuius anima est secundum anima-
 tuam. Quecuq; titubauerit in tenebris no
 condoletur tibi. Et cor boni consilij statue-
 tecum. Non est enim tibi aliud plus illo
 nima uiri sancti enuntiat aliquando uera
 q septem circumspectores sedentes in excelso
 ad speculandum. Et in his omnibus depre-
 care altissimum ut dirigat in ueritate ui-
 am tuam. Ante omnia opera uerbum ue-
 rae precedat te et ante omnem actum co-

silium stabile. Verbum neq; immutabit cor
 ex quo partes quattuor oriuntur bonum et ma-
 lum. uita et mors et dominatrix illorum est
 assidua lingua. Vir peritus multos erudit
 et anime sue suauis est. Qui sophistice loqit
 odibilis est in omni re defraudabit. Non
 est enim illi data a domino grata omni n-
 sapientia defraudatus est. Et sapiens animus
 sue sapiens et fructus sensus illius laudabilis.
 Vir sapiens plebem suam erudit et fructus
 sensus illius fideles sunt. Vir sapiens imple-
 bit benedictionibus et uidentes illum lauda-
 bunt. Vita uiri in numero dierum dies autem
 istis innumerabiles sunt. Sapiens in populo
 hereditabit honorem et nomen illius erit
 uiuens in eternum. Fili in uita tua tenta-
 animam tuam et si fuerit neq; non des illi
 potestatem. Non enim omnia omnibus ex-
 peclunt et non omni anime omne genus
 placet. Noli audis esse in omni epula-
 tione et non te effundas super omnem esca-
 In multis enim escais erit infirmitas et audi-
 tal appropinquabit usq; ad coleram. Propter
 crapulam multi obierunt q; autem abstines
 est adiacet uitam.

Onora medicum propter ne-
 cessitatem etenim illum cre-
 auit altissimus. A deo est
 enim omnis medicina et a re-
 ge accipit donationem. Disciplina medici
 exaltabit caput illius et in conspectu ma-
 gnatorum collaudabit. Altissimus creauit
 de terra medicinam et uir prudens non ab-
 horrebit illam. Nonne a ligno indulcata
 est aqua amara. Ad agnitionem hominis
 uirtus illorum. Et deche hominibus sciam al-

tissimus honorari in mirabilibus suis. In his ex-
rans mitigabit dolorem. & unguentarius
faciet pigmenta suauitatis & unctioes co-
fici & sanitatis & non consumabunt opera
eius. Pax enim dei super faciem tuam. Fili
tua infirmitate non despicias te ipsum. sed o-
ra dominum. & ipse curabit te. Auerte
delicto & dirige manus. & ab omni delicto
munda cor tuum. Da suauitatem & memo-
riam similaginis. & unguia oblationem. e-
da leuam medico. Et tunc illum dominus
creauit. & non discedat a te. q̄ opera eius
necessaria. Est enim tempus quando in ma-
nibus illorum incurrit. & ipsi uero dominum
deprecabunt. ut dirigat regem eorum. &
sanitatem propter conuersationem illorum.
Qui delinquit in conspectu eius q̄ fecit. eum
incidet in manus medici. fili in mortuum p̄
duc lachrymas. & quasi dura passus incipe
plorare. & secundum iudicium contage co-
pus illius. et non despicias sepulturam illius.
Propter delaturam autem amare. fer luctum
illius uno die. & consolare propter tristitiam
& fac luctum secundum meritum eius uno
die. ut duobus propter detractionem. A tris-
titia enim festinat mors & cooperit uir-
tutem & tristitia cordis flectit ceruicem.
In abductione permanet tristitia. & substā-
tia inopis secundum cor eius. Ne dederis
in tristitia cor tuum. sed repelle eam a te.
et memento nouissimorum. noli obliuisci.
neq̄ enim est conuersio. & huic nihil pro-
deris. & te ipsum pessimibus. Memor esto
iudicij mei. sic enim erit & tuum. Oubi be-
n & tibi hodie. In rege mortui req̄scere
fac memoriam eius. & consolare illum. in-
cxit spiritus suus. Sapientiam sentie in tra-

portu uacuitatis. & q̄ minorat. adu sapientia-
tam percipit. q̄ sapientia replebitur. Q̄
tenet aratrum. & q̄ gloriatur in iaculo. Stim-
ulo boues agitatur. & conuersatur in operibus
eorum. & narratio eius in filiis taurorum.
Cor suum dabit ad uersandos sulcos. & ui-
gilia eius in sagina uaccare. Sic omnis faber
et architectus. q̄ noctem tanq̄ diem transigit.
q̄ sculpsit signaculo sculptilia. & assiduitas
eius uariat picturam. Cor suum dabit in si-
militudinem picture. & uigilia sua proficiet
opus. Sic faber ferrarius sedens iuxta inco-
dem. et considerans opus ferri. Vapor ignis
uree. carnes eius. & in calore fornacis con-
certatur. Vox mallei innouat aurem eius.
& contra similitudinem uasis oculi eius. Co-
suum dabit in consumationem operum. &
uigilia sua ornabit imperfectionem. Sic figu-
lus sedens ad opus suum. conuertens pedibus
suis rotam. q̄ in solitudine positus est semp̄
propter opus suum. & innumera est omnis
operatio eius. In brachio suo formabit lutum.
et ante pedes suos curuabit uirtutem suam.
Cor suum dabit ut consumet lutionem. &
uigilia sua mundabit fornacem. Omnes hi
in manibus suis sperauerunt. & unusquisque in
arte sua sapiens est. Sine his omnibus non
edificatur ciuitas. Et non inhabitabunt. nec
inambulabunt. et in ecclesiam non transibunt.
Super sellam iudicis non sedebunt. et testa-
mentum iudicij non intelligent. neq̄ palam-
facient iudicium & disciplinam. & in para-
bols non inuentur. sed creaturam. eij
confirmabunt. & deprecatio illorum in
operatione artis. accomodantes animas suas
et congruentes in lege altissimi.

A pientiam omnium antiquis
exquet sapiens. & in propheta
tis uacabit. Narrationem i
uitorum nominatorum con
seruabit. & in uersibus parabolarum simul
intrabit. Occulta prouerborum exquet. &
in absconditis parabolarum conuertabitur.
I n medio magnatorum ministrabit. & in co
spectu presidis apparebit. In terra alienige
narum gentium pertransiet. Bona enim et ma
la in omnibus tentabit. Cor suum tradet ad
uigilandum diluculo ad dominum qui fecit
illum. & in conspectu altissimi deprecabitur.
A periet os suum in oratione. & pro delictis
suis deprecabitur. Si enim dominus magnus
uoluerit. spiritu intelligentie replebit illum.
& ipse tanquam imbrēs mittet eloquia sapientie
sue. & in oratione confitebitur domino. Et
ipse diriget consilium eius et disciplinam.
& in absconditis suis consilabitur. Ipse pa
lam faciet disciplinam doctrine sue. & in
lege testamenti domini glorabitur. Colla
udabunt multi sapientiam eius. & usque in
seculum non delebitur. Non recedet memo
ria eius. & nomen eius requiritur a generatio
ne in generationem. Sapientiam eius enarra
bunt gentes. & laudem eius enuntiabit
ecclesiam. Si permanserit nomen eius. de
relinquet plus quam mille. & si requierit pro
dent illi. Adhuc consiliabor ut enarrem.
ut furore enim repletus sum. Et in uoce
dicit. Obaudite me diuini fructus. & quasi
rosa plantata super riuos aquarum fructificauit.
Quasi libanus odorem suauitatis habentem.
Floretet flores quasi lilium & date odorem
& frondete in gratiam & collaudate can
ticum. & benedicite dominum in operibus

suis. Date nomini eius magnificentiam. & con
fitemini illi in uoce laborum uestrorum. &
in canticis laborum & citharis. & sic dicetis
in confessione. Opera domini uniuersa bona
ualdo. In uerbo enim eius stetit aqua sicut
congeries. & in sermone oris illius sicut ex
ceptorum aquarum. quoniam in precepto ip
sius placor fit & non est minoratio in salute
ipsius. Opera omnis carnis coram illo. & non
est quicquam absconditum ab oculis eius. A
seculo usque in seculum respicit. & nihil est
mirabile in conspectu eius. Non est dicere
quid est hoc. aut quid est illud. omnia enim
in tempore suo queruntur. Benedictio illius
quasi fluminis inundabit. & quomodo ca
taclismus. aridam inebriauit. sic ira ipsius
gentes que non exquiritur. cum heredita
bit. Quomodo conuertit aquas in siccita
tem & siccata est terra. & uis illius uis il
lorum directe sunt. sic peccatoribus offensa
siones in ira eius. Bona bonis creata sunt ab
initio. sic nequissimis bona et mala. Initium
necessario rei uite hominum aqua ignis &
ferrum. sal. lac. & panis simlagineus & mel
et botrus uue. & oleum & uestimentum.
Hec omnia sanctis in bona. sic & impijs &
peccatoribus in mala conuertentur. Sunt
spiritus qui ad uindictam creati sunt. & in
furore suo confirmauerunt tormenta sua.
Et in tempore consumationis effundent
uirtutem. & furorem eius qui fecit illos con
fundent. Ignis. grandis. fames & mors. om
nia hec ad uindictam creata sunt. Bestia
rum dentes et scorpi & serpentes. & ru
phea uindicans in exterminium impios. In
mandatis eius epulabuntur. & super ter
ram in necessitate preparabuntur. & in

temporibus suis non preterierit uerbum.
 Propterea ab initio confirmatus sum & con-
 filiatus sum. et cogitavi & scripta dimisi. Om-
 nia opera domini bona. & omne opus bona.
 sua subministrabit. Non est dicere. hoc illo
 nequus est. Omnia enim in tempore suo eos
 probabuntur. Et nunc in omni corde & ore
 collaudate & benedicite nomen domini.

Cecupatio magna creata est:
 omnibus hominibus & iugum
 graue super filios Adam &
 die exitus de uentre matris

corum usque in diem sepulture in matrem om-
 nium. Cogitationes eorum et timores cordis.
 adinventiones expectationis & dies finitionis
 a presidente super sedem gloriosam usque ad
 humiliatum in terram et cinerem. ab eo qui
 utitur hyacyntho et portat coronam usque
 ad eum qui operit lino crudo. Furor. zelus &
 multus. fluctuatio & timor mortis. iracun-
 dia perseverans. et contentio & in tempore
 refectionis in cubili somnus noctis immutat
 scientiam eius. Modicum autem tanquam nihil
 in rege & ab eo in somnis quasi in die respec-
 tus. Conturbatus est in visu cordis sui tan-
 quam qui euaserit in die belli. In tempore salutis
 sue exsurrexit & admirans ad nullum timo-
 rem. cum omni carne ab homine usque ad pec-
 corum et super peccatores septuaginta. Ad hec mors
 sanguis contentio & rumphea. oppressiones
 fames & contentio & flagella. Super iniquis
 creata sunt hec omnia. & propter illos factus
 est cataclysmus. Omnia enim que de terra
 sunt in terram conuertentur & aque om-
 nes in mare conuertentur. Omne in unum
 & iniquitas delebitur. et fidelis seculum stabit

Substantie iustorum sicut flumens siccabitur
 & sicut conitruum magnum in pluuia
 personabunt. In aperiendo manus suas leta-
 bitur sic preuaricatores in consumatione ta-
 bescent. Neque uisum impiorum non multiplicabunt
 ramos & radices unimunde super eorum
 men petre sonant. Super omnem aquam ui-
 nitatis & ad oram fluminis ante omne fee-
 rum euelletur. Cirata sicut paradysus in be-
 nedictionibus & misericordia in seculo per-
 manet. Sicut sibi sufficientis operari conde-
 cabitur & in ea inueniet thesaurum. Fili edificatio
 ciuitatis confirmabit nomen & super
 hanc mulier immaculata computabitur. Si-
 num et inuisa letificatio cor & super utraq
 dilectio sapientie. Tibie et psalterium suauis
 faciunt melodiam & super utraq lingua sua
 uis. Gratiam & speciem desiderabit oculus
 tuus & super hec unides factio. Amicus &
 socialis in tempore conuenientes & super o-
 utrosq mulier cum uiro. Fratres in adiutorio
 in tempore tribulationis & super eos misero-
 dia liberabit. Aurum et argentum & con-
 stitutio pecuniarum & super utraq consilio be-
 neplacitum. facultates & uirtutes exaltant
 cor & super hec timor domini. Non est
 timore domini minoratio & non est in con-
 quere adiutorium. Timor domini sicut para-
 dysus benedictionis & super omnem gloria
 operuerunt illum. Fili in tempore uite tue
 ne indigas. Melius est enim non quam indi-
 gere. Vir respiciens in mensam alienam. non
 est uita eius in cogitatione uictus. Alit enim
 animam suam obis alienis. Vir autem discipuli-
 natus et eruditus custodiet se. In ore impro-
 dentis conculcabit inopia & in uentre eius
 ignis ardebit.

Mors q̄ amara est memoria
tua. homini pacem habenti i
substantijs suis. uiro quieto
& cuius uis dicitur sunt in
omnibz & adhuc ualenti accipere cibum. o
mors bonum est iudicium tuum homini in-
digenti. & q̄ minorat uimbo defecto etate.
& cui de omnibz cura est. et incredibili q̄ pe-
dit sapientiam. Noli metuere iudicium mor-
tis. Memento que ante te fuerunt. & que se-
peruentura sunt tibi. hec iudicium a domo
omni carni. & que superuenit tibi in benefa-
cto altissimi. siue decem siue centum siue o-
mille annj. Non est enim in inferno accusa-
tio uitę. filij abominationum sunt filij pec-
catorum. & q̄ conuersantur secus domos im-
piorum. filiorum peccatorum periet heri-
ditas. & cum semine illorum assiduitas obpro-
brii. De patre impio querunt filij. quonia
propter illum in obprobrio. Ne uobis uiri i-
pii q̄ dereliquistis legem domini altissimi.
E. si nati fueritis in maledictione nascimini. et
si mortui fueritis in maledictione erit pars
uestra. Omnia que de terra sunt. in terram
conuertentur. sic impij a maledico in perdi-
tionem. Luctus hominum in corpore. ipore
nomen autem impiorum delebitur. Curam
habe de bono nomine. hec enim magis pma-
nebit tibi. q̄ mille thesauri preciosi & ma-
gni. Bone uite numerus dierum. bonum
autem nomen pmanebit in eum. Discipli-
nam in pace. conseruat filij. Sapientia enim
abscondita. et thesaurus inuisus. que utilita
in utriq̄. Melior est homo q̄ abscondit stu-
tiam suam q̄ homo q̄ abscondit sapientiam
suam. Seruant. amen reuertimini in his que

precedunt de ore inco. Non est enim bonu
omnem irreuerentiam obseruare. & non om-
nia omnibz bene placent. in fide. E. rubescite.
a patre. et a matre. de fornicatione. et a pre-
sidente. & a potente. de mendacio. a principe.
& a iudice. de delicto. a synagoga & plebe.
de iniquitate. a socio et amico. de iniustitia. &
de loco in quo habitas. de furto. de ueritate.
dei et testamento. de discubito in pumbo. &
ab obfuscatione dati & accepti. a saluantibus
de silentio. a respectu mulieris fornicans. et
ab auersione uultus cognati. Ne auertas
faciem a proximo tuo. & ab auferendo par-
tem. & non restituendo. Ne respicias mulie-
rem alieni uiri. & ne serutens ancillam eius.
neq̄ steteris ad lectum eius.

B. amicus de sermonibus im-
properij & cum dederis ne
improperes. Non duplices
sermonem auditus de reue-
latione sermonis absconditi & eius uere sine
confusione. & inuenies gratiam in conspectu
omnium hominum. Ne pro his omnibz con-
fundaris. & ne accipias personam ut delin-
quas. De lege altissimi & testamento. & de
iudicio iustificare impium. de uerbo societate
et uiatorum et de datione hereditatis amico-
rum. de equalitate statore et ponderum.
de acquisitione multorum et paucorum. de
corruptioe emptionis & negotiationum. &
de multa disciplina filiorum & seruo pesti-
mo latus sanguinare. Super mulierem nequa.
bonum est signum. Sibi manus multe sunt.
claudet. & quodcuq̄ tradet. numerum. & appo-
de datum uero et acceptum omne describe.
De disciplina insensati & fatui. & de seruo.

ribo quod iudicantur ab adolescentibus & eruditus in omnibus & probabilis in conspectu omnium uirorum. Filia patris abscondita est uigilia & sollicitudo eius aufert somnum ne forte in adolescentia sua adultera efficiat & cum uirio commorata oculis suis nequando polluat in uirginitate sua. et in patris suis grauidam inueniatur ne forte cum uirio commorata transgrediat aut certe stertilis efficiatur. Super filiam luxuriosam bona firma custodiam nequam faciat te in obprobrium uenire inimicis & detractione in ciuitate & abiectioe plebis & confundat te in multitudine populi. Omni homini noli intendere in specie & in medio mulierum noli commorari. De uestimentis enim prececidit tinea & a muliere iniquitas uiri. Melior est enim iniquitas uiri quam benefaciens mulier & mulier confundens in obprobrium. Memor ergo igitur operum domini & que uidi annuntia in sermonibus domini opera eius. Sol illuminans per omnia respexit & gloria domini plenum est opus eius. Nonne dominus fecit sanctos enarrare omnia mirabilia sua que confirmauit dominus omnipotens stabilis in gloria sua. Abyssum et cor hominum inuestigauit & in astuta eorum excogitauit. Cognouit enim dominus omnem scientiam & inspicit in signum eum annuntians que preterierunt & que superuentura sunt reuelans uestigia occultorum. Non preterit illum omnis cogitatus & non abscondit se ab eo ullus sermo. Magnalia sapientie sue decorauit que est ante seculum et usque in seculum neque adiectum est neque minuetur & non eget alicuius consilio. Quam desiderabilia sunt omnia opera eius & tanquam

scintilla que est considerare. Omnia hec uiuunt & manent in seculum & in omni necessitate omnia obaudiunt ei. Omnia duplicia unum contra unum & non fecit quicquam deesse. Unusquisque conseruabit bona. Et quis fatiabitur uidens gloriam eius.

Litudinis firmamentum
pulchritudo eius species
li in uisione glorie. Sol in
aspectu annuntians in exitu
us admirabile opus excelsi. In meridiano
occurit terram & in conspectu ardoris eius
quod potens sustinere. Fornacem custodiens in
operibus ardoris. Tripliciter sol exiens motus
radios igneos exuffans & resurgens radiis
suis obsecrat oculos. Magnus dominus
quod fecit illum & in sermone eius festinauit
iter. Et luna in omnibus in tempore suo ostensio
temporis et signum eum. A Luna signum
diei festi luminare quod minuitur in confirmatione
Vas castrorum in excelsis in firmamento
caeli resplendens gloriose. Species
caeli gloria stellarum mundum illuminans in
excelsis dominus. In uerbis sancti stabunt
ad iudicium & non deficient in uigiliis suis
Sic de arcum & benedictio quod fecit illum. Valde
speciosus est in splendore suo. Cuius uultu
celum in circuitu glorie sue manus excelsi
si aperuerunt illum. Impono suo accelerauit
niuem & accelerat corrusionem emittit
terre iudicij sui. Propterea aperti sunt thesauri
sani et euolauerunt nebule sicut aues. In
magnitudine sua posuit nubes & contradi
ti sunt lapides grandinis. In conspectu eius
commouebuntur montes & in uoluntate
eius aspirabit notus. Vox tonitruj eius o

Mensis syriacus
est crescentis
ter in confirmatione

uerborauit terram. tempestas aqilonis. et
congregatio spiritus. & sicut auis depones
ad sedendum aspergit niuem. & sicut locus
ta demergens descensus eius. Pulchritudi-
nem coloris eius admirabitur oculus. & super
imbrem eius expauescit cor. Caelum sicut
sal effundit super terram. & dum flauit
non fiet tanquam cacumina tribuli. Frigidus uero
dies aqilo flauit. & gelauit crystallus ab aq.
S uper omnem congregationem aquarum re-
quiescit. & sicut lonca induit se aq. Et de-
uorabit montes. & exuret desertum. &
extinguet uiride sicut igne. Medicina om-
nium infestatione nebule. & ros obuians
ab ardore uenienti humilem efficiet eum.
I n sermone eius siluit uentus. & cogitatione
sua placauit abyssum. & plantauit illum
dominus Jesus. Qui nauigant mare. enar-
rant pericula eius. & audientes aumbo nis
admirabimur. Illuc preclara opera. et mira-
bilia uaria bestiarum genera. et omnium
pecorum. & creatura belluarum. Propter
ipsum confirmatus est itineris finis. & in
sermone eius composita sunt omnia. Multa
dicimus. & deficiamus uerbis. consumatio au-
tem sermonum ipse est. In omnibus gloriamur.
et ad quod ualebimus. Ipse enim omnipotens
super omnia opera sua. Terribilis dominus et
magnus uehementer. & mirabilis potentia ip-
sius. Glorificantes dominum quantumcumque
potueritis superualebit adhuc. & admira-
bilis magnificentia eius. Benedicentes domi-
num exaltate illum quantum potestis. ma-
ior est enim omni laude. Exaltantes eum
replemini uirtute. Ne labores non enim
comprehendetis. Quis uidebit eum. & tra-
nabit. & qui magnificabit eum sicut est ab-

initio. Multa abscondita sunt. maiora his.
Pauca enim uidimus operum eius. Omnia
autem dominus fecit. & per agentibus dedit
sapientiam.

Audemus uiros gloriosos
et parentes nostros in gene-
ratione sua. Multam glo-
riam fecit dominus magni-
ficentia sua. a seculo. Dominantes in potes-
tate suis. homines magni uirtute. et pruden-
tia sua. predicti nuntiantes in prophetis di-
gnitatem prophetarum. & imperantes in
presenti populo et uirtute prudentie po-
pulis sanctissima uerba. In pueritia sua. i-
requentes modos musicos. & narrantes car-
mina scripturarum. Homines diuites in ui-
tute pulchritudinis studium habentes. pa-
cificantes in domibus suis. Omnes isti in ge-
nerationibus gentis sue gloriam adepti sunt.
& in diebus suis habentur in laudibus. Qui-
de illis nati sunt. reliquerunt nomen nar-
randi laudes eorum. Et sunt quorum non
est memoria. Perierunt quasi qui non fue-
runt. & nati sunt quasi non nati. & filii ip-
sorum cum ipsis. Sed illi uiri misericordie
sunt. quorum pietates non defuerunt. Et
cum semine eorum perseverat bona he-
reditas sancta nepotum eorum. Et in tes-
tamento stetit semen eorum. & filii eorum
propter illos usque in eternum manet. Semen
eorum. et gloria eorum non derelinquetur.
Corpora ipsorum in pace sepulta sunt. &
nomen eorum uiuet in generationem et ge-
nerationem. Sapientum ipsorum narrent
populi. & laudem eorum nuntiet ecclesia.
Enoch placuit deo. & translatus est in

paradisi. ut det gentibus sapientiam. Noe
inuentus est perfectus iustus & in tempore
iracundie factus est reconciliatio. Ideo di-
missum est reliquum terre. cum factum e-
diluuium. Testamenta seculi posita sunt ap-
illum. ne deleri possit diluuiis omnis caro.
Abraam magnus pater multitudinis gentium
& non est inuentus similis illi in gloria. Quia
conseruauit legem excelsi & fuit in testa-
mento cum illo. In carne eius stare fecit te-
tamentum & in tentatione inuentus est fi-
delis. Ideo uir uirando dedit illi gloriam in
gente sua. crescere illum quasi terram cumulu-
& ut stellas exaltare semen eius & heredi-
tare illos a mari usque ad mare. et a flumine
usque ad terminos terre. Et Isaac eodem mo-
do fecit. propter Abraham patrem eius. Be-
nedictionem omnium gentium dedit illi.
dominus & testamentum suum confirma-
uit super caput. Iacob & genuit cum in be-
nedictionibus suis & dedit illi hereditatem
& diuisit illi partem in tribubus duodecim.
Et conseruauit illi homines misericordie. inue-
nientes gratiam in oculis omnis carnis.

Electus deo et hominibus
Moyles cuius memoria in
benedictione est. Similem
illum fecit in gloria sancto-
rum & magnificauit eum in timore iumi-
corum & in uerbis suis monstra placauit.
Glorificauit illum in conspectu regum & ui-
sit illi coram populo suo & ostendit illi glo-
riam suam. In fide & lenitate ipsius sanctum
fecit illum & elegit eum ex omni carne.
Auduuit enim eum & uocem ipsius et induxit
illum in nubem. Et dedit illi cor ad precep-

ta & legem uite & discipline docere. Iacob
testamentum suum & iudicia sua. Et ex-
celsum fecit Aaron fratrem suum & simile
sibi de tribu leui. Statuit ei testamentum
eternum & dedit illi sacerdotium gentis &
beatificauit illum in gloria. Et circueinxit
eum zona iusticie & induit eum stola glo-
rie & coronauit eum in uasis uirtutis. Cir-
cumpedes et femoralia & humerale posuit
ei & cinxit illum tintinnabulis aureis pluri-
mis in gyro dare sonitum in incessu suo audi-
tum facere sonitum in templo in memoria
filiis gentis sue. Stola sanctam auro et hya-
cinto et purpura opus textile. uiri sapien-
tis iudicio & ueritate predicti. Torro caco
opus artificis gemmis preciosis figuratis in
ligatura auri & opere lapidary sculptis in
memoriam secundum numerum tribuum. Iste
corona aurea super mitram eius expressit signum
sanctitatis gloria honoris et opus uirtutis
desiderio oculorum ornata. Sic pulchra
ante ipsum non fuerunt talia usque ad origi-
nem. Non est indutus illa alienigena aliquis
sed tantum filij ipsius soli & nepotes eius per os
nem tempus. Sacrificia ipsius consumata sunt
igni quotidie. Compleuit Moyses manus
eius & unxit illum oleo sancto. factum est
illi in testamentum eternum & semini eius
sicut dies celi. fungi sacerdotio & hinc lau-
dem & glorificari populum suum in nomine
suo. Ipsum elegit ab omni uiuente offerre sa-
crificium deo incensum et bonum odorem in
memoriam placare pro populo suo. Et de-
dit illi in preceptis suis potestatem in testa-
mentis iudiciorum docere. Iacob testimonia
& in lege sua lucem dare. Iste. Quia contra
illum steterunt alieni & propter inuidiam

circundederunt illum homines in deserto: q̄ erant cum Dathan et Abiron et congregatio chore in iracundiam. Vidit dominus deus et non placuit illi & consumpti sunt in impetu iracundie. Fecit illis monstra et consumpsit illos in flamma ignis. Et addidit Aaron gloria: et dedit illi hereditatem et primitias frugum terre duxit illi panem et ipsius in primis parauit in sacerdotem nam et sacrificia domini edent que dedit illi et semini eius. Ceterum inter gentes non hereditabit: & pars non est illi in gente. Ipse est enim pars eius et hereditas. Phinees filius Eleazar tertius in gloria imitando eum in timore domini & stare in reuerentia gentis in bonitate & alacritate anime sue placuit deo sicut deo statuit illi testamentum pacis & percipem sanctorum & gentis sue ut sit illi & semini eius sacerdotum dignitas in eternum. Et testamentum Dauid regi filio Jesse de tribu Iuda hereditas ipsi semini eius ut claret sapientiam in cor nostrum iudicare gentem suam in iustitia ne abolerent bona ipsorum et gloriam ipsorum in gentem eorum eternam fecerit.

Ores in bello Jesus Naue successor Moysi in prophetis. q̄ fuit magnus secundum nomen suum maximus in salutem electorum dei expugnare insurgentes hostes ut consequeretur hereditatem israel. Quam gloriam adeptus est in tollendo manus suas & uadendo contra ciuitates et homines. Quis ante illum sic restitit: nam hostes ipse dominus percussit. Aut non iracundia eius impeditus est sol & una die

facta est quasi duo. Inuocauit altissimum potentem in oppugnando inimicos undique & audiuit illum magnus & sanctus deus in suis grandis uirtutis ualde fortis. Impetum fecit contra gentem hostilem et in descensu pedidit contrarios ut cognoscant gentes potentiam eius. q̄a contra deum pugnare non est facile & secutus est a tergo potentes. Et in diebus Moysi misericordiam fecit ipse & Caleph filius Iephone stare contra hostem & prohibere gentem a peccatis & perfringere murmur & malum. Et ipsi duo constituti a periculo liberati sunt a numero sexcentorum milium perditum inducere illos in hereditatem in terram que manat lac & mel. Et dedit dominus ipsi Caleph fortitudinem & usque in senectutem permansit illi uirtus ut ascenderet in excelsum terre locum & semini ipsius obtinuit hereditatem. Et uiderunt omnes filii israel q̄a bonum est obsequi sancto deo. Et iudices singuli suo nomine quorum non est corruptum cor q̄ non aduersi sunt a domino ut sit memoria illorum in benedictione. Et ossa eorum pullulant de loco suo & nomen eorum permansit in eternum permansit ad filios illorum sanctorum uirorum gloria. Dilectus a domino deo suo Samuel propheta dominum renouauit impetum & unxit principes in gente sua. In lege domini congregationem iudicauit & uidit deum iacob & fide sua predictus est propheta. Et cognitus est in uerbis suis fidelis q̄a uidit deum lucifer. Et inuocauit dominum omnipotentem in oppugnando hostes circumstantes undique in oblatione uiri inuolati. Et intonuit de celo dominus & in sonitu magno audiam fecit uocem suam et contriuit principes synagoge.

et omnes duces philistinum. Et ante tempus finis vite sue. & seculi testimonium prebuit in conspectu domini & christi. Pecunias et usq. ad calciamenta. ab omni carne non accepit. & non accusauit illum homo. Et post hec dormiuit. & notum fecit regi. & ostendit illi finem vite sue. & exaltauit uocem eius de terra in prophetia. delere impietates gentis.

Ost. hec surrexit Nathan propheta. in diebus Dauid.

Et quasi ad seps separatus a carne est. sic Dauid a filiis isrl.

Cum leonibus lusit quasi cum agnis et in uersis similitudine fecit. sicut in agnis ouium. In uuentute sua nunquid non occidit gigantem & abstulit obprobrium de gente. In tollendo manum in saxo funde. deiecit excitationem glorie. ubi inuocauit deum omnipotentem. Et dedit in dextera eius tollere hominem fortem in bello. et exaltare cornu gentis sue. Sic in decem milibus glorificauit eum. & laudauit eum in benedictionibus domini in offerendo illi coronam glorie. Contriuit enim inimicos undiq. et extirpauit philistinum contrarios usq. in odierum diem. Contriuit cornu ipsorum usq. in eternum. In omni opere dedit confessionem sancto. & excelso in uerbo glorie. **D**e omni corde suo laudauit dominum. et dilexit deum q. fecit illum. & dedit illi contra inimicos potentiam. Et stare fecit cantores contra altare. & in somno eorum dulces fecit modos. Et dedit in celebrationibus decus. & ornauit tempora usq. ad consummationem uite. ut lapidarent nomen sanctus

domini & amplificarent nomen dei sanctitatem. Christus purgauit peccata ipsius. & exaltauit in eternum cornu eius. Et dedit illi testamentum regni. & sedem glorie in israel. Post ipsum surrexit filius sensatus. & propter illum deiecit omnem potentiam inimicorum. Salomon imperauit in diebus pacis. cui subiecit deus omnes hostes ut conderet domum in nomine suo. & pararet sanctitatem in sempiternum quemadmodum eruditus est in uuentute sua. Et impletus est quasi flumen sapientia. & terram repleuit anima sua. Et repleti in comparationibus enigmata. ad insulas longe diuulgatum est nomen tuus. & dilectus es in pace tua. In cantilenis et pro uerbis et comparationibus & interpretationibus mirate sunt terre. & in nomine domini dei. cui est cognomen deus isrl. Collegisti quasi aurum calcem aurum. et ut plumbum complesti argentum. & inclinaisti femora tua mulieribus. Potestatem habuisti in corpore tuo. Dediti maculam in gloria tua. et propheta. ti semen tuum inducere iracundiam ad liberos tuos. & in ceteris stultitiam tuam. ut faceres imperium bipartitum. et ex ephraim imperium imperare durum. Deus autem non derelinquet misericordiam. & non corrumpet nec delectabit opera sua. neq. perdet a stirpe nepotes electi sui. & semen eius q. diligit dominum non corrumpet. Dedit autem reliquum iacob et Dauid de ipsa stirpe. Et fines habuit salomon cum patribus suis. Et dereliquit post se de semine suo gentis stultitiam. & imminutum a prudentia. Roboram q. auertit gentem consilio suo. & mercedem filium Nabab q. peccare fecit isrl. et dedit uiam peccandi ephraim. & plurima redundauerunt

peccata ipsorum. Salde enim auerterunt
illos a terra sua. Et que sunt omnes nequias
usq. dum peruenire ad illos defensio. & ab
omnibus peccatis liberavit eos.

T surrexit Helias propheta
quasi ignis. & uerbum ipsius
quasi facula ardebat. Qui in
duxit in illos famem. & im-

panes illum in uia sua. pauci facti sunt. o
Non enim poterant sustinere precepta domi
ni. Verbo domini conturbatum celum. & de
iicit a se ignem terre. Sic amplificatus est
Helias in mirabilibus suis. Et q. potest similit
glorian tibi. Qui sustulisti mortuum ab i
fens de sorte mortis in uerbo domini dei. q.
dericisti reges ad penitentiam. & confregisti
facile potentiam ipsorum. & gloriosos de lecto
suo. Qui audis in syna iudicium. & in ore
iudicia defensionis. Qui ungis reges ad pen
itentiam. & prophetas facis successores post
te. Qui receptus es in turbine ignis in curru
equorum igneorum q. inscriptus es in uideis
temporum lenire inuinciam domini. concili
ant cor patris ad filium. & restituere tribu Ja
cob. Beati sunt q. te uiderunt. & in amicitia
tua decorati sunt. Nam nos uita uiuimus tm
post mortem autem non erit tale nomen
nostrum. Helias q. in turbine testus est. &
in heliseo completus est spiritus eius. In die
bus suis non peruenit principem. & potesta
tia nemo uicit illum. Nec superauit illum ue
bum aliquod. & mortuum prophetauit. corpo
eius. In uita sua fecit monstra. & in morte
mirabilia operatus est. In omnibus istis non pe
nituit populus. & non recesserunt a pecca
tis suis usq. dum abiecti sunt de terra sua.

dispersi sunt in omnem terram. & relictus est
gens perpauca. & princeps in domo Dauid. o
Quidam ipsorum fecerunt quod placere deo
ali autem multa commiserunt peccata. Eze
chias muniuit ciuitatem suam. & induxit in
medium eius aquam. & fodit ferro rupem. &
edificauit ad aquam puteum. In diebus ipsius
ascendit Sennacherib et misit Tarsacen. & su
tulit manum suam contra illos. et exultit
manum suam in syon. & superbus factus est
potentia sua. Tunc mota sunt corda. et man
ipsorum. & doluerunt quasi parturientes o
mulieres. Et inuocauerunt dominum misere
cordem. et expandentes manus suas exten
derunt ad celum. & sanctus dominus deus
audiuit eorum uocem ipsorum. Non est com
memoratus peccatorum ipsorum. neq. dedit
illos inimicis suis. sed purgauit illos in mans
Esaie sancti prophete. Deiecit castra Assyrio
rum. et contriuit illos angelus domini. Nam
fecit Czechias q. placuit deo. & fortiter
uit in uia Dauid patris sui. quam manda
uit ille. Esaus propheta magnus. & fidelis in
conspetu dei. In diebus ipsius retro rediit sol.
& addidit. R. egi uitam. Spiritu magno ui
dit ultima. & consolatus est lugentes in syon.
usq. in sempiternum. Ostendit futura. et ab
secondu. anteq. uenirent.

E mora Josie in compositione
celonis facta. opus pigmenta
ry. In omni ore quasi mel t
dulcabit. aus memoria. & ut
musica in conuiuio uini. Ipse est directus di
uinitus in penitentia gentis. & tulit abomi
nationes impietatis. Et gubernauit ad domi
num cor ipsius. et in diebus peccatorum con-

rederunt pietatem. Præter David et Ezechiam et Iosiam omnes Reges peccatum commiserunt. Nam reliquerunt legem altissimi Reges Iuda & contempserunt timorem dei. **D**ederunt enim regnum suum alijs & gloriam suam alienigenæ genti. Incenderunt electam sanctitatis civitatem & desertas fecerunt. Iuas ipsius in manu hieremie. Nam male tractauerunt illum quia uentre matris consecratus est propheta euertere et eruere & perdere & iterum edificare & renouare. **E**zechiel qui uidit conspectum glorie quam ostendit illi in curru cherubin. Nam commemoratus est inimicorum in imbre benefacere illis qui ostenderunt rectas uias. Et duodecim prophetarum ossa pullulant de loco suo. Nam corroborauerunt Jacob & redemerunt se in fide uirtutis sue. Quo modo amplificemus Zorobabel. Nam & ipse quasi signum in dextera manu israel. Et esum filium Josedech. Quibus diebus edificauerunt domum & exaltauerunt templum sanctum domino paratum in gloria sempiternam. Et hęc omnia in memoria multi temporis. qui creauit nobis muros euersos & stare fecit portas et sedes qui creauit domos nostras. Nemo natus est in terra. Quis Enoch nam et ipse receptus est a terra. Et Joseph qui natus est homo princeps fixitrum. firmamentum gentis rector fratrum. stabilimentum populi & ossa ipsius uisitata sunt & post mortem prophetauerunt. Sec & Sem apud homines gloriam adepti sunt & super omnem animum in origine Adam.

Imon Omne filius sacerdos magnus qui in uita sua suffulsi domum & in diebus suis corroborauit templum. Templi etiam altitudo ab ipso fundata. Et duplex edificatio & excelsi parietes templi. In diebus ipsius emanauerunt putei aque & quasi mare adimpleti sunt supra modum. Qui curauit gentem suam & liberauit eam a perditione. Qui preualuit amplificare ciuitatem qui adeptus est gloriam in conuersatione gentis & ingressum domus et atrij amplificatus est. Quasi stella matutina in medio nebule & quasi luna plena in diebus suis luce. Et quasi sol resurgens sic ille effulsit in templo dei. Quasi arcus resurgens inter nebulas glorie & quasi floriarum in diebus ueris & quasi lilia que sunt in transitu aque & quasi thus resoles in diebus ætatis. Quasi ignis effulgens et o thus ardens in igne. Quasi uas auri solidum ornatum omni lapide precioso. Quasi olua pullulans & cupressus in altitudine se tollens. In accipiendo ipsum stolam glorie & uestim cum in consumatione uirtutis in ascensu altaris sancti glorie dedit sanctitatis amictum. In accipiendo autem partes de manu sacerdotum & ipse stans iuxta aram. Curre illum corona frater & quasi plantatio cedri in monte libano. sic circa illum steterunt quasi tam palmæ & omnes filij Aaron in gloria sua. Oblatio autem dominis manibus ipse coram omni synagoga israel & consumatione fungens in aram amplificare oblationem excelsi regis porrexit manum suam in libatione & libauit de sanguine uue. Effudit in fundamentis altaris colorem diuinum excelsi pñ

capit. Tunc exclamauerunt filij Aaron: in
tubis ductilibus sonuerunt & auditam fece-
runt uocem magnam in memoriam coram
domino. Tunc omnis populus simul propex-
uerunt & ceciderunt in faciem sup terras
adorare dominum deum suum & dare pro-
ces omnipotenti deo excelsis. Et amplifica-
uerunt: pallerentes in uerbis suis & in magni-
tudo factus est sonus suauitatis plenus. Et
rogauit populus dominum excelsum in pro-
ce: usq; dum perfectus est honor domini. et
munus suum perfecerunt. Tunc descendit
manus suas extulit: in omnem congregatio-
nem filiorum israel dare gloriam deo a labijs
suis & in nomine ipsius gloriam. Et terra
uit orationem suam: uolens ostendere uir-
tutem dei. Et plus orauit deum omnium
Qui magna fecit in omni terra q; auxit die
nostros a uentre matris nre & fecit nobis
cum secundum suam misericordiam det no-
bis uocunditatem cordis & fieri pacem in
diebus nostris in israel per dies sempiternos. i
credere no; israel nobiscum esse dei misericor-
diam: ut libere nos in diebus suis. Duas gen-
tes odit anima mea: tertia autem non est
gens quam oderim. Qui sedent in monte: i
seui et philistum & stultus populus qui
habitat in sycharis. Doctrinam sapientie e-
disciplin.e scripsit in codice isto Iesus filius
Syrach hierosolymita q; renouauit sapientia-
tam de corde suo. Beatus q; in istis uersat
bonis. Qui ponit illa in corde suo: sapiens
erit semper. Si enim hec fecerit: ad omni-
ualebit: quia lux dei uestigium eius est.

51

Confitebor tibi domine rex
& collaudabo te deum sal-
uatorem meum. Confite-
bor nomini tuo quoniam
adiutor et protector factus es mihi & libe-
rasti corpus meum a perditione. a lingua que
lingue inique & a labijs operantium men-
dacium & in conspectu astantium factus es
mihi adiutor. Et liberasti me secundum
multitudinem misericordie nominis tui a
rugentibus preparatis ad escam de manibus
querentium animam meam & de portis tra-
bulationum que circumdederunt me a pres-
sura flammis que circumdedit me & in me-
dio ignis non sum estuans. De altitudine
uentris inferi et a lingua congnata & a
uermo mendacij a rege iniquo et a lingua
inuisita. Laudabit usq; ad mortem anima
mea dominum & uita mea appropinquas
erat in inferno deorsum. Circumdederunt
me undiq; & non erat q; adiuuare. Res-
piciens eram ad adiutorium hominum & i
non erat. Memoratus sum misericordie tue
domine & cooperationis tue que a seculo
sunt. qm; eras sustentans te domine & li-
beras eos de manibus gentium. Exaltasti sup
terram habitationem meam & pro morte
defluenti deprecatus sum. Inuocaui dominum
patrem domini mei ut non derelinquat me
in die tribulationis mee & in tempore super-
borum sine adiutorio. Laudabo nomen tuum
assidue & collaudabo illud in confessione
& exaudita est oratio mea. Et liberasti me
de perditione & eripisti me de tempore in-
iquo. propterea confitebor & laudem dico
tibi & benedicam nomini domini. Cum
adhuc timor sum priusq; oberrarem quasi

42

ui sapientiam palam in oratione mea. Ante
tempus postulabam pro illa. & usq; in no
uissimis inquam eam & florebit tanq; pre
cox uua. L. etatum est cor meum in ea.
ambulauit pes meus iter rectum & iuues
tute mea inuestigabam eam. Inclinavi mo
dice aurem meam et excepi illam. Multa
inueni in meipso sapientiam. & multum pro
fecti in ea. Danti mihi sapientiam dabo glo
riam. Consiliatus sum enim ut facerem il
lam. zelatus sum bonum et non confun
dar. Colluctata est anima mea in illa. &
in faciendo eam confirmatus sum. Manus
meas extendi in altum. & in sapientia eius
lux anima mea. et ignorantias meas illy
minauit. Animum meum direxi ad illam.
& in agnitione inueni eam. Possedi cum
ipsis cor ab initio. Propter hoc non derelin
quar. Venter meus conturbatus est
querendo illam. propterea bonum possi
debo possessionem. Dedit enim mihi do
minus linguam mercedem meam. & in ip
sa laudabo eum. Appropriare ad me in doc
ti & congregare uos in domum disciplinx.
Quid adhuc retardatis. & quid dicitis in his.
A nimis uestra situnt uehementer. aperui
os meum et locutus sum. Comparate uo
bis sine argento sapientiam. & collum uestra
subyicite iugo eius. et suscipiat anima uestra
disciplinam. In proximo est enim inueni
re eam. Videte oculis uestris quia modi
cum laborauit & inueni mihi multam req
em. Assumite disciplinam in multo nume
ro argenti. & copiosum aurum possidete in
ea. L. etetur anima uestra in misericordia
eius. & non confundemini in laude eius.
O peramini opus uestra ante tempus. & da

bit uobis mercedem uestram in tempore suo.

I **T**INCLINAVIT
Salomon genua sua in
conspectu totius eccle
sie isrl. & aperuit ma
nus suas ad celum. et
dixit. Domine deus isrl. non est similis de
us in celo sursum. neq; in terra. deorsum q
custodis testamentum tuum. & misericor
diam pueris tuis euntibus in conspectu tuo
in toto corde. seruans puero tuo Dauid q
locutus es illi. & locutus es in ore tuo. &
in manu tua implesti quasi dies iste. E. nunc
domine deus isrl. custodi puero tuo Dauid.
patri meo que locutus es illi dicens. Non
decre. tibi uir a facie mea. sedens in throno
israel. ueruntamen si custodierint filii tui
legem meam et in preceptis meis ambulauerint
sicut ambulauerunt in conspectu meo fide
les. Et nunc domine deus isrl. creditum est
uerbum quod locutus es puero Dauid. q
si uere habitauit deus cum hominibus in ter
ra. Si celum et celi celos non sufficiunt
tibi. qto magis domus hec quam edificauit
ui. Sed respicias ad orationem serui tui &
deprecationem eius ut exaudias domine
placationem orationis quam puer tuus orat
coram te. hodie ut sine oculi tui super dorsum
hanc die ac nocte in locum quem dixisti.
inuoari nomen tuum. & exaudias oratio
nem quam puer tuus orat in hoc loco. &
exaudias preceationem pueri tui et populi
tui isrl. si orauerint in loco isto. & exaudias in
loco hirationis de celo et exaudias & pprius
sis si peccauerint uir in te.

N

EMO CVM
prophetas uersibus
uident esse deseri-
tos. metro eos esti-
met apud hebreos
ligari. & aliquid si-

mile habere de psalmis uel operibus Salo-
monis. Sed quod in Demosthene & Tullio
solet fieri ut percola scribantur et comata
q utique prosa et non uersibus conscripse-
runt. Nos quoque utilitatis legentium p-
uidentes interpretationem nouam uouo
scribendi genere distinximus. Ac primum
de Esaiâ sciendum q in sermone suo diser-
tus sit. quippe ut uir nobilis & urbane ele-
gantie. nec habens quicquid in eloquio rustici-
tatis admixtum. Unde accidit ut pre- ce-
teris florantibus sermonis eius translatio non
potuerit conseruare. Deinde et hoc adijcē-
dum q non tam ppheta dicendus sit. q̄ e-
uangelista. Ita enim uniuersa christi eccle-
sique mysteria ad ligendum persecutus est. ut
ut non putes eum de futuro uaticinari. sed
de preteritis historiam texere. Unde con-
uicio noluisse tunc temporis septuaginta
interpretes fidei sua sacramenta perspicue
et hinc p̄dere. ne sanctum canibus. & i-
margaritas porcis darent. que cum hanc
editionem legentis ab illis animaduertenti
abscondita. Nec ignoro q̄ laboris sit. p-
phetas intelligere. nec facile quempiam
posse iudicare de interpretatione. nisi in-
tellexerit ante que legent. Nos quoque

patere moribus plurimorum q stimulantē
inuidia quod conseq non ualent despiciūt.
Sciens ergo & prudens in flammam mitto
manum & nihilominus hoc a fastidiosis
lectoribus precor. ut quomodo greci post
septuaginta translatores aqlam et symonem
cum & theodotionem legunt. uel ob stu-
dium doctrine sue. uel septuaginta ma-
gis ex collatione eorum intelligant. sic &
isti saltem unum post priores habere di-
grentur interpretem. Legant prius. &
postea despiciant. ne uideantur non ex
iudicio. sed ex adij presumptione ignora-
ta damnare. Prophetauit autem Esaias i
hierusalem & iudea necdum decem tribu-
bus in captiuitatem ductis ac de utroq
regno nunc commixtum. nunc separatim
textit oraculum. Et cum interdum ad
presentem respiciat historiam. et post ba-
bylonie captiuitatem reditum populi si-
gnificet in iudam. tamen omnis eius or-
a de uocatione gentium & de aduen-
tu christi est. Quem q̄to plus amatis o-
Paula & Custochium. tanto magis ab-
eo petite. ut pro obsecratione presentia
q̄ me indefinenter emuli laniant. ipse o-
mibi mercedem restituat in futuro. &
scit me ob hoc in peregrine lingue eru-
ditiōe sudasse. ne iudei de falsitate o-
scripturarum ecclesis eius diutius in-
sultarent.

ESAIAS IN HIERUSALEM nobili genere ortus est ibique prophetauit sub Manasse rege sectus in duas partes occubuit. Sepultusque est sub quercu reges iuxta transitum aquarum quas rex Zechias rex iacto obstruxerat puluere.

ISIO ESA
I. C. FILII
AMES. QU
UIDIT SUPER
JUDAM & HI
RUSALEM IN
DIEBUS OZIE
IOATHAN A

chaz & Ezechie regum iuda. Audi te celi et auribus percipe terra. quonia dominus locutus est. Filios enutruy et exaltau. ipsi autem spreuerunt me. Co

gnouit bos possessorem suum. & asinus presepit dominum suum. Israel autem me non cognouit & populus meus non intellexit. Sicut genti peccatrici populo graui iniquitate semini nequam filijs sceleratis. Dereliquerunt dominum blasphemauerunt sanctum isrl. abalienati sunt retrorsum. Super quo percutiam uos ultra. addentes preuancationem. Omne caput languidum et omne cor merens. A planta pedis usque ad uerticem non est in eo sanctitas. Vulnus & luor et plaga.

tumens non est circūligata nec curata
medicamine neq. fœta oleo. Terra uestra
deserta. ciuitates uestræ succense igni. i
Regionem uestram coram uobis alieni de
uorant et desolabitur sicut in iustitate
hostili. Et derelinquetur filia syon ut
umbraculum in uinea & sicut tugurium
in cucumcario sicut ciuitas que uastat.
¶ Si dominus exercituum reliquisset nobis
semen quasi sodomā fuissetis & qua
si Gomorra similes essemus. Audi uer
bum domini principes sodomorum per
cipite auribus legem dei uestræ populæ
Gomorre. Quo mihi multitudinem ue
stmarum uestrarum dicit dominus. Ple
nus sum. Holocausta arctum & adipem
pinguium & sanguinem utulorum et o
agnorum & hircorum nolui. Cum ue
nissetis ante conspectum meum. quis q
fuit hec de manibus uestris. ut ambula
retis in atrijs meis. Ne offeratis ultra
sacrificium frustra. Incensum abomina
tio est mihi. Neomeniam et sabbatum
& festiuitates alias non feram. Iniqui
sunt cœtus uestræ. Calendæ uestræ et
solemnitates ur̄as odit anima mea. i
Fœta sunt mihi molesta. Laboraui susti
nens. Et cum extenderetis manus ur̄as
auertam oculos meos a uobis. & cum i
multiplicaueritis orationem non exaudi
am. Manus enim uestræ sanguine plene
sunt. Lauamini mundi estote. auferte
malum cogitationum ur̄arum ab oculis
meis. Quiescite agere peruersè. discite o
benefacere. Querite iudicium. subueni
te oppresso. iudicate pupillo. defendi
te uiduam. & uenite et arguite me di

cit dominus. Si fuerint peccata uestra. i
ut coccinum. quasi nix dealbabitur. &
si fuerint rubra quasi uermiculus uelut
lana alba erunt. Si uolueritis et audieri
tis me. bona terre comedetis. Quod si no
lueritis & me ad iracundiam prouocaueri
tis. gladius deuorabit uos. q̄. os domi
ni locutum est. Quomodo facta est me
retrix ciuitas fidelis plena iudicij. iusti
ta habitauit in ea. nunc autem homici
de. Argentum tuum uersum est in scori
am. unum tuum mixtum est aqua. Pri
ncipes tui infideles. scy furum. Omnes di
ligunt munera. sequuntur retributione.
pupillo non iudicant. & causa uidue nō
ingreditur ad illos. Propter hoc ait dñs
deus exercituum fortis isrl. Hec ego co
solabor super hostibus meis. & uindicabor
de inimicis meis. Et conuertam manum
meam ad te & excoquam ad purum sco
ram tuam. et auferam omnem stannum
tuum. & restituum iudices tuos ut fue
runt prius. & consiliarios tuos sicut an
tiq̄tus. Post hec uocabens ciuitas iusti
urbis fidelis. Syon in iudicio redimet
et reducent eam in iustitia. Et conte
nt & scelestos et peccatores simul & qui
dereliquerunt dominum confundentur.
Confundetur enim ab idolis q̄bo sacrifi
cauerunt. Et erubescet sup hortis. q̄si
elegeratis cum fueritis uelut quercus
defluentibus folijs & uelut hortus absq̄
aqua. Et erit fortitudo uestra ut faul
la stuppe & opus ur̄m q̄i scintilla. et suc
cendetur utriq̄ simul et non erit qui exti
guat.

Uerbum quod uidit Esaias
filius Amos super Iudam &
Hierusalem. Et erit in noui-
simis diebus preparatus mons
domus domini in uertice montium. & ele-
uabitur super colles. Et fluent ad eum om-
nes gentes & ibunt populi multi & dicen-
t. Venite ascendamus ad montem domini &
ad domum dei Jacob. et docebit nos uias
suas & ambulabimus in semitis eius. quia
de syon exiit lex. et uerbum domini de
Hierusalem. Et iudicabit gentes & ar-
guet populos multos. & conflagrant
gladios suos in uomeres. & lanceas suas in
falces. Non leuabit gens contra gentem
gladium. nec exercebunt ultra ad prole-
dum. Domus Jacob uenite & ambulemus in lumi-
ne dei nostri. Proiecisti enim populum ty-
um domum Jacob. quia repleti sunt ut oli-
& augures habuerunt ut philistim. & pr-
entis alienis adhererunt. Repleta est ter-
ra argento & auro. et non est finis thesa-
urorum eius. Et repleta est terra eius ido-
lis. Opus manuum suarum adorauerunt.
quod fecerunt digiti eorum. Et incur-
uauit se homo. et humiliatus est uir. Ne-
ergo dimittas eis. Ingredere in petram &
abscondere in fossa. humo & facie timoris
domini. & a gloria maiestatis eius. Oculi
sublimis hominis humiliati sunt & incur-
uabitur altitudo uirorum. Exaltabitur
autem dominus solus in die illa. quia di-
es domini exercituum super omnem super-
bum & excelsum et super omnem arrogantem
& humiliabitur. et super omnes ce-
dros libani sublimes & ceteras. super om-
nes quercus basan. et super omnes mone-

tes excelsos. & super omnes colles eleuato
et super omnem turrem excelsam. & super
omnem murum munitum et super omnes
naues charis. & super omne quod uisus pul-
chrum est. Et incuruabitur omnis subli-
tas hominum. et humiliabitur altitudo uiro-
rum. Et eleuabitur dominus solus in die
illa. & idola penitus conterentur. Et intro-
ibunt in speluncas petrarum & in uoragi-
nes terre a facie formidinis domini. et
a gloria maiestatis eius. cum surrexerit
percuteret terram. In die illa proiciet ho-
mo idola argenti sui. & simulacra auri
sui que fecerat sibi. ut adoraret talpas
et uespertilionis. Et ingredietur scissura
petrarum. & in cauernas saxorum a facie
formidinis domini. & a gloria maiesta-
tis eius cum surrexerit percuteret terram.
Quiescite ergo ab homine cui ipse in manibus
eius est. quia excelsus reputatus est ipse.

*Et repleta est terra
argento & auro
numeraliter
quadraginta*

Cec enim dominator dominus
exercituum auferet ab hieru-
salem & ab iuda ualidem
et fortem. omne robur pa-
nis & omne robur aque. et fortem et ui-
rum bellatorem. & iudicem. et prophetam.
et anolum et senem principem super
quingenta. & honorabilem uultu. &
consiliarium et sapientem de architectis.
& prudentem eloqui mystica. Et da-
bo pueros principes eorum. & effemina-
ti dominabuntur eis. Et corruet popu-
lus uir ad uirum. & unusquisque ad proxi-
mum suum. Tumultuabitur puer contra
senem. & ignobis contra nobilem. & p-
prehendet eum uir fratrem suum. do-

mesticum patris sui & dicit. Vestimen-
tum tibi est. princeps esto noster. ruina
autem hec sub manu tua. Respondet
in die illa dicens. Non sum medicus. &
in domo mea non est panis. neque uesti-
mentum. Nolite constituere me prin-
cipem populi. R. uic enim hierusalem. &
Iudas concidit. q̄a lingua eorum et ad-
uentioes eorum contra dominum. ut p-
uocarent. oculos maiestatis eius. & gnatio
uultus eorum respondebit eis & peccatu
suum quasi sedona. predicauerunt. nec
absconderunt. Ne anime eorum quoni-
am reddita sunt eis mala. Dicit iusto
qm̄ bene. quoniam fructum adinuentio-
num suarum comedet. Sic impio in ma-
lum. R. retributio enim manuum eius fiet
ei. Populum meum exactores sui spoliaue-
runt. et mulieres domate sunt eis. o-
pule meus q̄ te beatum dicunt. ipsi te
decipiunt. & uiam gressuum tuorum di-
sipant. Stat ad iudicandum dominus. &
stat ad iudicandos populos. Dominus
ad iudicium uenit. cum senibus populi o-
sui & principibus eius. Vos enim depas-
ti estis uincam meam. & rapina pauperis i
domo uestra. Quare atteritis populum
meum. & facies pauperum commolitis.
Dicit dominus exercituum. Et dixit
dñs deus. pro eo q̄ eleuate sunt filie
syon et ambulauerunt extento collo.
& nutibus oculorum ibant. & plaudebat
et ambulabant. & pedibus suis compo-
to gradu incedebant. decaluabit domus
nus uerticem filiarum syon. & domus
crinem earum nudabit. In die illa aufe-
ret dominus ornamentum calciamen-

torum. & lunas & torques et monilia &
armillas & mitras et discriminalia. & pe-
nichelides et murenulas et olfactorias.
& saures et anulos & gemmas in fronte
pendentes & mutatoria et palliola.
& linteamina et acus & specula et fundo-
nes et uictas & tberistra. Et erit pro-
suauis odore factor. & pro zona fumes-
lus. & pro crispanti crine caluitum. &
pro fascia pectorali cilicium. Pulcherrimi
quorum viri tui gladio cadent. & fo-
tes tui in prelio. Et moerebunt atque
lugerunt porte eius. & desolata in
terra secebit.

T apprehendent septem
mulieres uirum unum in
die illa dicentes. Panem
nostrum comedemus &
uestimentis nostris operiemur. tantummodo
inuocetur nomen tuum super nos. aufer
obprobrium nostrum. In die illa erit
germen domus in magnificentia & glo-
ria fructus terre sublimis. & exultatio
his qui saluati fuerint de israel. Et erit
omnis q̄ relictus fuerit in syon. & resi-
duus in hierusalem. sanctus uocabitur.
omnis q̄ scriptus est in uita in hierusa-
lem. Si abluerit dominus sordem filia-
rum syon. & sanguinem hierusalem la-
uerit de medio eius in spiritu iudicij et
spiritu ardoris. Et creauit dominus sup
omnem locum montis syon. & ubi inuo-
catus est. nubem per diem. et fumum &
splendorem ignis flammantis in nocte.
Super omnem enim gloriam protectio.
& tabernaculum erit in umbraculum.

diei ab estu & in securitatem & abscon-
sionem a turbine & a pluuia.

Nitabo dilecto meo ca-
ticum patriet mei uince-
sue. Vinea facta est dilec-
to meo in cornu filio dei.

Et sepuit eam & lapides elegit ex ea et
plantauit uincam electam. Et edifica-
uit turrum in medio eius & torcular &
extruxit in ea. Et expectauit ut face-
ret uuas et fecit lubrucas. Nunc er-
go habitatores hierusalem et uiri iuda-
dicite inter me & uincam meam. Quid
est qd ultra debui facere uince mee
non feci ea. An qd expectauit ut faceret
uuas et fecit lubrucas. Et nunc osten-
dam uobis qd ego faciam uince mee. qd

Auferam sepe eam & erit in direptionem.

Diruam maceriam eius et erit in concu-
cationem & ponam eam desertam. No-
putabit & non fodietur et ascendent
sup eam uepres & spinæ & nubibo man-
dabo ne pluant super eam umbrem. Vi-
nea autem domus exercituum domus
isrl est & uin iuda germen eius delec-
tabile. Et expectauit ut faceret iudici-
um & ecce iniquitas et iustitiam & ecce
clamor. Ne qd coniungitis domum ad
domum et agrum agro copulatis usq;
ad terminum loq. Nunqd habitabitis
uos soli in medio terre. In auribus meis
sunt hec dicit dominus exercituum.

Nisi domus multe deserte fuerint gran-
des & pulchre & absque habitatore.

Decem enim iugera uinearum facient la-
gunculam unam & triginta modij se-

mentis facient modios tres. Ne qd con-
surgitis mane ad ebrietatem sectanda.
& potandum usq; ad uesperam ut uino
estuctis. Cithara et lyra et tympanum
& tibia et unum in conuiujs uestris
& opus domini non respicitis nec opera ma-
nuum eius consideratis. Propterea capti-
uus ductus est populus meus quia no-
habuit scientiam & nobiles eius interie-
runt fame & multitudo eius siti exa-
ruit. Propterea dilatauit infernus ani-
mam suam & aperuit os suum absque
ullo termino. Et descendunt fortes e-
ius & populus eius & sublimet glorio-
siq; eius ad eum. Et incuruabitur ho-
mo & humiliabitur uir et oculi subli-
mum deprimentur. Et exaltabitur
dominus exercituum in iudicio & de-
us sanctus sanctificabitur in iustitia.
Et pascentur agni iuxta ordinem suum
& deserta in uertentem uersa aduen-
comedent. Ne qd trahitis iniquitatem
in funiculis uanitatis & quasi uinculo
plaustrum peccatum. Qui dicitis festine
& cito ueniet opus eius ut uideamus et
appropiet et ueniat consilium sancti isrl
et sciemus illud. Ne qd dicitis malum
bonum & bonum malum ponentes te-
nebras lucem & lucem tenebras. pone-
tes amarum in dulce & dulce in ama-
rum. Ne qd sapientes estis in oculis unis
& coram uobismetipsis prudentes. Ne qd
potentes estis ad bibendum uinum &
uiri fortes ad iniscendam ebrietatem.
Qui iustificatis impium p munus
& iustitiam iusti auferitis ab eo. Prop-
ter hoc sicut deuorat stipulam lingua

ignis & calor flammæ exiit sic radix
eorum quasi fauilla erit & germen con-
ut puluis ascendit. Abiecerunt enim le-
gem domini exercituum & eloquium sanc-
ti ista blasphemauerunt. Ideo iratus est
furor domini in populum suum & exte-
dit manum suam super eum & percussit
eum. Et conturbati sunt montes & facta
sunt mortuina eorum quasi stercus in
medio platearum. In his omnibus non est
aduersus furor eius sed adhuc manus eius
extensa. Et leuabit signum in nationi-
bus precul & sibilabit ad eum de sin-
ibus terre et ecce festinus uelociter ue-
niat. Non est deficient neq. laborans in
eo. non dormitabit neq. dormiet neq.
soluetur cingulum renium eius nec ruy-
petur corrigia calcamenti eius. Sagitte
eius acute & omnes arcus eius extensi.
Sagittæ equorum eius ut silex & rotæ eius
quasi impetus tempestatis. Rugitus eius
ut leonis rugit ut catuli leonum & fre-
dec et tenebit prædam & amplexabitur
et non erit q. eruat & sonabit super eum
in die illa sicut sonitus maris. Aspiciem
in terram & ecce tenebre tribulationis
& lux obtenebrata est in caligine eius.

In anno quo mortu' e' Rex
Ozias iudi dominum ser-
uentem super solium exco-
sum et eleuatum & plena
erat domus a maiestate eius et ea que
sub ipso erant replebant templum. Ser-
pbi stabant super illud. sex ale uni. et
sex ale alteri. Duabus uelabant faciem
eius. & duabus uelabant pedes eius et

duabus uelabant et clamabant alter ad
alterum & dicebant Sanctus sanctus sēs do-
minus deus exercituum. plena est omnis ter-
ra gloria eius. Et commota sunt super limi-
naria cardinum a uoce clamantis et domu'
repleta est fumo & dixi. Ne mihi quia ta-
cui quia un' pollutus labijs ego sum. & in
medio populi polluta labia habentis ego ha-
bito. & Regem dominum exercituum iu-
di oculis meis. Et uolauit ad me unus de
seraphin & in manu eius calculus quem so-
cipo tulerat de altari. et tetigit os meum
et dixit. Ecce tetigi hæc labia tua & au-
feretur iniquitas tua. et peccatum tuum i-
mundabitur. Et audiui uocem domini
dicentis. Quem mittam & quis ibit no-
bis. et dixi. Ecce ego. mitte me & dixit.
Vade & dices populo huic. Audite au-
dientes & nolite intelligere. & uidete. i-
usionem & nolite cognoscere. Ecce ca-
cor populi huius & aures eius aggrauæ.
et oculos eius claude. ne forte uideat o-
culus suus & auribus suis audiat. et corde
suo intelligat. et conuertatur. & sancin-
cum. & dixi. Usque quo domine. et o-
dixit. Donec desolentur ciuitates absque
habitatore. & domus sine homine. Et i-
terra relinquetur deserta. & longe faciat
dominus homines. & multiplicabitur &
derelicta fuerat in medio terre & adhuc
in ea decimatio. Et conuertetur & erit
in oñsionem sicut terebinthus. & sicut
quercus que expandit ramos suos. Se-
men sanctum erit. id qd' steterit in ex

¶ factum est in diebus i.
Achaz filij Ioathan filij Oz
regis iuda ascendit Rasi
rex syne & facce filius
Romelic rex ihael i hierusalem ad puelian
dum contra eam & non potuerunt de
bellare eam. Et nuntiauerunt domui
Dauid dicentes. Reliquit syria super
epbraum & commotum est cor eius et
cor populi eius sicut mouentur ligna sil
uarum a facie uenti. Et dixit dominus
ad Esauam. Egredere in occursum Achaz
ty & qui derelictus est in Israhel filius i
tuus & ad extremum aqueductus piscie
superioris in uia agri fullonis & dices
ad eum. Siede ut sileas. Noli timere: e
cor tuum ne formidet a duabus caudis
tionum fumigantium istorum in ira
furoris Rasin regis syne et filij Rome
lic: eo qd consilium inierit contra te sy
ria in malum et Epbraum filius Romelic
dicentes. Ascendamus ad iudam et
suscitemus eum & auellamus eum ad i
nos & ponamus regem in medio eius fi
lium Tabeeel. Hec dicit dominus deus.
¶ Non stabit & non erit istud: sed caput sy
rie Damascus & cap Damasci Rasin.
¶ Et adhuc sexaginta et quinque anni &
desinet epbraum esse populus et caput
epbraum Samaria et caput Samarie fili
us Romelic. Si non credideritis non
permanebitis. Et adiecit dominus loq ad
Achaz dicens. Fete tibi signum a domi
no deo tuo in profundum inferni. siue
in excelsum supra. Et dixit Achaz.
¶ Non petam & non tentabo dominum.
Et dixit. Audite ergo domus Dauid.

Nunquid parum uobis est molestos esse
hominibus quia molesti estis & deo meo?
Propter hoc dabit dominus ipse uobis si
gnum. Ecce ungo concipiet et pariet
filium & uocabitur nomen eius Emanuel.
Butyrum & mel comedet: ut sciat
reprobare malum et eligere bonum. Quia
anteq sciat puer reprobare malum et
eligere bonum derelinquet terra quam
ty detestans a facie duorum Regum
suorum. Adducet dominus super te &
super populum tuum et super domum
patris tui dies q non uenerunt a die
bus separationis epbraum a iuda cum i
rege Assyriorum. Et erit in die illa
sibilabit dominus musce que est in
extremo fluminum egypti et Api que
est in terra Assur et uenient & requie
cent omnes in torrentibus uallium et in
cauernis petrarum & in omnibus frute
tis et in uniuersis foraminibus. In die
illa radet dominus in noxiacula conde
ta in his q trans flumen sunt in Rege
Assyriorum caput et pilos pedum &
barbam uniuersam. Et erit in die illa
nutriet homo uaccam bouum & duas o
ues & pre ubertate lactis comedet bu
tyrum. Butyrum enim et mel mandu
cabit omnis homo q relictus fuerit in
medio terre. Et erit in die illa om
nibus locis ubi fuerint mille uites mille
argenteis & in spinas & in uepres erunt.
Cum sagittis et arcu ingredientur illuc.
Sicpres enim & spine erunt in uniuersa
terra. Et omnes montes q in sarculo
sarcientur non ueniet illuc terror spi
narum et ueprum & erit in pascuam.

bovis et in conculcatione pecoris

T dixit dominus ad me:
Sume tibi librum grande
scribe in eo stilo hominis
uelociter spolia detrahe o
cito predare. Et adhibui mihi testes fi
deles. Nam sacerdotem et Zachariam
filium Barachie. Et accessi ad prophe
tissam. & concepit et peperit filium. Et
dixit dominus ad me. Voca nomen eius
accelera spolia detrahe. festina predari. quia
antequam sciat uocare patrem suum et ma
trem suam. auferetur fortitudo Damasci.
& spolia samarie coram rege Assyriorum.
Et adiecit dominus loqui ad me adhuc.
dicens. Pro eo quod abiicit populus iste aq̄s
syloe que uadunt cum silentio. et assup
sit magis Basin et filium Romeie. pp
hoc ecce dominus adducet super eos aq̄s
fluminis fortes & multas. Regem Assiri
orum et omnem gloriam eius. Et ascen
det super omnes riuos eius. & fluat sup
uniuersas rias eius et ibit per uiam in
undans et transiens usque ad collum ueni
et. Et erit extensio alarum eius implens
latitudinem terre tue o Emanuel. Con
gregamini populi & uincemini. & audi
te uniuersi precul terre. Confortamini
et uincemini. accingite uos & uincemini.
in uite consilium et dissipabitur loqui
minim uerbum & non fiet quia nobiscum
deus. Hec enim ait dominus ad me. Si
cut in manu forti erudiuit me. ne iras
in uia populi huius dicent. Non dicat
conuursio. Omnia enim que loquitur
populus iste. conuursio est. Et timor

eius ne timeatis neque pauca. Dominus
exercituum ipsum sanctificate. ipse pau
uester. & ipse terror uester. et erit uo
bis in sanctificationem in lapidem autem
offensionis et petram scandali diaboli do
mibus isrl. & in laqueum et in ruam ha
bitantibus Hierusalem. Et offendent ex
eis plurimi. et cadent et conterentur.
& irretientur & capientur. Liga testi
monium. signa legem in discipulis meis.
expectabo dominum qui abscondit faciem
suam a domo iacob et prestolabor eum.
Ecce ego & pueri mei quos dedit mi
dominus in signum & in portentum isrl.
a domino exercituum qui habitat in mo
te syon. Et cum dixerint ad uos que
rite a phitonibus et a diuinis qui strident
in incantationibus suis. nunquid non
populus a deo suo requirit uisionem p
tuis ac mortuus. Ad legem magis &
ad testimonium. Quod si non dixerint
iuxta uerbum hoc. non erit eis matutina
lux. Et transibit per eam et corruet
et esuriet. & cum esurient irascetur.
& maledicet regi suo & deo suo. Et sus
piciet sursum et ad terram intuebitur.
et ecce tribulatio & tenebre & dissol
utio et angustia & caligo persequens et
non poterit auolare de angustia sua.

R. imo tempore alleuiata
est terra zabulo et ter
ra Neptalim. & nouissi
mo aggrauata est uia ma
ris trans Jordanem Galilee gentium. Po
pulus qui ambulabat in tenebris uidit
lucem magnam. habitantibus in regione

umbrae mortis lux orta est eis. Multi-
plicasti gentem non magnificasti Leti-
tiam. Letabuntur coram te sicut qui
Letantur in messe sicut exultant uide-
tores captae praedae quando diuidunt
spolia. Iugum enim bonitatis eius & un-
gam humeri eius & sceptrum exactoris
eius superasti sicut in die Madian. Quia
omnis uolenta praedatio cum tumultu
& uestimentum mixtum sanguine erit
in combustionem & cibus ignis. Parui-
lus enim natus est nobis et filius datus
est nobis. Et factus est principatus
per humerum eius & uocabitur nomen
eius admirabilis. consiliarius dei fortis.
pater futurum seculi princeps pacis. Mul-
tiplicabit eius imperium & pacis non
erit finis. super solum Dauid et super
regnum eius ut confirmet illud et eo-
roboret in iudicio et iustitia a modo
& usque in sempiternum. Zelus domini
exercituum faciet haec. Verbum misit
dominus in Jacob & cecidit in Israel. Quia
et sciet omnis populus ephraim & habi-
tantes samariam in superbia & magnitu-
dine cordis dicentes. Latere ceciderunt
sed quadris lapidibus edificabimus. Sy-
comoros succiderunt sed cedros imi-
tabimus. Et ceteri ceciderunt hostes
rasin super eum & inimicos eius in ex-
multum uertit syriam ab oriente &
philistinum ab occidente & deuorabunt
israhel toto ore. In omnibus his non est auer-
sus furor eius sed adhuc manus eius ex-
tenta. Et populus non est reuersus
ad percutientem se & dominum exer-
cituum non inquisierunt. Quia disperdet

dominus ab israhel caput & caudam in-
curuantem & deprauantem die una. Et
Longeuus & honorabilis ipse est caput
& propheta dicens mendacium cum ipse
est cauda. Et erunt qui beatificant popu-
lum istum seducentes & qui beatificantur
praecipitati. Propter haec super adolescen-
tulis eius non letabitur dominus et pi-
pillorum eius et uiduarum non misere-
bitur quia omnis hypocrita est & ne-
quam & uniuersum os locutum est sty-
tiam. In omnibus his non est auersus
furor eius sed adhuc manus eius exten-
ta. Succensa est enim quasi ignis impie-
tas uestrum & spinam uorabit. Et suc-
cenderunt in densitate salus & conuo-
uetur in superbia fumus. In ira domini ex-
cituum conturbata est terra et erit po-
pulus quasi esca ignis. Vir fratrem suum non
paret et declinabit ad dextram et es-
riet & comedet ad sinistram et non sa-
turabitur. Unusquisque carnem brachij
sui uorabit. Manasses ephraim et eph-
raim manasses & simul ipsi contra iudam.
In omnibus his non est auersus furor eius
sed adhuc manus eius extenta.

Et qui condunt leges iniquas
& scribentes iniustitiam
scripserunt ut opprime-
rent in iudicio pauperes
& uim facerent cause humilium populi
mei ut essent uiduae praedae eorum et pi-
pillos diriperent. Quid facietis in die
uiscitationis et calamitatis de longe ueni-
tis. Ad cuius confugietis auxilium et
ubi derelinquetis gloriam uestram ne

incuruemini sub unculo. & cum inter-
fectis cadatis. Super omnibus his non
est auersus furor eius. sed adhuc manus
eius extenta. **Ve Assur.** S' uirga furoris
mei & baculus ipse est. In manu eius i-
dignatio mea. Ad gentem fallacem mit-
tam eum. & contra populum furoris mei
mandabo illi. ut auferat spolia. et diri-
pat. predam. & ponat illum in calcatio-
nem quasi luteum platearum. Ipse autem
non sic arbitrabitur. & cor eius non ita
estimabit. sed ad conterendum erit con-
& ad intentionem gentium non pau-
rum. **Dixit enim nunquid non principes
mei simul reges sunt.** Nunquid non ut
carchanis. sic calano & ut Arphat. sic
emath. Nunquid non ut Damascus.
sic samaria. Quomodo inuenit manus
mea regna idoli. sic & simulacra eorum
de hierusalem & de samaria. Nunquid
non sicut feci samarie. et idolis eius. sic
faciam hierusalem & simulacris eius.
Et erit cum impleuerit dominus cun-
ta opera sua in monte syon & hierusalem.
uisitabo super fructum magnifici cordis
regis assur. & super gloria altitudinis
oculorum eius. **Dixit enim in fortitudi-
ne manus mee feci. & in sapientia mea
intellexi.** Et abstuli terminos populorum.
et principes eorum depredatus sum. &
detraxi quasi potens in sublimi residen-
tes. Et inuenit quasi in domo manus mea
fortitudinem populorum. & sicut colli-
gunt oia que derelicta sunt. sic unis-
sam terram ego congregavi. & non fu-
it qui moueret penam & aperiret os &
ganniret. Nunquid glorietur scer-

ris contra eum qui fecit. in ea aut exalta-
bitur terra contra eum a quo trahitur.
Quomodo si eleuetur uirga contra ele-
uantem se. & exaltetur baculus qui un-
guis lignum est. Propter hoc mittet domina-
tor dominus exercituum in pinguis e-
ius tenentem. & subtilis gloriam eius suc-
censa ardebit quasi combustio ignis. et e-
rit lumen isrl in igne. & sanctus eius ut
flamma. et succendetur. et deuorabitur.
spina eius & uepres in die illa una. et glo-
ria saltus eius & carmeli eius ab anima.
usque ad carnem consumetur. Et erit
terrore profugus. & relique ligni sal-
tus eius pro pauertate nuberabuntur.
& puer senbet eos. Et erit in die illa
non aduersus residuum isrl. et hi qui fue-
runt de domo iacob imit super eo qui per-
cutit. ficos sed imittetur super dominum
sanctum isrl. In ueritate relique con-
uertentur. relique inquam iacob ad de-
um fortem. Si enim fuerit populus tuus
isrl. quasi arena maris. relique conue-
tentur ex eo. Consumatio abbreviata. i.
nudabit iustitiam. Consumationem. n.
& abbreviationem dñs deus exercituum
faciet in medio omnis terre. Propter hoc
hec dicit dominus deus exercituum. i.
Noli timere populus meus habitator syon
ab Assur. In uirga enim percutiet te. et
baculum suum leuabit super se in uia
egypti. Adhuc enim paululum medi-
cuq. & consumabit indignatio mea. et
furor meus super scelus eorum. Et susci-
tabit super eum dominus exercituum
flagellum iuxta plagam macha in pe-
tra orbis et uirgam suam super mare. et

Leuabit eam in uia egypti. Et erit in die illa auferetur onus eius de humero tuo. & iugum eius de collo tuo. et computrescet iugum a facie dei. Veniet in Aioth transibit in magron. apud Maginas commendet uasa sua. Transierunt cursum habet deus nostra. Obstupuit rama. gabia Saulis fugit. Hinn uocet tua filia. Gallim attende. Lassa paupereula. a Nathor. o

Migrauit Meclamera. habitatores Gebin confortamini. Adhuc dies est. ut in re obstetur. Agitabit manum suam super montem filie syon collein hierusalem. Ecce dominator dominus exercituum confregit lagunculam in terrore. & excelsi statera succidentur. & sublimis humiliabunt.

Et subuertentur condensa saltus eius fenix. et libanus cum excelsis cadet.

T egredietur uirga de radice Iesse. & flos de radice eius ascendet. et regnet super eum spiritus domini. Spiritus sapientie & intellectus. Spiritus consilij & fortitudinis. Spiritus scientie & pietatis. & replebit eum spiritus timoris domini. Non secundum uisionem oculorum iudicabit. neq; secundum auditum aurium arguet. Sed iudicabit iuxta iustitiam pauperis & arguet in egeitate. p mansuetis terre. Et percussit terram uirga oris sui. & spiritus labiorum suorum interficiet impium. Et erit iustitia cingulum lumborum eius. & fides cinctorum renum eius. Habitabit lupus cum agno. & pardus cum hircio accubabit. & vitulus et leo & ouis simul morabuntur.

et puer parvulus minabit eos. Vitulus & ursus pascuntur. simul requiescent. & catuli eorum. et leo quasi bos comedet pascas. Et delectabitur infans ab ubere super foramina aspidis. et in cavernam reguli q; ab lactatus fuerit. manum suam mittet. Non nocebunt. et non occident in uniuerso monte sancto meo. quarepleta est terra scientia domini. sicut aque maris operientis. In die illa radice Jesse q; stat in signum populorum. ipsi gentes deprecabuntur. & erit sepulchri eius gloriosum. Et erit in die. adiciet dominus secundo manum suam ad possidendum residuum populi sui. quod relinquetur ab Assyris et ab egypto. et a phireos & ab ethiopia et ab elam et a sennar et ab emath & ab insulis maris. Et leuabit dominus signum in nationes. & congregabit profugos israel & dispersos iuda colliget a quattuor plagis terre. & auferetur zelus ephraim. et hostes iuda peribunt. Ephraim non emulabitur iudam. & iudas non pugnet contra ephraim. Et uolabunt in humeros philistinum per mare. simul per dabuntur filios orientum. Idumea & Moab preceptum manus cor. & filij Ammon obedientes erunt. Et desolabit dominus linguam maris egypti. & leuabit manum suam super flumen in fortitudine. spiritus sui. et percussit eum in septem riuus. ita ut transeant per eum calcanti. Et erit uia residuo populo meo q; reliquet ab Assyris sicut fuit iherusalem in die illa qua ascendit de terra egypti.

Tu dices in illa. Confitebor
tibi domine quoniam iratus
es mihi. conuersus est
furor tuus & consolatus
est me. Ecce deus saluator meus fiducia
liter agam & non timebo. Quia fortius
do mea & laus mea dominus & factus
est mihi in salutem. Hauriens aquas in
gaudio de fontibus saluatoris. & dicitis
illa die. confitemini domino. & inuocate
nomen eius. Nolite facere in populis ad
inuentioes eius. mementote quoniam ex
celsum est nomen eius. Cantate domino
quoniam magnifice fecit. annuntiate
hec in uniuersa terra. Exulta et lauda
habitatio syon. quia magnus in medio tui.
scilicet israel.

Nus Babylonis quod uidit
Esaias filius Amos. Super
montem caliginosum leua
te signum. exaltate uocem.
leuate manum. et ingrediantur portas de
ces. Ego mandavi sanctificatis meos & uo
caui fortes meos in ira mea exultantes in
gloria mea. Nox multitudinis in montibus
quas populorum frequentium. Nox soni
tus regum gentium congregatarum. O
dominus exercituum precepit militibus bel
li uenientibus de terra seculi. A summitate
celestis domini & uasa furoris eius ut
disperdat omnem terram. Salutate quia
prope est dies domini quia uastata a do
mino uenit. Propter hec omnes manus
dissoluentur. & omne cor hominis ta
bescet. et conteretur. Torsiones & dolo

res tenebunt. quasi parturientis dolent.
Unusquisque ad proximum suum stupebit.
facies combuste. uultus eorum. Ecce dies
domini ueni & crudelis et indignationis.
plenus & ira furorisque ad ponendam ter
ram in solitudinem. & peccatores eius de
ca. quoniam stelle celi & splendor ca
rum non expendent lumen suum. Obte
nebratus est sol in ortu suo. & luna non
splendet in lumine suo. Et uisitato super
per orbem mala. & contra impios iniquitate
eorum. Et requiescere faciam superbiam
infidelium. & arrogantiam fortium humi
liabo. Preciosior erit uir auro. & homo in
dolo obrizo. Super hec celum turbabo et
mouebitur terra de loco suo. propter in
dignationem domini exercituum. et pro
dicem diem ire furoris eius. Et erit qua
si ramula fugiens. & quasi ovis. et non
erit qui congreget. Unusquisque ad popu
lum suum conuertetur. & singuli ad terram
sua fugient. Omnis qui inuentus fuerit ce
detur. & omnis qui superuenit cadet
in gladio. Infantes eorum allidentur oculi
eorum. diripientur domus eorum. et uxores
eorum uiolabuntur. Ecce ego suscita
bo super eos medos qui argentum non que
rant. nec aurum uelint. sed sagittis par
uulos interficient. & lactantibus uteris
non miserebuntur. et super filios non
parcat oculus eorum. Et erit Babylon
illa ciuitas gloriosa in regnis. inelyta in
supbia chaldeorum subuersa. sicut sub
uertit dominus sodoman & gomor
ran. Non habitabit usque in finem. et non
fundabitur usque ad generationem & ge
nerationem. nec ponet ibi tentoria araby

nec pastores requiescent ibi. sed reqes-
cent ibi bestie. et replebuntur domus
eorum draconibus. & habitabunt ibi stru-
tiones. & pilosi saltabunt ibi. & respon-
debunt ibi ulule in edulo eius. et sire-
ne in delubris uoluptatis.

R. ope est ut ueniat tem-
pus eius & dies eius non
dlongabuntur. Miserebi-
tur enim dominus Jacob.
& eliget ad huc de israel. & reqescent e-
os faciet sup humum suam. Adiungetur
aduena ad eos. et adheret domui Jacob.
Et tenebunt eos populi. & adducent eos
in locum suum. Et possidebit eos dos
isrl super terram domini in seruos & an-
cillas. & erunt capientes eos q se cape-
rant. et subycient exactores suos. Et e-
rit in die illa. cum regem dederit tibi
deus a labore tuo. & a concussionibus
tua. & a seruitute dura qua ante ser-
uisti. sumes patibulam istam contra re-
gem Babylonis & dices. Quomodo eos-
saut exactor. quieuit tributum. Co-
truit dominus baculum impiorum. in-
gam dominantium cedentem populos
in indignatione. plaga insanabili subya-
centem in furore. gentes. persequentem.
crudeliter. Congruit & siluit. omnis
terra. gauisa est et exultauit. abietes
quorum letate sunt sup te. & cedri liba-
ni. Ex quo dormisti non ascendit. qui
succadat nos. Infernus subter te. contur-
batus est in occursum aduentus tui. o
suscitauit tibi gigantes. Omnes princi-
pes terre surrexerunt de solis suis. om-

nes principes nationum. Vniuersi respo-
debunt & dicent tibi. Et tu uulneratus
es sicut et nos. nostri similes effectus es.
Detraeta est ad inferos superbia tua. co-
cudit cadauer tuum. Subter te sternet
tinea. & operimentum tuum erunt uer-
mes. Quomodo cecidisti de celo lucifer.
q mane oriebans. Corruisti in terram.
qui uulnerabas gentes. q dicebas in co-
elo tuo. In celum conscendam. super astr-
dei exaltabo solum meum. sedlebo in mo-
te testamenti in lateribus aqlonis. ascen-
dam super altitudinem nubium. similis e-
ro altissimo. Serunt amen ad infernum.
detrahens in pfundum lac. Qui te uide-
rint. ad te inclinabuntur. teq. prospiciet.
Nunquid iste est. uir q conturbauit te-
ram. & concussit regna. qui posuit or-
bem desertum. & urbes eius destruxit.
uinctis eius non aperuit carcerem. Om-
nes reges gentium uniuersi dormierunt
in gloria. Sicut in domo sua. tu autem p-
iectus es de sepulchro tuo quasi stirps
inutilis pollutus et obuolutus. cum hi
q interfecti sunt gladio. & descende-
runt ad fundamenta lac. Quasi cad-
uer putridum non habebis consortium.
neq. cum eis in sepultura. Tu enim ter-
ram tuam disperdidisti. tu populum.
tuum occidisti. Non uocabitur in ete-
num semen pessimorum. Preparate fi-
lios eius occisioni in iniquitate patrum.
eorum. Non consurgent. nec heredi-
tabunt terram. neq. implebunt faciem
orbis ciuitatum. Et consurgam super
eos dicit dominus exercituum. & pe-
dam Babylonis nomen. et reliquias e-

germen et pogeniam dicit dominus. Et
ponam eam in possessione Erica. & in pa-
ludib aquarum. & scopabo eam in scopis
terris dicit dominus exercituum. Iura-
uit dominus exercituum dicens. Si non
ut putauit ita erit. & quomodo mente
tractauit sic eueniet. ut conteram Assyri-
in terra mea. & in montibus meis concal-
cem. & auferet ab eis iugum eius & onus
illius ab humero eorum tolletur. Hec
consilium quod cogitauit super omnes
terram & hec est manus extenta super
uniuersas gentes. Dominus exercituum
decreuit. et quis potest infirmare. Et
manus eius extenta. & quis auertet eam.
In anno quo mortuus est rex Achaz
factus est onus istud. Ne letetur phi-
listea omnis terra. quoniam comminuta est
uirga percussoris tui. De radice enim co-
lubri egredietur. & egulus & semen
eius absorbens uoluerem. Et pascentur
primogeniti pauperum. & pauperes fiducie
aliter requescent. & interire faciam in fame
radicem tuam. et reliquias tuas interfice-
am. Sicut porta. clama ciuitas. prostra-
ta est philistea omnis. Ab aqilone enim
fumus ueniet. et non est qui effugiat.
agmen eius. Et quod respondebitur nu-
tius gentis. Quia dominus fundauit.
syon. & in ipso sperabunt pauperes po-
puli eius.

O Nus Moab. Quia nocte
uastata est. Ar. Moab con-
ticuit. quia nocte uastata
est murus Moab conticuit.
secundum domus. & Dyabon ad excessum.

in planctum super Moab et super Mecha-
ba Moab ululabit. In cunctis capitibus
eius caluitium. & omnis barba radetur.
In truius eius accincti sunt sacco. super
Mecha eius et in plateis eius omnis ululatus
descendet in fletum. Clamauit. E sebon.
& eleale. usque. Iasa audita est uoce cor.
Super hoc expediti Moab ululabunt. ani-
ma eius ululabit sibi. Cor meum ad Mo-
ab clamabit. uoces eius usque ad segor iu-
tulam constemantem. per ascensum enim
Luthi flans ascendet. et in uia Oroniam cla-
morem contritionis leuabunt. Aquae enim
scemim deserte erunt. quia aruit herba. &
defecit germen. uir omnis interire. o
Secundum magnitudinem opis et uisita-
tio eorum. Ad torrentem salicium ducet
eos. quoniam circubit clamor terminum
Moab. Sicut ad callum ululatus eius. et
usque ad puteum helim clamor eius. quia
aquae Dyabon replete sunt sanguine. Po-
nam enim super Dyabon additamenta his
qui fugerunt de Moab leonem & reli-
quias terrae.

E Mitte agnum domine. do-
minatorem terre. de petra
deserti ad montem filie sy-
on. Et erit sicut uis fugi-
entis et pulli de nido auolantes. sic erunt
filii Moab in transiens. Arnon. In consi-
lium. ege consilium pone quasi nocte
umbram tuam in meridie. Absconde fu-
gientes et uagos ne pedas. Habitabunt
apud te profugi mei. Moab esto latib-
ulum eorum a facie uastatoris. Finitus est
enim puluis consumatus est miser. defe-

at q̄ conculcabat terrā. & preparabitur
in misericordia solium. & sedebit super
eum in uentate in tabernaculo dauid.
iudicans et querens iudicium. & ueloci-
ter reddens quod iustum est. Audiuim
superbiam moab. superbus est ualde. o
S uerbia eius & arrogantia eius et indigni-
tio eius plusq̄ fortitudo eius. Securo ulu-
labit moab ar̄ moab uniuersus ululabit.
H is q̄ letantur super muros cœdi lateris.
loquimini plagas suas. quoniam subur-
bana esebon deserta sunt. Et uineam sa-
bama domini gentium extiderunt. Fla-
gella eius usq̄ ad jazer peruenerunt. es-
rauerunt in deserto propagines eius re-
liete sunt transierunt mare. Super hoc
plorabo in fletu jazer. & uineam sabam.
J nebrabo te lachryma mea esebon et ele-
ale. quoniam sup uindictam tuam. & si-
per messem tuam uox calcantium irui.
E t auferetur letitia et exultatio de car-
melo. & in uineis non exultabit neque
ubilabit. Sinum in torcular non calca-
bit q̄ calcare consueuerat. uocem calcan-
tium abstulit. Super hoc uenter meus.
ad moab quasi cithara sonabit. & uiscer-
ra mea ad murum cœdi lateris. Et erit
cum apparuerit q̄ laborauit moab si-
per excelsis suis ingredietur ad sancta
sua ut obsecret. et non ualebit. Hoc ue-
bum quod locutus est dominus ad mo-
ab extunc. & nunc locutus est dicens. In
tribus annis quasi anni mercenarij au-
feret gloria moab super omni populo
multo. & reliquetur in eo sicut racemus
paruus & medicus. nequaquam multus.

Omus Damasci. Eccc Da-
mascus desinet esse ciuitas
& erit sicut aceruus lapi-
dum in ruina. Derelictæ
ciuitates Arcei gregibus erunt. et reges
cent ibi. & non erit q̄ exterreat. Et ce-
sabit adiutorium ab ephraim et regnū
a damasco. & reliquæ syrie sicut gloria
filiorum isrl̄ erunt dicit dominus exer-
cituum. Et erit in die illa attenuabitur
gloria iacob. & pinguedo carnis eius e-
manescet. et erit sicut congregans in
messe quod restiterit. & brachium e-
ius spicas leget. Et erit sicut querens
spicas in ualle raphaim. & relinquetur
in eo sicut racemus. et sicut excussio ole-
diarum ut trum oliuarum in summita-
te rami. siue quattuor aut quinque. In ca-
cumino eius fructus eius. dicit domi-
n̄s israel. In die illa inclinabit homo ad
factorem suum. & oculi eius ad sanctus
isrl̄ respicient. & non inclinabitur ad
altaria que fecerunt manus eius. & q̄
operati sunt digiti eius. non respicient ly-
cos & delubra. In die illa erunt ciuita-
tes fortitudinis eius derelictæ sicut ara-
tra et segetes que derelictæ sunt a facie
filiorum isrl̄. Et erit deserta. q̄ oblita
est dei saluatoris tui & fortis adiutoris tui
non est recordata. Propterea plantabis
plantacionem fidelem. & germen alienū
seminabis. In die plantationis tue labrus-
ca. & manē semen tuum florebit. Abli-
ta est messis in die hereditatis. & dole-
bit grauitas. Ve multitudini popu-
lorum multorum ut multitudo maris
sonantis & tumultus barbarum sicut

sonitus aquarum multarum. Sonabunt
populi sicut sonitus aquarum inundan-
tium. & incipiet eum et fugiet. sicut
Et rapietur sicut pulvis montium a facie
uenti. et sicut turbo coram tempestate.
In tempore uespere. & ecce turbatio in
matutino. & non subsistet. Hec est
pars corae q̄ uastauerunt nos. & fors di-
ripientium nos.

VE terre cymbalo alarum
quae est trans flumen ethi-
opie. q̄ mittit in mare le-
gatos. & in uasis papyri su-
per aquas. Ite angeli ueloces ad gentem
conuulsam & dilaceratam. ad populum
terribilem post quem non est alius. ad
gentem expectantem & conculcatam. &
ius dirpuerunt flumina terram eius. &
ad montem nominis dñi exercituum mo-
tem syon. Omnes habitatores orbis qui
morantur in terra. cum eleuatum fuerit
signum in montibus uidebitis. & clango-
rem tubae audietis. quia hec dicit dñs
ad me. Ego quiescam et considerabo in
loco meo. sicut meridiana lux clara est.
& sicut nubes rosis in die messis. Ante
messam enim coetus effloruit. & unimatur
perfectio germinauit. & praecedentia
ramusculi eius falaba. & quae derelicta
fuerunt abscedentur. Excitentur et
relinquentur sicut aribus montium et best-
iis terre. & estate perpetua erunt si-
per eum uolucres & omnes bestiae terre
super illum hyemabunt. In tempore il-
lo deferretur munus domino exercitus
a populo diuulso et dilacerato. a popu-

lo terribili post quem non fuit alius a
gente expectante. & conculcata. cuius
dirpuerunt flumina terram eius. ad lo-
cum nominis domini exercituum mo-
tem syon.



Nus. Egypti. Ecce domi-
nus ascendet super nubem
leuem. & ingredietur Egy-
ptum. et mouebuntur simu-

lacia Egypti a facie eius. & cor Egypti
tardescet in medio eius. Et concurrere
faciam Egyptios aduersus Egyptios. &
pugnabit uir contra fratrem suum. & uir
contra amicum suum. ciuitas aduersus ci-
uitatem. regnum aduersus regnum. & di-
rumpetur spiritus Egypti in uisceribus eius
& consilium eius precipitabo & interroga-
bunt simulacra sua. & diuos suos et phro-
nes & ariolos. & tradam Egyptum in ma-
nu dominorum crudelium. et rex fortis
dominabitur eorum. ait dominus exer-
citus. Et arefcet aqua de mari. & fluui-
us desolabitur atq; siccabitur et deficiet
flumina. Attenuabuntur & siccabuntur
ruy aggerum. Calamus et iuncus mar-
cescet. nudabitur alueus ruy a fonte suo.
Et omnis sementis irrigua siccabitur. &
arescet et non erit. Et inerebunt pesca-
tores & lugebunt omnes mittentes in
flumen hamum. & expandentes rete su-
per faciem aquarum emarescent. Et
fundentur q̄ operabantur linum plecten-
tes et texentes subelia. Et erunt irrigua
eius flaccida. omnes q̄ faciebant lac-
nas ad capiendos pisces. Stulti principes
thames sapientes consilium pharaonis

dederunt consilium insipient. Quomodo
dicetis Pharaoni filius sapientum ego fi
lius regum antiquorum. Vbi nunc se
sapientes tui. Annuntient tibi & indi
cent qd cogitauerit dominus exercitu
um super egyptum. Stulti facti sunt
principes ethiopes. anaruerunt princi
pes memphicos. deceperunt egyptum. a
gulum populorum eius. Dominus inue
nit in medio eius spiritum xetigis. et ex
rare fecerunt egyptum in omni opere
suo. sicut erat ebrius et uomens. Et
non erit egypto opus quod faciat. cap
et caudam incuruantem & refrenantem.
In die illa erit egyptus quasi mulieres
& stupebunt & timebunt a facie com
mationis manus domini exercituum qui
ipse mouebit super eam. et erit terra
iuda egypto in pauorem. Omnis qui illi
us fuerit recordatus pauebit a facie co
sili domini exercituum. quod ipse cogi
tauit sup eam. In die illa erunt quinque
ciuitates in terra egypti loquentes lin
gua chanaa. & iurantes p dominum exe
rituum. Ciuitas solis uocabit' una. In
die illa erit altare domini in medio ter
re egypti. & titulus domini iuxta ter
minum eius. & erit in signum et in testi
monium domino exercituum in terra
egypti. Clamabunt enim ad dominus
a facie tribulantis & mittet eis saluato
rem & propugnatorem qui liberet eos. o
Et cognoscetur dominus ab egypto. et
cognoscent egypti dominum in die il
la. & colent eum in hostiis. & in mune
ribus et uota uouebunt domino et sol
uent. Et peuenit dominus egyptum.

plaga et sarabit eam. & reuertentur
egypti ad dominum et placabitur eis.
& sarabit eos. In die illa erit uia de
egyptio in assyrios. et intrabit assyrius
egyptum. et egyptius in assyrios. & ser
uient egypti assur. In die illa erit isrl
tertius egypto & assyrio. benedictio in
medio terre. cui benedixit dominus exe
rituum dicens. Benedictus populus me
us egypti. & opus manuum mearum. 1
Assyrius. hereditas aut mea isrl.

IN anno quo ingressus est
thartan in azotum. cum
misisset eum sargon rex
assyriorum et pugnasset
contra azotum & cepisset eam. in te
pore illo locutus est dominus in manu
e' saur filij amos. dicens. Vade & solue
saccum de lombis tuis. & calciamenta.
tua tolle de pedibus tuis. Et fecit sic. &
dens nudus & discalciatus. Et dixit do
minus. Sicut ambulauit seruus meus. 1
E saur nudus et discalciatus erit signum
et portentum super
egyptum & super ethiopia. sic mirabit
rex assyriorum captiuitatem egypti. et
transmigrationem ethiopia. iuuenem et
senem. nudam et discalciatam discooper
tis natibus ad ignominiam egypti. Et ti
mebunt & confundentur ab ethiopia
spe sua et ab egypto gloria sua. Et di
cet habitator insule huius in die illa. o
Heccine erat spes nostra. ad quos co
fugimus in auxilium. ut liberarent nos a
facie regis assyriorum et quomodo effuge
re poterimus nos.

Nus deserti maris. Sicut
turbines ab aphrico uenit
de deserto uenit de terra
horribili & uisio dura nuntiata est mihi. Qui incredulus est. infideliter agit. & q̄ depopulator est uastat
scende elam. obside. sede. omnem gemitum eius cessare fecit. Propterea replens est lumbi mei dolore. & angustia possedit me. sicut angustia parturientis. Et rui. cum audirem. concubatus sum cum uiderem. Et maruit. cor meum tenebre stupefecerunt me. Babylon dilecta mea posita est mihi in miraculum. Pone mensam. contemplant in specula. Comedentes et bibentes. surgite principes arripite elypeum. Hæc enim dixit mihi dominus. Sade et pone speculatorem. & quocumq̄ uiderit. annuntiet. Et uidit currum. & duorum eorum ascensorem asini & ascensorem cameli & contemplatus est diligenter multo intuitu. & clamauit ut leo. Super speculam domini ego sum stans uigiliter per diem. & super custodiam meam. ego sum stans totis noctibus. Ecce iste uenit ascensor uir bigæ eorum. Et respondit & dixit. Cecidit cecidit Babylon. & omnia sculpeilia deorum eius contrita sunt in terram. Futura mea & filia dicitur mea. quæ audiui a domino exercituum deo israel. annuntiaui uobis. Onus dicitur a me. clamat ex sen. Custos quid de nocte. Dixit. Custos. Venit mane & nocte. Si queritis querite. conuertimini & uentet. Onus in arabia. In saltu ad uesperam dormietis. in semitis doctam. Occurren-

tes sicuti forte aquam q̄ habitatis terram austri. cum panibus occurrere fugienti. A facie enim gladiorum fugerunt. a facie gladii imminenti. a facie arcus exerti. a facie grauis proclij. quoniam hæc dicit dominus ad me. Adhuc in uno anno quasi mercenarij & auferetur omnis gloria cedari. et relique numeri sagittariorum fortium de filiis cedari. imminuentur. Dominus enim dicit ista locutus est.

Nus uallis uisionis. Quas tibi quoq̄ est. quia ascensisti & tu omnis in te. clamoris plena. urbs o frequens. ciuitas exultans. Interfecti tui. non interfecti gladio. nec mortui tui. non mortui in bello. Cuncti principes tui segerunt. simul. duresq̄ ligati sunt. Omnes q̄ inuenti sunt. uincti sunt. pariter prostrati. fugerunt. Propterea dixi. recedite a me. amare. flebo. Nolite incumbere. ut consolemini me. super uastitatem filie populi mei. Dies enim interfectionis et conculationis et fletuum domino deo exercituum in ualle uisionis. Scrutans murum. et magnificus super montem. Et. Et lam. & sumpsit pharetram. et currum hominis. egressus & parietem nudauit. elypeus. Et erunt. electe. ualles tue. plene. quadrigarum. et equites ponent. sedes suas in porta. & reuelabitur opimentum iude. Et uidebitis in die. illa. armamentarius domus saltus. et sassuras ciuitatis dauid. uidebitis. quia multiplicati sunt. & congregasti. aquas piscine infernalis. et domos hierusalem. numerasti. & destruxisti.

nis domos ad munendum murum. Et la-
cum fecistis inter duos muros. & aquam i
piscine uertens & non suspexistis ad eum
q fecerat eam. et opatorem eius de longe
non uidistis. Et uocabit dominus deus
exercituum in die illa ad fletum. & ad
planctum ad caluitium. & ad cingulum
sacci. & ecce gaudium et letitiam occide-
re intulos. & iugulare arietes. comedere
carnes et bibere uinum. comedamus et bi-
bamus. cras enim moriamur. Et reuela-
ta est in auribus meis uox domus exerci-
tuum. Si dimittetur iniquitas hec uobis. i
donec moriamini. dicit dominus deus o
exercituum. Hec dicit dñs deus exerci-
tuum. Vade ingredere ad eum q habi-
tat in tabernaculo ad sobnam preposi-
tum templi. & dices ad eum. Quid tibi
aut quasi quis hic. Quia excidisti tibi
hec sepulchrum. excidisti in excelsis me-
moriale. diligenter in petra tabernaculo
tibi. Ecce dominus asportari te faciet.
sicut asportat gallus gallinacius et q
amicum sic subleuabit te. Gronans coro-
nabit te tribulatione. quasi pilam mitte-
te in terram latam et spatiosam. Ibi mori-
ris. et ibi erit currus glorie tue. & igno-
minia domus domini tui. Et expellam
te de statione tua. & de ministerio tuo
deponam te. Et erit in die illa. uocabo
seruum meum Eleachum filium Elechie.
& induam illum tunica tua & cingulo
tuo confortabo eum. & potestatem tua
dabo in manu eius. & erit quasi pater
habitantibus hierusalem et domus iuda.
Et dabo clauem domus dauid sup hume-
rum eius & aperiet et non erit qui cla-

udat. et claudet & non erit q aperiat.
Et figam illum paxillum in loco fideli. et
erit in solum glorie domus patris sui &
suspendam super eum omnem gloriam. i
domus patris eius. Vasorum diuersa ge-
nera. omne uas paruulum & uasis cruce-
rarum usq ad omne uas musicorum. In
die illa dicit dominus exercituum. au-
feretur paxillus q fixus fuerat in loco i
fideli. & franget et cadet. & perbit qd
pependerit in co. qd dominus locutus e.

*Nus tyri. & ululate naue
maris quia uisitata est do-
mus unde uenire consue-
uerat. de terra cethim re-
uelatum est eis. Tacete q habitatis in
insula. negociatio sidonis. Transitran-
tes mare repleuerunt te in aq. multis. se-
men sili messis fluminis fruges eius. et
facta est negociatio gentium. Erubescet
sidon ait mare. fortitudo maris dicens. i
Non parturui et non peperui. & non erit
trui iuuenes. nec ad incrementum per-
duxi uirgines. Caudatum fuerit in egypto.
dolebunt cum audierint de tyro. i
Transite maria. ululate q habitatis in in-
sula. Nunquid non hec uestra est. que
gloriabatur a diebus pristinis in antiqua-
te sua. Ducent eum pedes sui longe ad
peregrinandum. Quis cogitauit hec super
tyrum quondam coronatam. Cuius ne-
gociatores principes iustiores eius inely-
ti terre. Dominus exercituum cogita-
uit hec. ut detraheret superbiam omni-
glorie. & ad ignominiam deduceret. i
uniuersos inelytes terre. Transiterram ty-*

quasi fluvium filia maris. non est cingulum ultra tibi. Manum suam extendit super mare conturbavit regna. Dominus mandavit adversus chanaan. ut conteret fortis eius & dixit. Non adveniat ultra ut gloriosus. calumniam sustinens uirgo filia sidonis. In cethum confurgens transfreta. ibi quoque non erit requies tibi. Ecce terra chaldeorum talis populus non fuit. Assur fundavit eam. In captivitatem traduxerunt robis totius eius. suffecerunt domus eius. posuerunt eam in ruinam. Violate naues maris. quia devastata est fortitudo uestra. Et erit in die illa. in oblivione eius o Tyre. septuaginta annis. sicut dies regis unius. Post septuaginta annos erit Tyro quasi canticum meretricis. Sume tibi citharam. cithare civitatem meretrix oblivioni tradita. Bene cane. frequenter canticum ut o memoria tua sit. Et erit post septuaginta annos. visitabit dominus Tyrum. & reducet eam in merces suas. & rursus edificabitur cum universis regibus terre. super faciem terre. & erunt negotiationes eius. & merces eius sanctificate domino. Non condentur neque reponentur. quia his qui habitaverint coram domino erit negotiatio eius ut manducent in saturitatem. & uestiantur usque ad vetustatem.

Ecce dominus dissipabit terram. & nudabit eam. & affliget faciem eius. et disperget habitatores eius. Et erit sicut populus sic sacerdotes. & si-

cut servus sic dominus eius. & sicut ancilla sic domina eius. Sicut emens sic ille qui vendit. sicut foenerator. sic ille qui in mutuum accipit. sicut qui repetit. sic qui debet. Dissipatio dissipabitur terra. et dirptione preclabit. Dominus enim locutus est verbum hoc. Luxit et defluxit terra. et infirmata est. defluxit orbis & infirmata est altitudo populi terre. et terra interfecta est ab habitatoribus suis. quia transgressi sunt leges. mutauerunt ius. dissipaverunt foedus sempiternum. Propter hoc maledictio uocabit terram. & peccabunt habitatores eius. Ideoque infamem cultores eius. & relinquentur homines pauci. Luxit undemum infirmata est vitis. ingemuerunt omnes qui letabantur corde. Cessavit gaudium tympanorum. quicut somni letantium. conticuit dulcedo cithare. Cum cantico non bibent unum. amara erit portio bibentibus illam. Attrita est civitas uanitatis. clausa est omnis domus nullo introeunte. Clamor erit super uisum in plateis. deserta est omnis letitia. translatum est gaudium terre. Relicta est in urbe solitudo. & calamitas opprimit portas. Quia hec erunt in medio terre. in medio populorum. Quomodo si pauca oliue que remanserunt excutiantur ex olea. & racemum fuerit finita undemia. Hi leuabunt uocem suam atque laudabunt. cum glorificatus fuerit dominus hinc de mari. Propter hoc in doctrinis glorificat dominum. in insulis maris nomen domini dei Iesu. A fimbria terre laudes

audiuimus gloriam iusti. Et dixi secre-
tum meum mihi. secretum meum mihi.
V. e. mihi. prauaricantes prauicati sunt &
prauaricatione transgressorum praua-
ricati sunt. Formido et fouea & laqueus
super te. q. habitator est terre. Et erit
q. fugent a facie formidinis cadet in
foueam & q. se explicauerit de fouea. re-
nebit laqueo. q. cataraete de excelsis
aperte sunt & concutientur fundame-
ta terre. Confractioe confringetur ter-
ra. contritione conteretur terra. Com-
motione commouebit terra. agitatione
agitabitur terra. sicut obrus & auferet-
ur quasi tabernaculum unius noctis. o
E. grauabit eam iniquitas sua & corruet. et
non adhaeret ut resurgat. Et erit in die
illa. uisitabit dominus sup. militiam ex-
li in excelsis & super reges terre q. sunt
super terram. Et congregabuntur in
congregatione unus falcis in lacum. et cla-
udentur ibi in carcere. & post multos
dies uisitabuntur. Et erulescet luna.
& confundetur sol. cum regnauerit do-
minus exercituum in monte syon et in
Hierusalem & in conspectu senum suorum
fuerit glorificatus.

Domine deus meus es tu.
& exaltabo te. & confite-
bor nomini tuo. Quoniam
fecisti mirabilia cogitatio-
nes antiquas fideles. amē. Quia posuis-
ti ciuitatem in tumultum. urbem for-
tem in ruinam. domum alienorum ut
non sit ciuitas. & in sempiternum non
edificetur. Super haec laudabit te po-

pulus fortis. ciuitas gentium robusta. &
timebit te. Quia factus es fortitudo pa-
uper. fortitudo egeno in tribulatione su-
spes a turbine. umbraeulum. ab estu. Spi-
ritus enim robustorum quasi turbo im-
pellens parietem. Sicut estus in siti. ex-
multum alienorum humiliabis. & quasi
calore sub nube torrente. p. paginem for-
tum marcescere facies. Et faciet domi-
nus exercituum omnibus populis in mon-
te haec conuiuium pinguium. conuiuium
uindemae. pinguium medullatorum. uin-
demae. desiccate. Et precipitabit in o-
monte isto faciem uineuli colligati super
omnes pupulos. & telam quam orditus e-
super omnes nationes. Precipitabit mortem
in sempiternum. Et auferet dominus de
lachrymam ab omni facie. et obprobrium
populi sui auferet de uniuersa terra. q. d.
dominus locutus est. Et dicent in die
illa. Ecce deus noster iste. expectabimus
eum & saluabit nos. Iste dominus susti-
numus eum. & exultabimus et letabi-
mur in salutari eius. quia requiescet ma-
nus domini in monte isto. Et triturabit
Moab sub eo. sicuti trituratur palea in pla-
ustro. Et extendet manus suas sub eo. si-
cut extendit Natans ad natandum. et
humiliabit gloriam eius cum allisione i-
manuum eius. Et monumenta sublimi-
um murorum tuorum concident. & hu-
miliabuntur & detrahentur. in terram
usq. ad puluerem.

In die illa cantabitur can-
ticum istud in terra iuda-
e. Vbi fortitudinis nostrae
saluator ponetur in ca-
tus & ante murale. Aperite portas et
ingredietur gens iusta custodiens uerita-
tem. Vetus error abijt. seruabis pacem
pacem. qm in te sperauimus. Sperastis in
domino in seculis aeternis in domino de-
forti in perpetuum. Quia incuruabit ha-
bitantes in excello ciuitatem sublimem.
humiliabit humiliabit eam usq. ad terram.
humiliabit eam usq. ad terram. detrahet
eam usq. ad puluerem. & neulcabit eis
pes. pes pauperis gressus egenorum. Se-
mita iusti recta est. rectus callus iusti ad
ambulandum. Et in semita iudiciorum.
tuorum domine sustinimus te. nomen
tuum & memoriale tuum in desiderio a-
nime. Anima mea desiderauit te. in
nocte. si et spiritus meo in precordiis me-
is. de mane uigilabo ad te. Cum feceris
iudicia tua in terra. iustitiam discant ha-
bitatores orbis. Misereamur impio &
non discet iustitiam. In terra sanctorum
iniqua gessit. & non uidebit gloriam
domini. Domine exaltetur manus tua
ut non uideant. uideant et confunda-
tur. zelantes populi. & ignis hostes tuos
deuoret. Domine dabis pacem nobis. o-
nia enim opera nostra operatus est nobis.
Domine deus noster possederunt nos domini
absq. te. tantum in te recordemur nominis
tui. Morientes non uiuant. gigantes no-
resurgant. Propterea uisitasti et contra
iusti eos & perdidisti omnem memoria-
corum. Indulisti genti domine. indulisti

genti. Nunquid glorificatus es. elongasti
omnes terminos terre. Domine in angus-
tia requisierunt te. in tribulatione. murmu-
ris doctrina tua eis. Sicut que concepit
cum appropinquauit ad partum dolens
clamat in doloribus suis. sic facti sumus &
facto tua domine. Concepimus & quasi
parturimus et peperimus spiritum. Sa-
lutes non fecimus in terra. ideo non ce-
ciderunt habitatores terre. Si uentus mor-
tui tui interfecti mei resurgent. Exper-
giscimini et laudate q. habitatis in pulue-
re. qm ros lucis ros tuus. & terram gigan-
tium detrahet in ruinam. Nade. populus
meus intra in cubicula tua claude ostia
tua super te. Absconde. modicum a mo-
mentum donec pertranscat indignatio
mea. Ecco enim dominus egreditur. egre-
ditur de loco suo ut uisitet iniquitatem ha-
bitatoris terre contra eum. & reuelabit
terra sanguinem suum. & non operiet ul-
tra interfectos suos.

In die illa uisitabit dominus
in gladio suo duro et gran-
di et fortis super leuiathan
serpentem uicemem & super
leuiathan serpentem tortuosum & occide-
cetum q. in mari est. In die illa. uinea me-
ri cantabit ei. Ego dominus qui seruo ex-
repente. spinabo ei. ne forte uisitet contra
eam. Nocte & die seruo eam. indignatio
non est mihi. Quis dabit me spinam. et
ueprem. In prelio gradiar super eam. suc-
cendam eam pariter. An potius tenebo fo-
titudinem meam. Faciet pacem mihi. pa-
cem faciet mihi. Qui egredietur impetu.

Jacob florebit et germinabit. Israel & implebunt faciem orbis terre. Nunquid iuxta plagam percutientis se percussit eum. Aut sicut occidit interfector eius sic occisus est. In mensura contra mensuram cum adiecta fuerit iudicabit eam. meditatus est in spiritu spiritus suo duro per diem. estus se circo sup hoc dimittetur iniquitas domus. Jacob & iste omnis fructus. ut auferatur peccatum eius. Cum posuerit omnes lapides altaris sicut lapides cinens allisos non stabunt luci & delubra. Cuius n. munita desolata. erit spaciola relinquere & dimittetur quasi desertum. Ibi pascetur vitulus. et ibi accubabit & consumet similitates eius. In siccitate messis illius conterentur mulieres uenientes & docentes eam. Non est enim populus sapiens propterea non miserebitur eius qui fecit eum. et qui formauit eum non parcat ei. Et erit in die illa percutiet dominus ab aluco i fluminis usque ad torrentem. Egypti. & o uos congregabimus unus. et unus filij Israel. Et erit in die illa clangetur in tuba magna. & uenient qui perdit fuerant de terra Assyriorum. & qui caeci erant de terra Egypti. & adorabunt dominum in monte sancto in hierusalem.

Et corone superbie ebrius ephraim. & flos decidens glorie exultationis eius. qui erant in uertice ualli pinguis errantes a uino. Ecce ualidus & fortis dominus sicut impetus grandinis turbo confringens. sicut impetus aquarum multarum inundantium.

et emissarium super terram spaciolam. Pedibus conculebitur corona superbie ebriorum ephraim. Et erit flos decidens glorie exultationis eius. qui est super uerticem ualli pinguis. quasi temporaneum ante maturitatem autumnus. Quod cum aspexerint uidentes stanti ut manu tenuerit deuorabit illud. In die illa erit dominus exercituum corona glorie. & seruum exultationis residuum populi sui. et spiritus iudicij sedenti super iudicium. et fortitudo reuertentibus de bello ad portam. Verum hi quoque pro uino nescierunt. & pro ebrietate errauerunt. O sacerdotes et propheta nescierunt pro ebrietate absorbi sunt a uino. errauerunt in ebrietate. nescierunt uidentem. ignorauerunt iudicium. Omnes enim mensis repleti sunt uomitu sordiumque. ita ut non esset locus ultra. Quem docebit scientia. & quem intelligere faciet auditum. Ablactatos & lacte auulsos ab uberibus. quia manda remanda. manda. remanda. expecta reexpecta. medicum ibi. medicum ibi. In loquela enim labij & lingua altera loquetur ad populum istum. cui dixit. Hec est reges mea. reficite lassum. & hoc est refrigerium meum. et noluerunt audire. Et erit eis uerbum domini manda remanda. manda remanda. expecta reexpecta. expecta reexpecta. medicum ibi. medicum ibi. ut uadant. et cadant retrorsum. & conterantur et illaqueantur & capiantur. Propter hoc audite uerbum domini uerij illudores qui dominamini super populum meum qui est in hierusalem. Dixistis enim. Percussimus foedus cum morte. & cum inferno fecimus pactum. flagellum mundans cum tray

expecta reexpecta

sicut non ueniet super nos. quia posuimus mendacium spem nostram. et mendacio peccati sumus. Ideo hec dicit dominus deus. Ecce ego mittam in fundamentis syon lapidem. lapidem probatum angularem. preciosum in fundamento fundatum. Qui crediderit non festinet. Et ponam in pondere iudicium & iustitiam in mensura. Et subuertetur grando spem mendacii & protectionem. Aquae inundabunt & delebitur foedus uestrum cum morte. & pactum uestrum cum inferno non stabit. Flagellum mundans cum transierit. eritis in conculcationem. Quandoque pertransierit tollet uos quoniam mane difficile pertransibit in die & in nocte. et tantummodo sola uexatio intellectum dabit auditui. Coangustatum est enim stratus ita ut alter decidat & pallium breue. ut utriusque operire non potest. Sicut enim in monte diuisionum stabit dominus. sic in ualle que est in gabaon ualsetur ut faciat opus suum. Alienum opus eius. ut operetur opus suum. Peregrinum est opus eius ab eo. Et nunc nolite illudere. ne forte constringantur uincula uestra. Consumationem enim & abbreviationem adiuu a domino deo exercituum super uniuersam terram. Auribus percipite & audite uocem meam. attendite & audite eloquium meum. Nunquid tota die arabit arans ut serat. profundet & saretur humum suam. Nonne cum adequauerit faciem eius seret triticum & cyminum. sparget. et paret triticum per ordinem & ordeum & milium & uiciam in finibus suis. Et erudiet illum in iudicio. deus

suis docebit illum. Non enim in ferris triturabitur triticum. nec rota plaustrum super cyminum circumbit. sed in uirga excutiet triticum & cyminum in baculo. panis autem comminuetur. Verum non in perpetuum triturans triturabit illum. neque uexabit eum rota plaustrum. nec ungulis suis comminuet eum. & hoc a domino deo exercituum exciuit ut mirabile faceret. consilium & magnificaret iustitiam.

Et Ariel. Ariel ciuitas quam cepugnauit dauid. Ad datus est annus ad annum. et solemnitates euolutesunt.

Et circūuallabo Ariel. et erit stristis & mortuus. et erit mihi quasi Ariel. Et circūdabo quasi speram in circuitu tuo & iaciam contra te aggerem. & munimenta ponam in obsidionem tuam. humiliter de terra loqueris & de humo audietur eloquium tuum. Et erit quasi si phitonis de terra. uox tua & de humo eloquium tuum misitabit. Et erit sicut puluis tenuis multitudo uentilantium te. & sicut fauilla pertransiens multitudine eorum contra te preualuerunt. Et erit repente confestum a domino exercituum. uisitabitur in tonitruo & commotio terre. & uoce magna turbans & tempestatis et flamma ignis deuorantis. Et erit sicut somnum uisionis nocturne multitudo omnium gentium quae dimicauerunt contra Ariel. & omnes qui militauerunt et obsederunt et preuulerunt aduersus eam. Et sicut somnatus esuriens & comedit. cum autem fuerit

experget factus uacua est anima eius. Et si
cui somniat sitiens & bibit. & postquam
fuerit experget factus lassus adhuc sedit & a
nima eius uacua est. sic erit multitudo om
nium gentium quae dimicauerunt contra
montem syon. Obstupescite & admiramini
fluctuante & uacillante uestram in et non
a uino mouemini & non in ebrietate. quo
niam insuauit uobis dominus spiritum sopo
ris. Claudet oculos uestris prophetas et pri
ncipes uestris. qui uident uisiones operis. Er
it uobis uisio omnium sicut uerba libri
signati quem cum dederint scienti litteras
dicent. legem istum & respondebit. non
possum. signatus est enim. Et dabitur li
ber nescienti litteras. diceturque ei lege &
respondebit nescio litteras. et dixit domin
us qui appropinquat. populus iste ore suo. et
labijs suis glorificat me. cor autem eius lo
ge est a me. & timuerunt me mandata
hominum et doctrinis. id ecce ego addam
ut admirationem faciam populo huius mi
raculo grandi et stupendo. Peribit enim
sapientia a sapientibus eius. & intellectus
prudentium eius abscondatur. Neque quod profu
di estis corde. ut a domino abscondatis co
siliu. quorum sit in tenebris opa. & dicit
Quis uidet nos. & quis nouit nos. Peruen
sa est haec uis cogitatio. quas si lutum con
tra figulum cogitauerit. et dicit. opus factu
m suo. non fecisti me. & figmentum dicit
factum suo. non intelligis. Non omne. adhuc
in modico & in breui conuertet. libanus in
ethermel. et ethermel in saltum reputabit.
Et audient in die illa surdi et uerba libri
& de tenebris et de caligine oculi caecorum
uidebunt. Et addent inites in domino.

letitiam. & pauperes homines in sancto
israhel exultabunt. quoniam defecit qui pre
ualebat. consumatus est illusor. et successi
sunt omnes qui uigilabant super iniquitatem.
qui peccare faciebant homines in uerbo. et
arguentem in porta. supplantabant. & de
clinauerunt frustra. a iusto. Propter hoc
haec dicit dominus ad domum iacob. Qui
redemunt abraham. Non modo confunde
tur iacob. nec modo uultus eius erubescet.
sed cum uident filios suos opera manuum
meorum. in medio sui sanctificantem nome
meum. & sanctificantem sanctum iacob.
& deum israhel predicabunt. & scient er
rantem spiritum intellectum. et inuitatorem
discunt legem.

Et filij desertores dicit do
minus. ut faceretis consiliu
& non ex me. & ordirentis
in telam. et non per spiritum
meum. ut adderetis peccatum super pec
catum. qui ambulatis ut descendatis in egi
ptum. et os meum non interrogastis. spera
tes auxilium in fortitudine pharaonis. et
habentes fiduciam in umbra. egypti. &
erit uobis fortitudo pharaonis in confusio
nem. & fiducia umbra. egypti in ignomi
niam. Erant enim thabnis principes egi
pti. & nuntij tui usque ad aethiopes peruenerunt.
Omnes confusi sunt super populo qui ei
prodesse non potuit. Non fuerunt uel
auxilium. & in aliquam utilitatem. sed
confusionem & in obprobrium. Onus is
rahem. In terra tribulationis
& angustiae locua et leo. ex eis uisera
et regulus uolans portantes super hume

ros uimentorum diuitias suas. & super gyb-
bum camelorum thesauros suos ad populum
quod eis proficere non poterit. Egiptus n-
frustra et uane auxiliabit. Ideo clamaui
super hec superbia tantum est quiesce. .i.
Nunc ergo ingressus scribe et super bustum et
in libro diligenter exara illud et erit in
die nouissimo in testimonium usque in
eternum. Populus enim ad iracundiam
prouocans est. et filij mendaces. filij nolo-
tes audire legem dei. Qui dicunt uiden-
tibus nolite uidere. & aspicientibus nolite
aspicere nobis ea que recta sunt. L. Opti-
mum uobis placenta. uidete nobis er-
roses. auferet a me uiam. declinat a me
semitam. cesset a facie uestra sanctus o-
mnipotens. Propterea hec dicit sanctus israel.
P. ro eo quod reprobastis uerbum hec. et spera-
stis in calumnia et in tumultu. & iniux-
istis super eo. propterea erit uobis iniqui-
tas hec. sicut interruptio cadens. requisi-
ta in muro excelso. Quomodo subito dius
non speratur uenit contentio eius. & con-
minuetur sicut contentur. lages figuli. .i.
contentione perualida. & non inuenietur
de fragmentis eius testa in qua portetur
igniculus de incendio. aut hauratur po-
rum aque de fouea. quia hec dicit dominus
deus israel. Si reuertimini et quiescatis. et
salui eritis. In silentio & in spe erit for-
tudo uestra. Et nolistis & dixistis.
N. equaquam sed ad equos fugiemus. Ideo
fugietis. Et super ueloces ascendemus.
I. deo uelociores erunt qui persequentur. .i.
uos. Nulle homines a facie terroris unius
us et a facie terroris quaque fugietis. o-
donec relinquimus quasi malus nauis

si uertice montis. & quasi signum super
collam. propterea expectat dominus ut mi-
seratur uestra. & ideo exaltabitur pa-
rens uobis quia dominus iudicij dominus. Bea-
ti omnes qui expectant eum. Populus enim
syon habitabit in hierusalem. plorans ne-
quaquam plorabis. miserans miserebitur
tui. Ad uocem clamoris tui statim uenit
audierit respondebit tibi. Et dabit tibi
dominus panem artum & aquam bre-
uem. & non faciet auolare a te ultra do-
torem tuum. & erunt oculi tui uidentes
preceptorem tuum. & aures tue audi-
ent uerbum post tergum mouentis. hec
est uia. ambulat in ea. & non decline-
tis neque ad dexteram neque ad sinistram.
Et contaminabis laminas sculpetilum
argenti tui. & uestimentum conflatilis
auri tui. & disperges ea sicut immundi-
tiam menstruat. Egrede dices ei. Et
dabitur pluuia semini tuo ubicumque semi-
naueris in terra. & panis frugum terre
erit uberrimus et pinguis. Pasceatur in
possessione tua in die illo. agnus spatiose
& tauri tui & pulli asinorum qui operantur
terram. commixtum migra comedent
sicut in area uentilatum est. Et erunt
super omnem montem excelsum. & super
omnem collem eleuatum riuus currentis
aquarum. in die interfectionis multorum
cum ceciderint turres. Et erit lux lune
sicut lux solis. & lux solis erit septempli-
cate sicut lux septem dierum in die. Et
alligauerit dominus uulnus populi sui.
& percussuram plage eius sanauerit. .i.
Eccc nomen domini uenit de longinquo.
furore eius. & grauis ad portandum. o-

L. abia eius repleta sunt indignatione. & lin-
gua eius quasi ignis deuorans. Spiritus eius
uelut torrens inundans usq. ad medium. i
colli ad perdendas gentes in nihilum. et o-
frenum erroris quod erat in maxillis popu-
lorum. Canticum erit uobis sicut uox sac-
tificati sollemnitatis. & letitia cordis sicut
q. pergit cum tibia ut intret in montem. i
domini ad sortem isrl. Et auditam faciet
dominus gloriam uocis sue. & terrorem. i
brachij sui ondet in comminatione furoris
et flamma ignis deuorantis. Allidet in u-
bine. & in lapide grandis. & uoce enim
domini pauebit Assur uirga percussus. &
erit transitus uirge fundatus qua requiesce-
re faciet dominus super eum in tympanis
et atharis in bellis precipuis expugnabit
eos. Preparata est enim ablieti tophet
a Rege preparata. profunda et dilata.
Nutrimenta eius ignis. & ligna mul-
ta. flatus domini sicut torrens sulphuris
succendens eam.

Et qui descendunt in E-gyp-
tum ad auxilium in equis
sperantes & habentes fide-
ciam super quadrigis quia
mulex sunt & super equis. quia paxuali-
di nimis & non sunt confisi sup sanctum
isrl. & dominum non requisierunt. Ipse
autem sapiens adduxit malum. & uer-
ba sua non abstulit. Et confurget contra
domum pessimos. & contra auxilium
operantium iniquitatem. Cyprius homo et
non ds. & eq. etorum. caro et non spiri-
tus. Et dominus inclinabit manum suam.
corruet auxiliator. & cadet cui prestauit

auxilium. simul q. omnes consumerent. qd.
huc dicit dominus ad me. Quomodo si ex-
griat leo et catulus leonis super predam
suam. cum occurrerit ei multitudo pasto-
rum a uoce eorum non formidabit. & a
multitudine eorum non pauebit. sic descen-
det dominus exercituum ut pcedetur su-
per montem syon et sup collem eius. Sicut
aues uolantes sic proteget dominus exe-
rituum hierusalem. ptegens et liberans tra-
sicens et saluans. Conuertimini sicut in
profundum recesseratis filij israel. In die
enim illa abijcet uir idola argenti sui. et
idola auri sui que fecerunt uobis manus.
uestre in peccatum. & cadet Assur in gla-
dio non uiri. & gladius non hominis uor-
bit eum. & fugiet non a facie gladij. &
iuuenes eius uehigales erunt. & fortitu-
do eius a terrore transibit. & pauebunt
fugientes principes eius. Dicit dominus
cuius ignis est in syon. & caminus eius in
hierusalem.

Cec in iustitia regnabit rex.
& principes in iudicio pre-
erunt. Et erit uir sicut q.
abscondit a uento. & ce-
lat se a tempestate. sicut nix aquarum
in siti. & umbra pte. p. n. in ter-
ra deserti. Non caligabunt oculi uide-
tium. et aures audientium diligenter
auscultabunt. & cor stultorum intellige-
scientiam. & lingua balborum uelociter
loquetur et plane. Non uocabitur ul-
tra eis q. insipiens est princeps. neque
fraudulentus appellabitur maior. Stultus
enim fatua loquetur. & cor eius faciet q.

iniquitatem. ut perficiat simulationem. & loquatur ad dominum fraudulentè. et uacuum faciat animam esurientes. & potum sitienti auferat. fraudulentè uasa pessima sunt. Ipse enim cogitationes concinabit ad perdendos mites in sermone mendacii. cum loqueretur pauper iudicium. **P**riniceps uero ea quæ digna sunt principi cogitabit. & ipse super duces stabit. Mulieres opulente surgite. & audite uocem meam. filie confidentes percipite auribus eloquium meum. Post dies & annos & uos conturbemini fidentes. Consumata est enim uindicta. collectio ultra non ueniet. Obstupescite opulente. conturbamini confidentes. exuite uos & confundemini. accingite lumbos uestros. Super ubera & plangite. super regionem desiderabili. super uinea fertili. Super humum populi ma & spinæ & uepres ascendent. quæ magis super omnes domos gaudij ciuitatis exultatis. Dominus enim dimissa est multitudo urbes relictæ est. tenebre & palpatio factæ sunt super speluncas usque in æternum. **G**audium onagrorum pascua gregum donec effundatur super nos spiritus de excelso. Et erit desertum in chermel & chermel in saltum reputabitur. & habitabit in solitudine iudicium & iustitia in chermel sedebit. Et erit opus iustitiæ pax & cultus iustitiæ silentium & securitas usque in sempiternum. Et sedebit populus meus in pulchritudine pacis. & in tabernaculis fiducie. & in regione opulentiæ. Grando autem in defensione saltus. & humilitate humiliabitur ciuitas. Beati & seminatis super omnes aquas. & immitte

tes pedes bouis & asini.

E qui preclaris. Nonne & ipse preclabens. Et quæ spernis. nonne & ipse sperneris. Cum consumaueris depredationem depredaberis. cum fatigatus deseris contemere contemneris. Domine miserere nostri. te enim cepectauimus esto brachium nostrum in mane. & salus nostra in tempore tribulationis. & uoce angeli fugerunt populi & ab exaltatione tua dispersi sunt gentes. Et congregabuntur spolia uestra. sicut colligitur bruceus. uelut cum fosse plene fuerint de eo. Magnificatus est dominus quoniam habitauit in excelso. impleuit syon iudicio & iustitia. & erit fides in temporibus suis. Diuitiæ salutis sapientia et scientia. timor domini. ipse est thesaurus eius. Ecce uidentes clamabunt foris angeli pacis amare flebunt. Dissipata sunt uirgines. cessauit transiens per semitam. irritum factum est pactum. proiecit ciuitates. non reprobauit homines. Luxit & elanguit terra. confusus est libanus & obscurauit. Et factus est saron sicut desertum & concussa est basan & camilus. Nunc consurgam dicit dominus. nunc exaltabor & nunc sublimabor. Incipietis ardorem & parietis stipulam. spiritus uester ut ignis uorabit uos & erunt populi quasi de incendio cinis. spinæ congregatæ igni comburentur. Audite quæ longe estis quæ fecerim. & cognoscite uicem fortitudinem meam.

Conterriti sunt in syon peccatores. possedit timor hyperitas. Quis poterit habitare de uobis cum igne deuorante. Quis habitabit ex uobis cum ardoribus serpentes. Qui ambulat in iustitijs & loquitur ueritatem. q̄ proyct avaritiam. ex alumina & excutit manus suas ab omni munere. Q̄ obturat manus suas ne audiat sanguinem. & claudit oculos suos ne uideat malum. Iste in caecis habitabit munimenta saxorum sublimis eius. Pans ei datus est. aqua eius fideles sunt. Regem in decore uidebunt oculi eius. cernent terram de longe. Cor tuum meditabitur tumorem. Sibi est latus. & sibi legis uerba ponderans. Vbi est doctor paruulorum. Populum imprudentem non uidebis. populum alti sermonis. ita ut non possis intelligere disertitudinem lingue eius. in quo nulla est sapientia. Respice syon ciuitatem solemnitatis nostre. Oculi tui uidebunt hierusalem habitationem opulentam. tabernaculum q̄ nequaquas transferri poterit. nec auferentur elui eius in sempiternum. & omnes funiculi eius non rumpentur. q̄a solums do ibi magnificus est dominus ds n̄r. Lacus fluuiorum ruy latissimi et patentes. non transibit super eum nauis remigum. neq̄ tretem magna. transgredietur eum. Dominus enim iudex n̄r. dominus legis noster. dominus rex noster. Ipse saluabit nos. Laxati sunt funiculi tui. sed non preualebunt. Sic erit malus tuus ut dilatare signum. non queas. Tunc diuidetur spolia pra-

darum militarium. claudi diripient. rapinam. nec dice uicinus clangij. Populus q̄ habitat in ea. auferet ab eo inqtas.

Cecidite gentes & audite & populi attendite. audi at terra & plenitudo orbis & omne germen eius. q̄a indignatio domini sup omnes gentes. & furor super uniuersam militiam eorum. Interfecit eos & dedit eos in occisionem. Interfecti eorum proyentur. & de cadaueribus eorum ascendet fetor. Tabescent montes & sanguine eorum. & tabescent omnis militia celorum. & complicabunt sicut liber celi. & omnis militia eorum defluet sicut defluit solum de uinea. et de fic. quoniam inebriatus est in celo gladius meus. Ecce super iudream descendet. & super populum interfectionis mee. ad iudicium. Gladius domini repletus est sanguine. inersatus est adipe de sanguine agnorum. & hircorum. & de sanguine medullatoe arietum. Victimam enim domini in bosra. et interfectio magna in terra edon. Et descendent unicomel cum eis. & taun cum potestibus. Inebriabitur terra. eorum sanguine. & humus eorum adipe pinguium. qui dies ultionis domini. annus retributionis iudicij syon. Et conuertentur torrentes eius in picem. & humus eius in sulphur. Et erit terra eius in picem ardentem nocte & die. non extinguetur in sempiternum. Ascendet fumus eius a generatione in generationem. desolabitur in

secula seculorum. Non erit transiens
per eam & possidebunt eam onocrotalus
& heritius et ibis & coruus habi-
bunt in ea. Et extendetur super eam me-
suram & redigatur ad nihilum et perpe-
diculum in desolationem. Nobiles eius
non erunt ibi. Regem potius inuocabunt
& omnes principes eius erunt in nihilum.
Et orientur in domibus eius spine & ur-
tice et palurus in munitionibus eius & e-
rit cubile draconum & pascua strutionis
& occurrent demonia croceanturis & pi-
losus clamabit alter ad alterum. Ibi cuba-
uit lamia & inuenit sibi regem. Ibi habi-
tavit foueam heritius & enutruit catulos
& circumfodit & fouit in umbra eius.
Illi congregati sunt in liliu alter ad alterum.
Rogate diligenter in libro domini et le-
gite unum ex eis non defuit alter alte-
rum non quaesiu. quia quod ex ore meo
procedit ille mandauit & spiritus eius
ipse congregauit ea & ipse misit eis sor-
tem & manus eius diuisit eam illis in me-
suram. Usque in eternum possidebunt ea
in generatione & generationem habita-
bunt in ea.

Et habitabitur deserta in uia
& exultabit solitudo &
florebit quasi lilium. Ge-
minans germinabit & ex-
ultabit letabunda & laudans. Glori-
am libam data est ei. decor carmeli & sa-
ro. Ipsi uidebunt gloriam domini & de-
corem dei nostri. Confortate manus
dissolutas & genua debilia roborate.
Dicit pusillanimes confortamini & nolite

timere. Ecce deus noster ultionem
adducet retributionis. deus ipse ueniet
et saluabit uos. Tunc aperientur oculi
caecorum & aures surdorum patebunt.
Tunc saluet sicut ceruus claudus & ape-
ta erit lingua multorum quae scisse sunt in
deserto aquae & torrentes in solitudine
et quae erat arida in stagnum et sitiens
in fontes aquarum. In cubilibus in quibus
prius dracones habitabant orientur uir-
calami et uinea & erit ibi semita & uia
sancta uocabitur. Non transibit per eam
pollutus & haec erit uobis directa uia
ita ut stulti non errent per eam. Non
erit ibi leo & mala bestia non ascendet
per eam. nec inuenietur ibi. Et ambu-
labunt qui liberati fuerint & redempti
domino conuertentur & uenient in hiero-
solum cum laude et letitia sempiterna super
caput eorum. Gaudium et letitiam ob-
tinebunt & fugiet dolor & gemitus.

Factum est quartode-
cimo anno regis Ezechiae
ascendit Sennacherib rex
Assyriorum super
omnes ciuitates iuda munitas & cepit
eas. Et misit rex Assyriorum Rapsa-
ce de Lachis in hierusalem ad regem
Ezechiam in manu graui & stetit in
aque ductu pisanae superioris in uia agri
fullonis. Et egressus est ad eum Eli-
achi filius Helchiae qui erat super domum
et Sobna scriba & Iohu filius Asaph
commentarius. Et dixit ad eos Rapsa-
ces. Dicit Ezechiae. Haec dicit rex
magnus rex Assyriorum. Quae est ista.

fiducia qua confidis aut quo consilio ut
fortitudine rebellare disponis. Super quos
habet fiduciam quia recessisti a me. Ecce
confidis super baculum harundineum con-
fractum istum super egyptum. cui si unum
vir fuerit homo intrabit in manum eius et
perforabit eam. sic pharaon rex egypti om-
nibus qui confidunt in eo. Quod si responde-
ris mihi in domino deo nostro confidimus
nonne ipse est cuius abstulit Ezechias ex-
cella et altaria & dixit iude et iherusa-
lem coram altari isto adorabitis. Et nunc
trade te domino meo regi assyriorum
& dabo tibi duo milia equorum. nec poterit
ex te pretere ascendere eorum. Et quomodo
sustinebis faciem iudicis unius loci
ex servis domini mei minoribus. Quod
si confidis in egypto in quadriga et in
equibus & nunc nunquid sine domino ascen-
di ad terram istam ut disperderem eam.
Dominus dixit ad me. Ascende super terram
istam & disperse eam. Et dixit Cluachy
et sobna et iohae ad Rapsace. Loquere
ad servos tuos syra lingua. intelligimus. non
ne loquens ad nos iudice in auribus populi
qui est super murum. Et dixit ad eos Rapsa-
ces. Nunquid ad dominum tuum et ad
te misit me dominus meus ut loquerer om-
nia verba ista & non potius ad viros qui se-
dent in muro ut comedant stercorem suum
et bibant urinam pedum suorum uobiscum.
Et stetit Rapsaces & clamavit uoce magna
iudice & dixit. Audite uerba regis
magni regis assyriorum. Hec dicit
rex. Non uos seducas Ezechias quia
non poterit eruire uos. & non uobis tri-
buat fiduciam Ezechias super domino.

dicens. Eruens liberabit nos dominus. non
dabitur ciuitas ista in manus regis assyriorum.
Nolite audire Ezechiam. Hec enim dicit
rex assyriorum. Facite mecum benedictio-
nem et egredimini ad me. & comedite o-
mnes unumquemque uincam suam & unumquemque fi-
cum suam & bibite unumquemque aquam ciste-
nae suae. donec ueniam & tollam uos ad
terram. quae est ut terra uestra terram
frumenti & uini terram panum et uinc-
arum. Nec conturbet uos Ezechias dicens.
Dominus liberabit nos. Nunquid liberaue-
runt dii gentium unumquemque terram suam
de manu regis assyriorum. Vbi est deus
Emath & Arphad. Vbi est deus Sephanai.
Nunquid liberauerunt samarias
de manu mea. Quis est ex omnibus diis
terrarum istarum qui eruent terram suam
de manu mea. ut eruat dominus iheru-
salem de manu mea. Et siluerunt et
non responderunt ei uerbum. Mandauit
enim rex dicens. ne respondeatis ei.
Et ingressus est Cluachum filius helchi
qui erat super domum et Sobna scriba et
ioabe filius Asaph a commentariis. ad
Ezechiam scissis uestibus & nuntiauerunt
ei uerba Rapsaces.

Factum est cum audisset
rex Ezechias scisset uesti-
menta sua & obuolutus est
sacco & intrauit in domum
domini. Et misit Cluachum qui erat super
domum Sobnam scribam et seniores de
sacerdotibus operos sacris ad Esaiam filium
Amos prophetam & dixerunt ad eum. O
Hec dicit Ezechias. Dies tribulationis

& correptionis et blasphemie dies hęc
uenerunt filij usq; ad partum. et uirtus nō
est parienti. Si quomodo audiat dominus
dñs tuus uerba. R. apfais quem misit rex
Assyriorum dominus suus ad blasphemā
dum dominum deum uiuentem & expro
brandum sermonib; quos audiuit dominus
dñs tuus. Leua ergo orationem pro reliq;is
quę reperte sunt. Et uenerunt serij re
gis Czechie ad Esaiam. & dixit ad eos
E. Isaias hęc dicetis domino uestro. Hęc o
dicit dominus. Ne timeas a facie uer
borum quę audiisti q; blasphemauerūt
puer regis Assyriorum me. Ecce ego i
dabo q; sp̄s & audiet nuntium. & reuer
tetur ad terram suam. et corruere eum
faciam gladio in terra sua. R. euersus ē
autem R. apfais et inuenit regem Assy
riorum precliantem aduersus sobnam. i
A. uiderat enim q; profectus esset de La
chis. & audiuit de Taracha rege Ethio
pię dicentes. egressus est ut pugnet cō
tra te. Quod cum audisset misit nuntio
ad Czechiam dicens. hęc dicetis Eze
chie regi iude loquentes. Non te deci
piat deus tuus in quo tu confidis. dicit
N. on dabitur iherusalem in manu regis As
syriorum. Ecce tu audisti omnia quę fe
cerunt reges Assyriorum omnib; terris. i
quas subuerterunt. & tu poteris liberari.
N. unquid cruerunt eos dy gentium quos
subuerterunt patres mei. Gozan & Ara
& Reseph et filios Eden q; erant in tra
lassar. Vbi est rex Emath & rex Ar
sad & rex urbis Sepharaim Ana et Ana.
E. tulit Czechias libros de manu nuntior
et legit eos. & ascendit in domum dñi

& expandit eos coram domino. Et ora
uit ad dominum dicens. Domine ex
atuum dñs isrl̄ q; sedes sup cherubin. tu
deus solus omnium regnorum terre. tu
fecisti celum & terram. Inclina domine
aurem tuam et audi. aperi oculos tuos
uide. & audi omnia uerba Semacherb
quę misit ad blasphemandum deum
uiuentem. Vere enim domine deser
tas ferunt reges Assyriorum terras et
regiōes earum & dederunt deos earum
igni. non enim erant dy. sed opera ma
nuum hominum lignum & lapis. & co
minuerunt eos. Et nunc domine deus
noster salua nos de manu eius. & cogno
cant omnia regna terre. quia tu es dñs
solus. Et misit Esaias filius Amos ad
Ezechiam dicens. Hęc dicit dominus
dñs isrl̄. Pro quib; rogasti me d. Sema
cherb rege Assyriorum. hęc est uerbus
quę locutus est dominus super eum. i.
Despexit te & sublannauit te. uirgo fi
lia syon. post te caput nouit filia ihe
rusalem. Cui exprobraisti. quem blasphe
masti. & super quem exaltasti uocem i
tuam. & leuasti altitudinem oculorum
tuorum. Ad sanctum isrl̄. In manu ser
uorum tuorum exprobraisti domino. et
dixisti. In multitudine quadrigarum
mearum ego ascendi altitudinem mo
tuum. uiga libani & succidam excelsa
cedrorum eius. et electas abietes illius.
& introibo altitudinem summitatis eius.
saltum carmeli eius ego fodj & bibl
aquam & siccavi uestigio pedis me; os
nes tuos aggre. Nunqd non au
disti quę cum fecerim q;? Ecce dieb;

antiquis ego plasiam illud & nunc ad
dixi. & factum est in eradicationem
collum compugnantium et ciuitatum
munitarum. Habitatores earum breui-
ta manu contremuerunt & confusi sunt
facti sunt sicut p fenum agri & gra-
me pascue & herba rectorum quae ex-
aunt anteq maturesceret. Habitatio
tua & egressum tuum & introitum
tuum ego cognoui & insaniam tuam co-
tra me. Cum furetes aduersum me sup-
bia tua ascendit in aures meas. Ponam
ergo circulum in naribus tuis & fixum
in labijs tuis. et reducam te in uia per
quam uenisti. Tibi autem haec erit signum.
Comede haec anno quae sponte nascuntur.
& in anno secundo pomis uescere. In
anno autem tertio seminat & metite
et plantate uineas. et comedite fructus
earum. Et mittet id quod saluatum
fuerit de domo iuda & quod reliquum
est radicem deorsum. et faciet fructus
sursum quia de hierusalem exibunt reli-
quiae & saluatio de monte syon. Et dicit
dominus exercituum faciet istud. Propter
rea haec dicit dominus de rege assyrio-
rum. Non intrabit ciuitatem hanc. &
non iacet ibi sagittam & non occupa-
bit eam clypeus. & non mittet in cir-
cuitu eius aggerem. In uia qua uenit
per eam. reuertetur. & ciuitatem hanc
non ingredietur dicit dominus. Et per-
tegam ciuitatem istam. ut saluem eam
propter me & propter dauid seruum
meum. Egressus est autem angelus
domini & percussit in castris assyrio-
rum centum octoginta quinque milia. Et

surrexerunt mane. & ecce omnes cada-
uera mortuorum. Et egressus est &
abijt. Et reuersus est Sennacherib rex
assyriorum. & habitauit in ninive. Et
factum est cum adoraret in templo o-
nesrae deum suum. ad samelch & Sa-
rasar filij eius percusserunt eum gladio
fugeruntq. in terram ararath. & regna-
uit asaraddon filius eius per eo-

Non diebus illis egrotauit
Ezechijs usq. ad mortem.
& introiit ad eum Esaias
filius Amos prophete & dixit
q. Haec dicit dominus. Dispone domus
tua quia morieris tu & non uiues. Et
conuertit Ezechijs faciem suam ad pa-
rietem. & orauit ad dominum & dixit
Obsecro domine. memento quorsu quom-
do ambulauerim coram te in ueritate &
in corde perfecto. & quod bonum est in
oculis tuis fecerim. Et fleuit Ezechijs
fletu magno. Et factum est uerbum
domini ad Esaiam dicens. Vade & dic
Ezechijs. Haec dicit dominus deus
patri tu. Audiuji orationem tuam. &
uidi lachrymas tuas. Ecce ego adiciam
super dies tuos quinddecim annos. & de
manu regis assyriorum eruiam te. et ci-
uitatem istam & protegam eam. Haec autem
tibi erit signum a domino quia faciet do-
minus uerba haec quod locutus est. Ecce
ego reuertam faciem linearum per
quas descenderat in horologio aethi-
in sole retrorsum decem lineas. & reuersus
est sol decem lineis per gradus quos de-
scenderat

Serua Ezechiae regis iuda cum egrotasset & conualesceret de infirmitate sua.
Ego dixi in dimidio dierum meorum uadam ad portas inferi quae sunt residuum annorum meorum. Dixi non uidebo dominum deum in terra uiuentium. non aspiciam hominem ultra. & habitatoris generis. Generatio mea ablata est et conuoluta est a me quasi tabernaculum patrum. Praecisa est uelut a texente uita mea. dum adhuc ordiret succidit in die mane usque ad uesperam finies me. sperabam usque ad mane. Quasi leo sic conturbat omnia ossa mea. De mane usque ad uesperam finies me. Sicut pullus buvidinis sic clamabo. meditabor ut columba. Attenuati sunt oculi mei suspicientes in excelsum. Domine uis patris responde pro me. Quid dicam aut quid respondebit mihi cum ipse fecerit? Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine anime mee. Domine si sic uiuere & in talibus uita spiritus meae. Corripies me & uiuificabis me. ecce in pace amritudo mea. amarissima. Tu autem eris isti animam meam ut non periret. proiecisti post tergum tuum omnia pecca-

ta mea. Quia non infernus confitebitur tibi. neque mors laudabit te. non expectabunt qui descendunt in lacum ueritatem tuam. uiuens uiuens ipse confitebitur tibi sicut et ego hodie. Pater filius notum faciet ueritatem tuam. Domine saluus me fac. & psalmos nostros cantabimus cunctis diebus uite nostrae in domo domini. Et iussit Esaias ut tollerent massam de ficis & cataplasmaerent super uulnus & sanaret. Et dixit Ezechias. Quod erit signum quia ascendam in domum domini.



In tempore illo misit Mesodach baladai filius Baladai rex babilonis libros & munera ad Ezechiam.

Nudiat enim quod egrotasset & conualesceret. Laceratus est autem super eis Ezechias & ostendit eis cellam aromatum eorum argenti et auri & odoramentorum et uigentem optam & omnes apothecas suppellectilis suae & uniuersa que inuenta sunt in thesauro eius. Non fuit uerbum quod non ostenderet eis Ezechias in domo sua & in omni potestate sua. Intrauit autem Esaias propheta ad Ezechiam regem & dixit ei. Quid dixerunt uiri isti & unde uenerunt ad te? Et dixit Ezechias. De terra longinqua uenerunt ad me de babilone. Et dixit. Quid uiderunt in domo tua? Et dixit Ezechias. omnia que in domo mea sunt uiderunt. Non fuit rex quem non ostenderim eis in thesauro meis. Et dixit Esaias ad Ezechiam. Audi uerbum domini o-

exercituum. Ecce dies uenient & auferentur omnia que in domo tua sunt & que thesaurizauerunt patres tui usque ad diem hanc in Babylonem. Non relinquetur quicquam dicit dominus. Et de filiis tuis que exibunt de te quos genueris tollent & erunt eunuchi in palatio regi Babylonis. Et dixit Ezechiel ad Esaiam. Bonum uerbum domini quod locutus est & dixit. fiat tantum pax & ueritas in diebus meis.

Consolamini consolamini popule meus dicit deus uester. Loquimini ad cor hierusalem & aduocate eam. quoniam iniquitas completa est malitia eius. dimissa est iniquitas illius. Suscepit de manu domini duplicia pro omnibus peccatis suis. & ex clamantis in deserto. parate uiam domini. rectas facite in solitudine semitas dei nostri. Omnis uallis exaltabitur. & omnis mons collis humiliabitur. & erunt praua indirecta & aspera in uias planas. & erit reuelabitur gloria domini. & uidebit omnis caro pariter quod os domini locutum est. Vox dicentis. Clama. Et dixi. Quid clamabo? Omnis caro fenum. et omnis gloria eius quasi flos agri. Exsiccatum est fenum & cecidit flos. quia spiritus domini susflauit in eo. Vere fenum est populus. Exsiccatum est fenum & cecidit flos. Verbum autem domini manet in eternum. Super montem excelsum ascende tu que euangelizas syon & ta in fortitudine uocem tuam que euangelizas hierusalem. Exalta noli timere.

Die ciuitatibus iude. Ecce deus uester. Ecce dominus deus in fortitudine ueniet. et brachium eius dominabitur. Ecce merces eius cum eo. & opus illius coram illo. Sicut pastor gregem suum pascat. in brachio suo congregabit agnos. & in sinu suo leuabit. foetas ipse portabit. Quis mensus est pugillo aquas. & celos palmo poterat. Quis appendit tribus digitis molem terra. & librauit in pondere montes. & colles in statera. Quis audiuit spiritum domini. aut quis consiliarius eius fuit. et ostendit illi. Cum quo inuit consilium. et instruxit eum. & docuit eum semitas iustitie. & erudit eum scientia. & uiam prudentie ostendit illi. Ecce gentes quasi stilla situle. & quasi momentum staterae reputate sunt. Ecce insule quasi puluis exiguus. & libanus non sufficere ad succidendum. et animalia eius non sufficient ad holocaustum. Omnes gentes quas non sint. sic sunt coram eo. & quasi nihilum & inane reputate sunt ei. Cui ergo similem fecistis deum. aut quam imaginem ponetis ei? Nunquid sculpsit conflabit faber. aut aurifex auro figurabit illud. & laminis argenteis argentarius. Forte lignum et imputibile elegit artifex sapiens. quaerit quomodo statuat simulacrum quod non moueatur. Nunquid non factis? Nunquid non audistis? Nunquid non annuntiatum est uobis ab initio? Nunquid non intellexistis fundamenta terre? Qui sedet super gyrum terre. et habitatores eius sunt quasi locustae. Quae extendit uelut nihil celos. et expandit eos sicut tabernaculum ad iherusalem.

bitandum. Q. dat secretorum scrutatores
quasi non sint. iudices terræ uelut inane
fecit. Et qdem neq plantato neq lato ne
que radicato in terra trunco eorum. Re
pente flauit in eos. et aruerunt & tur
bo quasi stipulam auferet eos. Et cui as
similatis me & adæquatis dicit sanctus.
L. uate in excelsum oculos uestros. & uide
te. qf creauit hec. Q. educit in numero
militiam eorum. & omnes ex nomine uo
cat. Præ multitudinis fortitudinis. & ro
boris uirtutisq. eius. neq unum reliquū
fuit. Quare dicitis Jacob. & loqueris iſrl
abscondita est uia mea a domino. & a
deo meo iudicium transibit. Nunquid
nescis. aut non audisti. Deus sempiter
nus dominus q. creauit terminos ter
ræ. & non deficiet neq laborabit. nec ē
inuestigatio sapientie eius. Qui dat las
so uirtutem & his q non sunt fortitu
dinem & robur multiplicat. Deficient
pueri & laborabunt. et iuuenes in infir
mitate cadent. Q. autem sperant in do
mino mutabunt fortitudinem. assument
pennas sicut aglæ. current et non labo
rabunt. ambulabunt et non deficient.

Accedant ad me insulæ. Ege
tes inuenent fortitudinem.

Accedant et tunc loquan
tur simul ad iudicium. p
pinquemus. Quis suscitauit ab oriente
iustum. uocauit eum ut sequeretur se.

Dabit in conspectu eius gentes. & reges
obtinebit. Dabit quasi puluerem gla
dio eius sicut stipulam uento raptam ar
cui eius. Persequetur eos transibit in pa

cc. semita in pedibus eius non apparebit.
Q. hęc operatus est et fecit uocans ge
nerationes ab exordio. Ego dominus
primus & nouissimus ego sum. Videtū
insulæ et timuerunt. extrema terre ob
stupuerunt. appropinquauerunt et ac
cesserunt. Vniūsq. proximo suo auxi
liabit. & fratres suo dices confortat. Con
fortauit faber. etarius percussens mal
leo eum q. cadebat. tunc temporis dices
glutino bonum est. & confortauit eum
clauis ut non moueretur. Et tu israel
seruus meus iacob quem elegi. semen o
braam amici mei. in quo apprehendi
te. ab extremis terre & a longinquis
eius uocauit te & dixi tibi. Seruus me
us es tu. elegi te et non abieci te. Ne
timeas quia ego tecum sum. ne decline
qa ego deus tuus. Confortauit te. &
auxiliatus sum tibi. & suscepit me dex
tera iusti mei. Ecce confundentur et
erubescant omnes qui pugnant aduer
sum te. Erunt quasi non sint. & peri
bunt uiri q. contradicunt tibi. Queres
eos. & non inuenies uiros rebelles tuos.
Erunt quasi non sint. & peribunt uiri
q. contradicunt tibi. Queres eos. & no
inuenies uiros rebelles tuos. Erunt q.
si non sint. & ueluti consumptio hominis
bellantis aduersum te. quia ego domi
nus deus tuus apprehendens inanum
tuam dicensq. tibi. Ne timeas. ego ad
iuui te. Noli timere uermis iacob. q.
mortuus estis ex israel. Ego auxiliatus
sum tui dicit dominus. & redemptor
tuus sanctus israel. Ego posui te qua
si plaustrum triturans nouum. habens

rostra serrantia. Turabis montes et
 coimines. & colles quasi puluerem po-
 nes. Ventilabis eos & uentus tollet. et
 turbo disperget eos. et tu exultabis in
 domino in sancto israel latabis. Ege-
 ri & pauperes querunt aquas & non
 sunt. ligna eorum siti aruit. Ego domi-
 nus exaudiam eos ds israel. non derelin-
 quas eos. Aperiam in supinis collibus flu-
 mina. et in medio camporum fontes. Po-
 nam desertum in stagna. aquarum. et te-
 ram inuam in nives aquarum. Di in soli-
 tudinem cedrum & spinam et myrtum.
 oliuam & lignum. Ponam in deserto abie-
 tem ulmum et buxum simul. ut uideat
 & sciant & recogitent & intelligant. pa-
 ritur. quia manus domini fecit haec. & sanc-
 tus israel creauit illud. Prope facite iudi-
 cium uestrum. dicit dominus. afferte si
 qd forte habetis dicit rex Jacob. Acci-
 dant. et nuntient uobis quae uen-
 tura sunt. Priora quae fuerunt nunti-
 ate. & ponemus cor nostrum & sciemus
 nouissima eorum & quae uentura sunt
 iudicare nobis. Annuntiate quae uen-
 tura sunt in futurum. & sciemus quia
imicis tuis. et si biberint filij alieni uinum
in quo laborasti. Quia qui congregabunt
illud comedant. & laudabunt dominum
& qui comportant illud bibent in atrijs
sanctis meis. Transitite. transite per por

tas preparate uiam populo. Plarium fa
cite iter. et eligit lapides. & eleuate si
gnum ad populos. Ecce dominus aud
tum fecit in extremis terre. Dicite filie
syon. Ecce saluator tuus uenit. ecce me
ces eius cum eo. & opus eius coram illo.
Et uocabunt eos populus sanctus recep
ti a domino. Tu autem uocaberis quies
ta ciuitas. & non derelicta.

Uis est iste qui uenit de
edom tinctis uestibus de
bosra. Iste formosus in
stola sua. gradens in im
titudine fortitudinis sue. Ego qui lo
quor iustitiam. & ppugnator sum ad
saluandum. quare ergo rubrum est in
dumentum tuum. & uestimenta tua si
cut calcantium in torculari. Torcular
calcaui solus. & de gentibus non est
uir mecum. Calcaui eos in furore meo.
& conculcaui eos in ira mea. Et aspe
sus est sanguis eorum super uestimen
ta mea. & omnia indumenta mea in
quinaui. Dies enim ultionis in corde
meo. annus retributionis mee uenit.
Circumspecti. & non erat auxiliator. qui
ui & non fuit qui adiuuaret. Et salua
uit mihi brachium meum. & indigna
tio mea ipsa auxiliata est mihi. Et co
culcaui populos in furore meo. & me
briaui eos indignatione mea. et detraxi
in terram uirtutem eorum. Miserationum
domini recordabor. laudem domini
super omnibus que reddidit nobis do
minus. & super multitudinem bonorum
domini israel que largitus est eis secun

dum indulgentiam suam. & secundus
multitudinem misericordiarum suarum
& dixit. Veruntamen populus meus
fili non negantes. Et factus est eis sal
uator in omni tribulatione eorum. Non
est tribulatus. & angelus facie eius sal
uauit eos. In dilectione sua. & indulge
tia sua ipse redemit eos. & portauit eos
& eleuauit eos cunctis diebus seculi. Ipsi
autem ad iracundiam perocauerunt. &
afflixerunt spiritum sanctum eius. Et con
uersus est eis in inimicum. & ipse de
bellauit eos. Et recordatus est dies
seculi Moysi et populi sui. Vbi est qui
eduxit eos de manu pastoribus gre
gis sui. Vbi est qui posuit in medio eius
spiritum sanctum suum. Qui eduxit ad dex
teram Moysi brachio maiestatis sue.
qui scit aquas ante eos. ut facerent sibi
nomen sempiternum. Qui eduxit eos
per abyssos quasi equum in deserto. &
non impingentem. quasi animal in cas
po descendens. Spiritus domini ductor
eius fuit. Sic adduxisti populum tuum
ut faceres tibi nomen glorie. Attende
de celo & uide de habitaculo sancto tuo
& glorie tue. Vbi est zelus tuus. &
fortitudo tua. multitudo uiscerum tu
orum et miserationum tuarum. Super
me continuauerunt se. Tu enim pater
noster. & Abraham nesciuit nos. et Israhel
ignorauit nos. Tu domine pater noster
redemptor a seculo nomen tuum. &
quare errare nos fecisti domine de uis
tuis. indurasti cor nostrum ne tunc
remus te. Conuertere propter seruos
tuos tribus hereditatis tue. Quasi in

hilum possederunt. populum sanctum
tuum hostes nostri conculcauerunt. sac
tificationem tuam. Facti sumus quasi in
principio cum non dominaretis nostri. &
neque inuocaret nomen tuum super nos.

Tinam dirumperes celos
& descenderes. & facie tua
montes defluerent sicut
exustio ignis tabescerent.
aque arderent igni. ut notum faceret
nomen tuum inimicis tuis. & facie tua
gentes turbarentur. Cum feceris mira
bilia non sustinebimus. Descendisti &
& facie tua montes defluerunt. & sa
culo non audierunt. neque auribus perce
perunt. Oculus non uidit. & absque te.
quae preparasti expectantibus te. Occur
risti latanti et facienti iustitiam. in uis
tuis recordabuntur tui. Ecce tu iratus
es & peccauimus in ipsis fuimus semper.
& saluabimur. Et facti sumus. ut im
mundi omnes nos. & quasi pannus me
struax. uniuersae iustitiae nostrae. Et co
cidimus quasi solum uniuersae. & iniqui
tates nostrae quasi uentus abstulerunt
nos. Non est qui inuocet nomen tuum. qui
consurgat & teneat te. Abscondisti
faciem tuam a nobis & allisisti nos in
manu iniquitatis nostrae. Et nunc domine
pater noster es tu. nos uero lutum. et her
itor noster tu. & opera manuum tuarum
omnes nos. Ne irascaris domine satis. &
ne ultra memineris iniquitatis nostrae. Ec
ce respice. populus tuus omnes nos. Ci
uitas sancti tui facta est deserta. syon
deserta facta est. hierusalem desolata.

domus sanctificationis nostrae & gloria nostrae ubi laudauerunt te patres nostri facta est in excustionem ignis & omnia desiderabilia nostra uersa sunt in ruinas. Nunquid super his continebis te domine: tacebis & affliges nos uehementer.

Scelerunt me q ante no interrogabant inuenerunt q non quaesierunt me dix. Ecce ego ecce ego ad gentem quae nesciebat me & quae non uocabat nomen meum. Expandi manus meas tota die ad populum incredulum q gradit in uia non bona post cogitationes suas. Populus q ad iracundiam prouocat me ante faciem meam semper qui immolant in hortis & sacrificant super lateres q habitant in sepulchris et in delubris idolorum dormiunt q comedunt carnem suillam & uis pphans uasis eorum q dicunt recede a me no appropinques mihi. qm unmundus os. Ita fumus erunt in furore meo ignis ardens tota die. Ecce scriptum est coram me. Non tacebo sed reddam et retribuam in sinu eorum iniquitates uestras & iniquitates patrum uestrorum sicut dicit dominus q sacrificauerunt super montes & super colles exprobrauerunt in reneat opus eorum primum in sinu eorum. Haec dicit dominus. Quomodo si inueniat granum in botro & dicatur ne dissipet illud qm benedictio est. sic faciam propter seruos meos ut non disperdam totum. Et educam de iacob

semen & de iuda possidentem montes & meos. Et hereditabunt eam electi mei & serui mei habitabunt tibi. Et erunt campestra in caualas gregum & uallis & chor in cubile armentorum populo meo q requisierunt me. Et uos qui dereliquistis dominum q oblitus estis montem sanctum meum qui ponitis fortuam mensam & libatis super eam. numerabo uos in gladio & omnes in eccle corruetis pro eo q uocaui et non respondistis. Locutus sum et non audistis. Et faciebatis malum in oculis meis & quae nolui elegistis. Propter hoc haec dicit dominus deus. Ecce serui mei comedent & uos esurietis. Ecce serui mei bibent & uos sitietis. Ecce serui mei letabunt et uos confundentur. Ecce serui mei laudabunt pro exultatione cordis et uos clamabitis pro dolore cordis & pro contitione spiritus ululabis et dimittetis nomen uestrum in iuramentum electis meis. Et interficiet te dominus deus & seruos suos uocabit nomine alio. In quo q benedictus est super terram benedicetur in deo amey. Et q iurat in terra. iurabit in deo amey. Quia obliuioni tradite sunt angustiae priores & q abscondite sunt ab oculis nostris. Ecce enim ego creo caelos nouos et terram nouam & non erunt in memoria priora & non ascendent super cor sed gaudebitis et exultabitis usque in sempiternum in his quae ego creo. Quia ecce ego creo hierusalem exultationem & populum eius gaudium et exultabo in hierusalem et gaudebo in

populo meo. & non audietur in ea ultra
uox fletus et uox clamoris. Non erit
ibi amplius infans dierum. et senex qui
non impleat dies suos. quoniam puer
centum annorum morietur. et peccator
centum annorum maledictus erit.
Et edificabunt domos & habitabunt. et
plantabunt uincas et comedent fructus
earum. Non edificabunt et alius
habitabit. non plantabunt. & alius co-
medet. Secundum enim dies ligni erunt
dies populi mei. & opera manuum eorum
inueterabunt electi mei. Non labora-
bunt frustra. neque generabunt in con-
turbatione. quia semen benedictorum do-
mini est & nepotes eorum cum eis. et
riteque antequam clamet ego exaudiam. et
adhuc illis loquentibus ego audiam. Le-
pus & agnus pascentur simul. & leo et
bos comedent paleas. & serpenti puluis
panis eius. Non nocent. neque occident
in omni monte sancto meo dicit dominus.

Hec dicit dominus. Cae-
lum sedes mea. terra as-
tem scabellum pedum me-
orum. Quae est ista do-
mus quam edificabitis mihi. & quis
iste locus habitatus meus. Omnia haec ma-
nus mea fecit. & facta sunt uniuersa
ista dicit dominus. Ad quem as-
tem respiciam. nisi ad pauperculum et
contritum spiritu & tremencem sermone
meo. Qui immolat bouem quasi qui
terficiat uirum. Qui mactat pecus. et
si quasi excerebret canem. Qui offert
oblationem. quasi quasi sanguinem suillum.

offerat. Qui recordatur thuris. quasi qui
benedicat idolo. Haec omnia elegerunt
in uis suis. et in abominationibus suis ani-
ma eorum delectata est. Unde et ego
eligam illusiones eorum. et quae time-
bant adducam eis. quia uocavi et non
erat qui responderet. locutus sum et non
audierunt. feceruntque malum in oculis
meis. & quae nolui elegerunt. Audite
uerbum domini qui timentis aduerbum
eius. Dixerunt fratres uestri odientes
uos. & abicientes propter nomen me-
um. Glorificetur dominus & uidebi-
mus in laetitia uestra. ipsi autem con-
fundentur. Vox populi de ciuitate. et
uox de templo. uox domini reddentis
retributionem inimicis suis. Antequam
perire peperit. antequam ueniret in
partu est peperit masculum. Qui audi-
uit unquam tale. & qui uidit huic simile.
Nunquid parturiet terra in die una.
aut parietur gens sit. quia parturuit
et peperit syon filios suos. Nunquid
ego qui alios parere facio. ipse non pa-
riam dicit dominus. Si ego qui gene-
rationem ceteris tribuo sterilis ero. ut
dominus deus tuus. Letamini cum
hierusalem. et exultate in ea omnes qui
diligitis eam. Gaudete cum ea. gaudi
uniuersi qui lugent super eam. ut suggans
et repleamini ab uberibus consolationis
eius. & mulgeatis & delictis affluatis
ab omnimoda gloria eius. Quae haec dicit
dominus. Eccc ego declinabo super eam.
quasi fluum pacis. & quasi torrentem
inundantem gloriam gentium quam
suggetis. Ad uera portabimini. et su-

per genia blandientur uobis. Quomodo
sicut mater blandiatur ita ego con-
solabor uos. & in hierusalem consolabun-
tur. Videbitis et gaudebit cor uestrum
et ossa uestra quasi herba germinabunt.
Et cognoscetur manus domini seruis ei-
& indignabit inimici suis. Quia ecce
dominus in igne ueniet. & quasi turbo
quadriga eius reddet in indignatione
furorē suum. & increpationem suam
in flamma ignis. Quia in igne dominus
diudicabit. & in gladio suo ad omne
carnem. & multiplicabuntur inter-
fecti a domino. Qui sanctificabantur
& mundos se putabant in hortis post
unam intrinsecus. qui comedebant car-
nem suillam. et abominationem. et my-
rtim simul consumentur dicit dominus.
Ergo autem opera eorum et cogitatione
eorum uenio ut congregem cum om-
nibus gentibus et linguis. & uenient &
uidebunt gloriam meam. Et ponam in
eis signum. & mutam ex eis qui saluati
fuerint ad gentes in mare. in aethiopia
in lydiam. tenentes sagittam in italiam
et greciam ad insulas longe. ad eos qui
non audierunt de me. & non uiderunt
gloriam meam. Et annuntiabunt glo-
riam meam gentibus. & adducent om-
nes fratres uestros de cunctis gentibus
donum domino in equis & in quadri-
gis et in lecticis. & in mulis. et in car-
ruis ad montem sanctum meum hieru-
salem dicit dominus. quod si inferat
filius israhel munus in uase mundo in domum
domini. Et assumam ex eis in sacer-
dotes et leuitas dicit dominus. quia

sicut celi noui et terra noua. que ego
facio stare coram me dicit dominus. I-
deus. sic stabit semen uestrum & nomen
uestrum. Et erit mensis ex mense. et
sabbatum ex sabbato. Veniet omnis a-
caro. ut adoret coram facie mea dicit
dominus. Et egredientur et uidebunt
cadauera uirorum qui preuaricati sunt
in me. Vermis eorum non morietur.
& ignis eorum non exstinguetur. et e-
runt usque ad facietatem uisionis omni-
um caro. ni.

HIC INTERPRE-
tatio hieronymi est. Si
quid in ea nouerit. secun-
dum hebreos eodices ex-
ploretur. A lia est sepe-
aginta interpretatum ecclesijs usitata.
Que quis nonnulla aliter habeat quam in
hebreis eodibus inuenitur. tamen
utraq. id est secundum septuaginta et
secundum hebream. apostolica aucto-
ritate firmata est. non errore. neque
reprehensione superiorum. sed certo con-
silio septuaginta nonnulli aliter dixis-
se ut contexuisse intelliguntur. Et
Quia ideo premonemus ne quisquam al-
teram ex altera uelit emendare. Quod
singulorum in suo genere ueritas ob-
seruanda est.

HIEREMIAS
propheta cui h. plogv
scribitur in sermone
qdem apud hebreos
Esaię et Osee et qu

busdam alijs prophetis uidetur esse. o
rusticior sed sensibo par est. quippe q
eodem spiritu prophetauerit. Porro sim
plicitas eloquij de loco ei in quo natus
est accidit. Fuit enim Anathoticus q
est usq hodie uiculus tribo ab hiero
solyms distans milibus. sacerdos ex sa
cerdotibz. & in matris utero sanctificat
turginitate sua euangelicum uirum. i
christi ecclesie dedicans. Hic uaticin
n exorsus est puer. & captiuitatem ur
bis atq iudeę non solum spiritu. sed cor
lis carnis intuitus est. Iam decem tri
bz. isrl Assyry in medos transtulerant
tam terras earum colonie gentium pos
sidebant. Unde in iuda tantum. et in
B enuamini prophetauit. & ciuitatis suę
ruinas quadruplici planxit alphabeto
quod nos mensurę metri uersibusque
reddidimus. Preterea ordinem uisio
num q. apud grecos et latinos omnino
confusus est. ad pristinam fidem cor
reximus. Librum autem Baruch no
tarij eius. q. apud hebreos nec legitur
nec habetur pretermisimus. p. his om
nibz maledicta ab emulis prestolan
tes. qbz me necesse est p. singula opu
cula responderę. Et hoc patior. quia r
uos cogitis. Ceterum ad compendiu
mali rectius fuerat modum furori cog

silento meo ponere. quam quotidie
nouu aliqd scriptitantem inuidorum
infamiam puare.

IOACHIM. FILI
Josie cuius tertio decimo
anno pphetare orsus est
Hieremias sub quo et i
Olda mulier propheta

uit. Ipse est q. alio nomine appellat
Eliachim. & regnauit super tribum iu
da et hierusalem annis undecim. Cui
successit in regnum filius Joachin cogni
mento Jeconias. q. tertio mense regni e
ius die decima captus a ducibz Na
buchodonosor ductus est in Babilonem.
& in loco eius constitutus est Sedechia
filius Josie patruus eius cum anno un
decimo hierusalem capta. atq suber
sa est. Nemo igitur putet eundem in
Danielis principio Joachin. q. in Ezechielis
exordio Joachin scribitur. Iste ex
tremam syllabam chin habet. ille chin
et ob hanc causam in euangelio secun
dum Mattheum una uidetur deesse. i
generatio. qa secunda tesseredecis in
Joachin desinit filium Josie. et tertia
incipit a Joachin a filio Joachin. Quo
ignorant Porphyrius calumniam in
struit ecclesie. suam ostendens impe
ritiam. dum euangelistam Mattheum
arguere nititur falsitatis. Quodq. tradi
tum scribit Joachin monstrat. no adue
sarioz fortitudinis fuisse uictoriam. sed
domini uoluntas.

HIEREOIAS
Nathontes q est u
culus tribz & hieroso
lymis distans milibus
apud Taphnas in egypto
a populo lapidibz obrutus occubuit
acet uero in eo loco sepultus quod ducit
pharao rex habitauerat Et quoniam
postulatione sua defugans ab eo eodem
loco serpentibz egyptios x tactu aspi
dum facit esse securos magna cum ibi
religione egyptij uenerantur

ERBA
HIERE
mie prophete
ex filij hel
chie de sa
cerdotibus
q fuerunt
in Anathoz
in terra Beniamin. Quod factum est
uerbum domini ad eum in diebus so

sie filij Amon regis iuda in tridodeci
mo anno regni eius et factum est in
diebus Joachin filij Josie regis iuda usq
ad consumationem undecim annj Se
dechie filij Josie regis iuda usque ad
transmigrationem hierlm in mense q
to. Et factum est uerbum domini
ad me dicens. Prusq te formarem i
utero nouj te & anteq exires de uul
ua sanctificaui te & prophetam i gen

tem dedi te & dixi A. a. a. domine
deus. E. ecce nescio loq. quia puer ego
sum. E. dixit dominus ad me. Noli
dicere q. puer sum. quoniam ad om-
nia quae mittam te. ibis. & uniuersa. q. v-
que mandauero tibi. loquens. Ne ti-
meas a facie eorum. q. tecum ego sum
ut etiam te. dicit dicit dominus. Et
misit dominus manum suam. & tetigit
os meum. & dixit ad me. E. ecce dedi ue-
ba mea in ore tuo. & ecce. constitui te
hodie super gentes et super regna. ut e-
uellas et deseras & disperdas et dis-
sipes. & edifices et plantes. E. factum
est uerbum domini ad me. dicens. Quid
tu uides Hieremia? Et dixi. Virgam
uigilantem ego uideo. & dixit dominus
ad me. Bene uidisti. q. uigilabo ego
super uerbo meo ut faciam illud. Et fa-
ctum est uerbum domini secundo ad in-
dicens. Quid tu uides? Et dixi. Olla
suscensam ego uideo. & faciem eius a
facie aq. lonis. Et dixit dominus ad
me. Ab aq. lone pandetur malum super
omnes habitatores terrae. Q. ecce ego
conuocabo omnes cognationes regionu
aq. lonis ait dominus. & uenient et po-
nent unusquisq. solum suum in intro-
itu portarum Hierusalem. & super
omnes muros eius in circuitu. et super
uniuersas urbes iuda. Et loquitur uidi-
cia mea. cum eis super omnem malitiam
eorum. q. dereliquerunt me. & liba-
uerunt. dys alienis. & adorauerunt.
opus manuum suarum. Tu ergo accinge
lumbos tuos et surge. et loquere. ad co-
omnia quae ego precipio tibi. Ne so-

midetis a facie eorum. nec enim time-
te faciam uultum eorum. Ego quippe
dedi te hodie in ciuitatem munitam. et
in columnam ferream. et in murum. cre-
um super omnem terram. regibus iuda. prin-
cipibus eius et sacerdotibus. & populo ter-
rae. & bellabunt aduersum te. et non
preualebunt. q. ego tecum sum ait
dominus ut liberem te.

T factum est uerbum do-
mini ad me. dicens. S. ad
et clama in auribus hieru-
salem dicens. Haec dicit
dominus. Recordatus sum tui miseris
adulescentiam tuam. & ebaritatem de-
positionis tuae. quando secuta es me in
deserto in terra quae non seminatur. &
Sanctus ihsit domino primitiae frugum
eius. Omnes q. deuorant eum delin-
quunt. mala uenient super eos dicit do-
minus. Audite uerbum domini dom-
Jacob. & omnes cognationes domus ihsit.
Haec dicit dominus. Quid inuenerunt
patres uestri in me iniquitatis. q. lon-
gauerunt a me. et ambulauerunt post
uauitatem. & uiam facti sunt? Et non
dixerunt. ubi est dominus q. ascendit
nos fecit de terra. egypti. q. traduxit. a-
nos per desertum. p. terram inhabitabilem
et inuiam p. terram sitis. & imaginem mo-
tis per terram in qua non ambulauit. uir
neq. habitauit homo. Et induxi uos in
terram carmeli ut comederetis fructum
eius & bona illius. E. ingressi contami-
nastis terram meam. & hereditatem
meam posuistis in abominationem. Sx.

cerdotes non dixerunt: ubi est dominus
et tenentes legem nescierunt me: & past-
res preuaricati sunt in me: Et prophete:
prophetauerunt in Baal. & idola secuti
sunt. propterea adhuc iudicio contem-
dam uobiscum ait dominus & cum fili-
is uestris disceptabo. Transite ad insula
cechun et uidete: & in cecar mutite: et
considerate uehementer et uidete si factum
est huiusmodi. si mutauit gens de-
os suos. Et certe ipsi non sunt dii. Popu-
lus uero meus mutauit gloriam suam in
idolum. Obstupescite celi super hoc. & po-
te eius desolantur uehementer dicit do-
minus. D'o enim mala fecit populus me-
us. M'e dereliquerunt fontem aquae ui-
uax: & foderunt sibi cisternas dissipa-
tas que continere non ualent aquas. &
N unquid seruus est isrl aut uernaculus:
Quare ergo factus est in predam. Super
eum rugierunt leones & dederunt uo-
cem suam. posuerunt terram eius in so-
litudinem. Ciuitatis eius excusse sunt:
& non est q' habitet in eis. filij quoq'
me phcos et taphnes constuprauerunt i-
te usq' ad uerticem. Nunquid non istud
factum est tibi quia dereliquisti domi-
num deum tuum eo tempore quo du-
cebat te p' uiam. Et nunc quid tibi
uis in uia Egypti. ut bibas aquam tur-
bidam: Et qd tibi cum uia Assyriore.
ut bibas aquam fluminis. Arguet te
malitia tua et auersio tua increpabit te.
S cito & uide q'a malum et amarum est
reliquisse te dominum deum tuum. &
non esse timorem eius apud te dicit
dominus deus exercituum. X. saeculo

confregisti iugum meum. rupisti uincula
mea et dixisti Non seruiam. In omni
enim colle sublimi et sub omni ligno fro-
doso tu p' sternaberis meretricis. Ego aut
plantau te uincam delectam omne seme-
uerum. Quomodo ergo conuersa es mihi
in prauum uinea aliena. Si laueris te
nitro. & multiplicaueris tibi herbam bo-
riti maculata es in iniquitate tua. coram
me dicit dominus deus. Quomodo dicit
non sum polluta post baalim non am-
bulau. Vide uias tuas in conualle. sci-
to qd feceris. Cur sor leuis explicans i-
uias suas. onager assuetus in solitudine
in desiderio anime suae attraxit uentem
amoris sui. Nullus auertit eam. omne
q' quaerunt eam non deficient. in me-
struis eius inueniet eam. Probite pedes
tuos a nuditate. et guttur tuum a
siti et dixisti. Desperau. nequaquam facias
Adamaui quippe alienos. & post eos
ambulabo. Quomodo confunditur fur
quando deprehenditur. sic confusi sunt
domus isrl ipsi et reges eorum. princi-
pes et sacerdotes & prophete eorum dice-
tes ligno pater meus es tu. & lapidi tu
me genuisti. Verterunt ad me tergum
& non faciem. & in tempore afflictio-
nis suae dicent. surge et libera nos. Ubi
sunt dii tui quos fecisti tibi. Surgant
& liberent te in tempore afflictionis i-
tuae. Secundum numerum quippe ciui-
tatum tuarum. erant dii tui iuda. Qd
uultis in eum iudicio contendere. Om-
nes dereliquistis me dicit dominus. Frustr
percussu filios uestros disciplinam non
repperunt. Deuorauit gladius uester

propheta: uestros. quas leo uastator.
generatio uestra. Videte uerbum dñi.
Nunquid solitudo factus sum israel. au ter
ra serotina. Quare ergo dixit populus
meus. recessimus. non uenimus ultra.
ad te. Nunquid obliuiscatur ungo or
namenti sui. aut sponsa. fasciae pectora
lis suae. Populus uero meus oblitus est
mei diebus innumeris. Quid niteris bo
nam ostendere. uiam tuam ad quaeren
dam dilectionem. quae in super & maliti
as tuas docuisti uias tuas. & in alis tuis
inuentus est sanguis animarum paupe
rum et innocentum. Non in fossis inu
ni cum sed in omnibus quae supra memor
ui. & dixisti Absque peccato et innocens
ego sum. & propterea auertatur furor
tuus a me. Ecce ego iudicio contendam
tecum. eo quod dixeris non peccaui. Quam
uilis facta es nimis. iterans uias tuas. o
Et ab egypto confunderis sicut confusa
es ab assur. Nam et ab ista egredie
ris. & manus tuae erunt super caput tuum
quoniam obtulit dominus confidentia
tuam. & nihil habebis prosperum.

Uirgo dicitur. Si dimi
serit uir uxorem suam et
recedens ab eo duxerit ui
rum alterum. nunquid re
uertetur ad eam ultra. Nunquid non
polluta erit & contaminata mulier illa.
Tu autem fornicata es cum amatoribus in
uis. tamen reuertere ad me dicit dominus.
& ego suscipiam te. Luce oculos tuos
in directum & uide ubi nunc prostrata
sis. In uis secludebas expectans eos quas

Latro insidians in solitudine. & polluis
ti terram in fornicationibus tuis & in
malitijs tuis. Quamobrem prohibere se
stille pluuiarum & serotinus unbes.
non fuit. Frons mulieris meretricis
facta est tibi. noluit erubescere. Ergo
saltem amodo uoca me. pater meus dux
uigilatis mee tu es. Nunquid irascere
in perpetuum. aut perseverabis in fine.
Ecce locuta es et fecisti mala. & potui
sti & dixit dominus ad me in diebus
iosie regis. Nunquid uidisti quae fecerit
aduersariae israel. Abijt sibi & super
omnem montem excelsum. & sub omni
ligno frondoso & fornicata est ibi. et
dixi. cum fecisset haec omnia ad me re
uertere & non est reuersa. Et uidit
preuaricatrix soror eius juda. quia pro
eo quod mechata esset aduersariae israel di
misisset eam & dedisset ei libellum
repudij & non timuit preuaricatrix
juda soror eius. sed abijt et fornicata est
et ipsa. & facilitate fornicationis suae
contaminauit terram. & mechata est
cum lapide et ligno. Et in omnibus his
non est reuersa ad me preuaricatrix so
ror eius juda in toto corde suo. sed in
mendacio ait dominus. et dixit dominus
ad me. Iustificauit animam suam ad
sariae israel comparatione preuaricati
cis juda. Vade et clama sermones istos
contra aglonem & dices. Reuertere
aduersariae israel ait dominus. & non
auertam faciem meam a uobis. quia
sanctus ego dicit dominus. & non tra
scar in perpetuum. Veruntamen scito
iniquitatem tuam. quia in dominum o

deum tuum preuaricata es. Et disper-
si sunt uas tuas aliens sub omni ligno
frondoso & uocem meam non audisti
ait dominus. **C**onuertimini filij reuer-
tentel dicit dominus. qm ego uir uir-
E t assumam uos unum de ciuitate et i-
duos de cognatione & introducam uos
in syon. Et dabo uobis pastores iuxta
cor meum. & pascet uos scientia &
doctrina. Cunque multiplicati fueri-
tis & creueritis in terra. in diebus illis
ait dominus. non dicent ultra. a rex
testamenti domini. neq. ascendet super
eor. neq. recordabuntur illius. nec iusti-
tabunt. nec fiet ultra. In tempore illo
uocabunt Hierusalem solum dominus
congregabuntur ad eam omnes gentes
in nomine domini in hierlm. et non
ambulabunt post prauitatem cordis su-
peruum. In diebus illis ibit domus iuda
ad domum isrl. et uenient simul de te-
ra aqilonis ad terram quam dedi pa-
tribus uestris. Ego autem dixi. Quomo-
do ponam te in filios. et tribuam tibi ter-
ram desiderabilem hereditatem precla-
ram exercituum gentium. & dixi. Pa-
trem uocabis me. & post me ingredi no-
cessabis. Sed quomodo si contempnit
mulier amatorem suum. sic contempnit
me domus isrl. dicit dominus. Vox in
uijs audita est ploratus et ululatus fili-
orum isrl. quoniam iniquam fecerunt
uiam suam. obliu sunt domini dei sui.
Conuertimini filij reuertentes & sanabo
aduersiones uestras. Ecce nos uenimus
ad te. Tu enim es dominus deus noster. i-
Vere mendaces erant colles et multitu-

do montium. Vere in domino deo nro
salus israel. Confusio comedit laborem
patrum nostrorum ab adolescentia nra
greges eorum et armenta eorum. filios
eorum et filias eorum. Dormimus in co-
fusione nostra et operiet nos ignominia
nostra. quoniam domino deo nostro. i-
peccauimus nos & patres nostri ab ado-
lescentia nostra usq. ad diem hanc. & i-
non auduimus uocem dni dei nri.

I reuerteris isrl. ait domi-
nus ad me. conuerter. Si
abstuleris offendicula tua
a facie mea. non commo-
ueberis & iurabis uiuere dominus in ue-
ritate et in iudicio et in iustitia & be-
nedicent cum gentes ipsumq. laudabunt.
Hec enim dicit dominus uro iuda et
habitatori hierusalem. Nouate uobis
nouale. & nolite serere super spinas. Cir-
cuidimini domino & auferite praepo-
sita cordium uestrorum uin iuda &
habitatores hierusalem. ne forte egre-
diatur ut ignis indignatio mea. et suc-
cendatur et non sit q. extinguat propter
malitiam cogitationum ueststrarum. An-
nuntiate in iuda & hierlm. auditum fa-
cite & loquimini & canite tuba in terra.
clamate fortiter & dicit. Congre-
gamini et ingrediamini ciuitates mun-
tas leuate signum in syon. Confortamini
nolite stare. qm malum ego adduco
ab aqilone & contritionem magnam. i-
Ascendit leo de cubili suo & pardo ge-
tium se leuauit. Egressus est de loco
suo ut ponat terram tuam in solitudi-

nem. C iuitates tuae uastabuntur. re-
manentes absque habitatore. Super hoc
accingite uos cilicys plangite & ulula-
te. quia non est aduersa ira furoris do-
mini a uobis. Et erit in die illa dicit
dominus pibit cor regis et cor princi-
pum. & obstupescunt sacerdotes. proph-
te consternabuntur & dixi. Heu. heu. he
domine deus. Ergo ne decepisti populum
istum et hierusalem dicens. pax erit. &
uobis. Et ecce peruenit gladius usque
ad animam. In tempore illo dicitur po-
pulo huic. et hierusalem uentus urens
in uis quae sunt in deserto. uis filiae
populi mei non ad uentilandum et
ad purgandum. Spiritus plenus ex hi
ueniet mihi. Et nunc ego. sed loquar
iudicia mea cum eis. Ecce quasi nubes
ascendat. et quasi tempestas curru
us. & electiores aqulis equi illius & c.
nobis. quoniam uastati sumus. L uia
malitia cor tuum hierusalem ut salua
fias. Usquequo morabuntur in te cogi-
tationes noxiae. Vox enim annuntia-
tis a deo et notum facientis idolum de
monte ephraim. Dicite gentibus. Ecce
auditum est in hierusalem. custodes
uenire de terra longinqua & dare spe-
per ciuitates uida uocem suam. Quasi
custodes agrorum facti sunt super ea
in gyro. quia me ad iracundiam pro-
uocauit dicit deus. & uis tuae et cogi-
tationes tuae fecerunt haec tibi. Ista
malitia tua quia amara quae tetigit co-
ntuum. Ventrem meum uentrem meum
doleo. sensus cordis mei turbati sunt
in me. Non tacebo. quoniam uocem buccae

nae audiuit. anima mea clamorem pro-
ly. **C**ontritio super contritionem uocata
est. & uastata est omnis terra. Repe-
te uastata sunt tabernacula mea. sube-
to pelles mee. & usquequo uidebo fugi-
entem. audiam uocem buccae. **Q**uia
stultus populus meus me non cognouit.
Filius insipientes sunt & uecordes. Sapien-
tes sunt ut faciant mala. bene autem fa-
cere nescierunt. Aspexi terram et ec-
ce uacua erat & nihil et caelos & non
erat lux in eis. Vidi montes & ecce
mouebantur. et omnes colles contur-
bati sunt. Intuitus sum et ecce non e-
rat homo & omne uolatile caeli recessit.
Aspexi & ecce carmelus desertus
& omnes urbes eius destructae sunt &
facie domini & a facie irae furoris eius.
haec enim dicit dominus. Deserta erit
omnis terra. sed tamen consumationes
non faciam. Lugebit terra & moer-
ebunt caeli desuper eo quod locutus sum.
Cogitavi & non poenituit me. nec ad-
uersus sum ab eo & uocem equitis &
mittentis sagittam fugit omnis ciui-
tas. Ingressi sunt ardua & ascenderunt
rupes. & inuersae urbes derelictae sunt
& non habitat in eis homo. Tu autem
uastata quae facies. Cum uestiens te
coccino eum ornata fueris monili au-
reo. & pinxeris stibio oculos tuos. &
frustra componeris. Contempserunt
te amatores tui. animam tuam quae-
rent. Vocem enim quasi parturien-
tis audiui. angustias ut puerpere. No-
filiae syon inter moerentes expanden-
tesque manus suas. Ne mihi quia defecit

anima mea pp̄ interfectos.

Ite uas hierusalem. & aspice & considera & querite in plateis eius. an inueniatis uirum facientem iudicium & querentem fidem. Propitius ero ei. Quod si etiam uiuit dñs dixerint & hoc falso iurabunt. Domine oculi tui respiciunt fidem. Percussisti eos & non doluerunt. attriusti eos et reuerunt accipere disciplinam. Induruerunt facies suas supra petram. & noluerunt reueri. Ego autem dixi. forsitan pauperes sunt et stulti. ignorant uiam domini & iudicium dei sui. Ibo ergo ad optimates & loquar eis. Ipsi enim cognouerunt uiam domini & iudicium dei sui. Et ecce magis hi simul confregerunt iugum. ruperunt uincula. lecirco percussit eos leo de silua. lupus ad uesperam uastauit eos. & pardus uigilans super ciuitates eorum. Omnis q̄ egressus fuerit ex eis capietur. quia multæ sunt prauaricationes eorum. confortate sunt aduersiones eorum. Super quo propitius tibi esse potero. Filii tui dereliquerunt me. & iurant i hiis qui non sunt di. Saturauit eos & mechati sunt. & in domo meretricis luxuriabantur. E qui amatores in feminas & emulsi facti sunt. unusquisque ad uxorem proximi sui hincibat. Nunquid super his non uisitabo dicit dominus. & in gente tali non ulciscetur anima mea. Ascendite muros eius et dissipate. consumate

autem nolite facere. A uerte propagines eius. quia non sunt domini. Præuaricatione enim prauaricata est in me. domus isrl̄ et domus iuda ait dominus. Ne egauerunt dominum et dixerunt. Non est ipse. neq̄ ueniet super nos malum. gladium et famem. & non uidebimus. Prophete fuerunt inuentum locuti. & responsum non fuit in eis. Hæc ergo eueniet illi. hæc dicit dominus dñs exercituum. Quia locuti estis uerbum istud. Ecce ego do uerba mea in ore tuo in ignem. et populum istum in lingua. et uorabit eos. Ecce ego adducam sup̄ uos gentem de longinquo. domus isrl̄ ait dominus. gentem robustam. gentem antiquam. gentem cuius ignorabis linguam. nec intelliges quid loquatur. Pharetra eius quasi sepulchrum patens. uniuersi fortes. Et comedet segetes tuas. & panem tuum deuorabit. filios tuos et filias tuas comedet. gregem tuum & armenta tua. & comedet uincam tuam & ficam tuam. et conteret urbes munitas tuas in quibus tu habes fiduciam. in gladio. Veruntamen in diebus illis ait dominus uos in consumationem. Quod si dixeritis quare fecit dominus deus noster nobis hæc omnia. dicet ad eos. Sicut dereliquistis me. & seruistis deo alieno in terra uestra. sic seruetis diis alienis in terra uestra. Annuntiate hæc domui iacob & auditum facite in iuda dicentes. Audi popule. stulte q̄ non habes cor. qui habentes oculos non uidetis. & aures & non

auditis. Me ergo non timebitis aut
dominus. & a facie mea non dolebitis.
Qui posuit harenam terminum mari. pre-
ceptum sempiternum quod non prete-
rbit & commouebuntur et non pote-
runt et intumescunt fluctus eius et
non transibunt illud. Populo autem
huic factum est cor incredulum et
exasperans. Recesserunt & abierunt.
& non dixerunt in corde suo. Metua-
mus dominum deum nostrum. qui dat
nobis pluuiam temporaneam et sortitum
in tempore suo. plenitudinem annue.
et messis custodientem nobis. Iniquitates
nostre declinauerunt hinc & peccata
nostra prohibuerunt bonum a nobis.
quia inuenti sunt in populo meo impij
sidiantes quasi aucupes. laqueos ponen-
tes & pedicas ad capiendos uiros. Si-
cut decipula plena auro. sic domus
eorum plene dolo. Ideo magnificati sunt
& ditati. inersati sunt & unpinguati.
et preterierunt sermones meos pessime.
Causam uidue non iudicauerunt. cau-
sam pupilli non dixerunt. et iudi-
cium pauperum non iudicauerunt.
Nunquid super his non uisitato dicit do-
minus. aut super gentem huiuscemodi
non ulescet anima mea. Stupor &
mirabilia facta sunt in terra. prophete
prophetabant mendacium. & sacerdo-
tes applaudebant manibus suis. & popu-
lus meus dilexit talia. Quid igitur fi-
et in nouissimo eius

Confortamini filij Benia-
min in medio hierusalem
& in techeua clangite buc-
cina & super Bethacares.
leuate uexillum. quia malum uisum est
ab aqilone & contritio magna. Specto-
se & delicate assumlaui filiam syon. ad
eam uenient pastores & greges eorum.
fixerunt in ea tentoria in circuitu pale-
us. unusque col. qui sub manu sua sunt.
Sanctificate super eam bellum. confu-
gite et ascendamus in meredie. Ne no-
bis quia declinauit dies. quia longiores
facte sunt umbre uesperis. Surgite et
ascendamus in nocte & dissipemus do-
mus eius. quia hec dicit dominus ex-
ercituum. Cedite lignum eius. & fusa-
cite circa hierusalem aggerem. Hec est
ciuitas uisitacionis. omnis calumnia.
in medio eius. Sicut frigidam facit
cisterna aquam suam. sic frigidam fe-
cit malitiam suam. Iniquitas et uastitas
audietur in ea coram me. sp. infirmitas
& plaga. Erudite hierusalem. ne forte
recedat anima mea a te. ne forte po-
nam te desertam terram inhabitabilem.
Hec dicit dominus exercituum. Non
ad racemum colligent quasi in uinea.
reliquis istis. Conuertere manum tuam
quasi uindictator ad cartallum. Cui
loquar et quem contestabor ut audi-
at. Ecce inaruisce aures eorum. &
audire non possunt. Ecce uerbum
domini factum est eis in obprobrium.
& non suscipient illud. Iecituro furor
domini plenus sum. laboraui sustinens.
Effunde super paruulum fortis. et

super concilium iuuenum simul & n. n.
cum muliere capietur: senex cum pleno
dicum. Et transibunt domus eorum &
adulteros agni & uxores pariter: quia certe
dam manum meam super habitantes ter-
ram dicit dominus. A minore quippe
usque ad maiorem omnes auaritia studet.
& a propheta usque ad sacerdotem cuncti
faciunt dolum. Et curabant contentioni
filii populi mei cum ignominia dicentes
pax pax & non erat pax. Confusi sunt
quia abominationem fecerunt: quoniam potius
confusione non sunt confusi et erubescere
nesciunt. Quamobrem cadent inter ruen-
tes in tempore uisitationis suae corruent
dicit dominus. Hae dicit dominus. Sta-
te super uias & uidete & interrogate de
semitis antiquis quae sit uia bona & am-
bulate in ea & inuenietis refrigerium &
animabus uestris. Et dixerunt. Non
ambulabimus. Et constitui super uos o-
speculatores. Et dixi. Audite uocem ve-
stram. Et dixerunt. Non audiemus. Ideo
audite gentes et cognoscite congregatio
quia ego faciam eis. Audite ecce ego ad-
ducam mala super populum istum. Fru-
tum cogitationum eius quia uerba mea non
audierunt & legem meam peccerunt.
Et quod mihi tribus de saba afferens & cala-
mum suauiter olentem de terra longinqua.
Hi olcaustomata uestra non sunt accepta
& uictime uestrae non placuerunt mihi.
Praeterea haec dicit dominus. Ecce ego da-
bo in populum istum ruinas & ruent
in eis patrem & filium simul. uicinus &
proximus peribunt. Haec dicit domi-
nus. Ecce populus uenit de terra aqsonis et

gens magna consurgens a finibus terrae.
Sagittam et scutum arripiet: crudelis
est & non miserebitur. Vox eius quasi
mare sonabit & super equos ascendet
preparati quasi uir ad proelium adue-
sum te filia syon. Audiuimus famam
eius. disolute sunt manus nostrae. Tri-
bulatio apprehendit nos. dolores ut pa-
turi entem. Nolite exire ad agros &
in uineam ne ambuletis. quoniam gla-
dius inimici pauor in circuitu. Filii po-
puli mei accingere cunctis & conspiger
cinere. Luctum unigeniti fac tibi plan-
tum amarum. quia repente uenit uasta-
tor super uos. Probatores dedi te in
populo meo robustum & scies & pro-
babis uias eorum. Omnes isti principes
declinantes ambulantes fraudulentem.
Es & ferrum uniuersi corrupti sunt.
Defecit sufflatorum in igne consump-
tum est plumbum. Frustra conflauit
conflator. malitia enim eorum non sunt
consumpta. Argentum reprobum uo-
cate eos quia dominus peccat illos.

Et uerbum quod factum est
ad Iheremiam a domino
dicens. Sta in porta domus
domini & predica ibi ue-
rum istud & dic. Audite uerbum do-
mini omnis iuda qui ingredimini per por-
tas has ut adoretis dominum. Haec di-
cit dominus exercituum deus israel. Bonae
facite uias uestras & studia uestra & ha-
bitabo uobiscum in loco isto. Nolite co-
fidere in uerbis mendacii dicentes tem-
plum domini. templum domini. templum.

domini est. Quoniam si benedixeritis
uas uestras & studia ur̄a. si feceritis iu-
dicium inter uirum et proximum eius.
aduene et pupillo & uidua non fece-
ritis calumniam. nec sanguinem innocen-
tem effunderitis in loco hoc. & post de-
os alienos non ambulaueritis in malum.
uobismetipsis habitabo uobiscum in loco
isto in terra quam dedi patribus uestris
a seculo & usque in seculum. Ecce uos
confiditis uobis in sermonibus mendacij.
quod non perierunt uobis furari. occidere.
adulterari. urari. mendaciter. libari. tra-
hant. & ire post deos alienos quos igno-
ratis. Et uenistis & stetitis coram me in
domo hac in qua inuocatum est nomen
meum. & dixistis liberati sumus. eo quod fe-
cerimus omnes abominationes istas. Nun-
quid ergo spelunca latronum facta est.
domus ista. in qua inuocatum est nomen
meum in oculis uestris. Ego ego sum. E-
go uidi. dicit dominus. Ite ad locum me-
um in sylo ubi habitauit nomen meum a
principio & uidete quae fecerim eis pro
malitiam populi mei israel. Et nunc quae
fecistis omnia opera haec dicit dominus.
& locutus sum ad uos. mane consurgens
et loquens & non audistis. et uocauit
uos & non respondistis. faciam domui-
bue in qua inuocatum est nomen meum.
& in qua uos habetis fiduciam & loco-
quem dedi uobis et patribus uestris. sicut
feci sylo. & proieci uos a facie mea.
sicut proieci omnes fratres uros uniuersos
seme effraim. Tu ergo noli orare pro po-
pulo hoc. nec assumes pro eis laudem
orationem. & non obstitas mihi. quia

non exaudiam te. Nonne uides quod isti
faciunt in ciuitatibus iuda. & in plateis
herusalem. filij colligunt ligna. & patres
succendunt ignem. & mulieres conser-
gunt adipem ut faciant placenta. regi-
nae caeli. et libent. dijs alienis. & me ad
iracundiam prouocent. Nunquid me ad
iracundiam prouocant. dicit dominus.
Nonne semetipsos in confusionem uul-
tus sui. Ideo haec dicit dominus deus.
Ecce furor meus & indignatio mea con-
flatur super locum istum. super uiros. &
super uimenta. et super lignum regio-
nis & super fruges terre. & succendet
et non extinguetur. Haec dicit domi-
nus exercituum deus israel. Holocausto
mata uestra addite. uictimis uestris. &
comedite carnes. quia non sum locutus
cum patribus uestris. & non precepi eis
in die qua eduxi eos de terra egypti
de uerbo holocaustorum. et uictima-
rum. sed haec uerbum precepi ei. dicens.
Audite uocem meam. & ero uobis de-
us. & uos eritis mihi populus. &ambu-
late in omni uia. quam mandauit uobis.
ut bene sit uobis. Et non audierunt.
nec inclinauerunt aurem suam. sed ab-
erunt in uoluptatibus & prauitate cor-
dis sui mali. factique sunt. retrorsum. et
non in ante. a die qua egressi sunt pa-
tres eorum de terra egypti usque ad
diem hanc. Et misi ad uos omnes ser-
uos meos prophetas per diem. consur-
gens diluculo et mittens. & non audie-
runt me. nec inclinauerunt aurem suam.
sed indurauerunt ceruicem suam. & pe-
uis operati sunt. quod patres eorum. Et

loqueris ad eos omnia, uerba haec & non audient te & uocabis eos & non respondebunt tibi. Et dices ad eos haec est gens quae non audiuit uocem domini dei sui nec recepit disciplinam. Perierit fides & ablata est de ore eorum. Tonde capillum tuum et proice & sume in directum plandum. quia proicit dominus & reliquit generationem futuram. quia fecerunt filii iuda malum in oculis meis dicit dominus. posuerunt officinam suam in domo in qua inuocatum est nomen meum. ut polluerent ea et edificauerunt excelsam tophet quae est in ualle filii emmon. ut incenderet filios suos & filias suas igni. quae non precepi nec cogitavi in corde meo. Ideo ecce dies ueniunt dicit dominus & non dicetur amplius tophet & uallis filii emmon. sed uallis interfectionis. et sepelientur in tophet. eo quod non sit locus. Et erit mortuorum populi huius in cibo uoluentibus caeli & bestiis terre. & non erit qui abigat. Et quiescere faciam de urbibus iuda & de plateis hierusalem. uocem gaudij et uocem latitiae. uoces sponsi & uocem sponsae. In desolatione enim erit terra.

N tempore illo ait dominus. eiciant ossa regum iuda & ossa principum eius & ossa sacerdotum & ossa prophetarum & ossa eorum qui habitauerunt hierusalem de sepulchris suis & expandent ea ad solem & lunam & omnem militiam caeli. quae di-

lexerunt & quibus seruerunt et post quae ambulauerunt & quae quiesierunt et adorauerunt. Non colligentur & non sepelientur in sterquilinum super faciem terrae. Et eligent magis mortem quam uitam omnes qui residui fuerint de cognatione hac pessima. in uniuersis locis quae derelicta sunt ad quae eiecit eos dicit dominus exercituum. Et dices ad eos. Haec dicit dominus. Nunquid qui cadit non resurgit. et qui aduersus est non reuertetur. Quare ergo aduersus est populus iste in hierusalem aduersione contentiosus. Apprehenderunt mendacium & noluerunt reuerti. Attendite & auscultate. nemo quod bonum est loquitur. Nullus est qui agat penitentiam super peccato suo dicens. Quae feci. Omnes conuersi sunt ad cursum suum. quasi equus impetu uadens in praetorium. Niluus in caelo cognouit tempus suum. turtur et hirundo & ciconia custodierunt tempus aduentus sui. populus autem meus non cognouit iudicium domini. Quod dicitis sapientes nos sumus. & lex domini nobiscum est. Vere mendacium operatus est stilix mendax scribae. Confusi sunt sapientes. perterriti & capti sunt. Verbum enim domini proiecerunt. et sapientia nulla est in eis. Propterea dabo mulieres eorum exteris. agros eorum heredibus. Quia a minimo usque ad maximum omnes auaritiam sequuntur. a propheta usque ad sacerdotem cuncti faciunt mendacium. Et sanabant contritiones filiarum populi mei ad ignominiam dicentes pax pax. cum non esset pax. Confusi sunt in quia abominationem fecerunt. quoniam eorum

fusione non sunt confusi & erubescere
nescierunt. Ideo cadent inter corruo-
tes. in tempore uisitationis suae corruent
dicit dominus. Congregans congrega-
bo eos ait dominus. Non est uua in uiti-
bus & non sunt in ficulnea. solum deflu-
xit. et dedi eis quae praetergressa sunt.
Quare sedemus. Conuenite et ingrediamur
ciuitatem munitam & sileamus ibi. quia
dominus deus noster silere nos fecit. & po-
tum dedit nobis aquam felle. peccauimus
enim domino. Expectauimus pacem
& non erat bonum tempus medelae
& ecce formido. Adan auditus est fre-
mitus equorum eius. a uoce innituum pe-
gnatorum est commota est omnis ter-
ra. Et uenerunt & deuorauerunt ter-
ram et plenitudinem eius. urbem & ha-
bitatores eius. Quia ecce ego mittam uos
bis serpentes pessimos quibus non est incan-
tatio. & mordebunt uos ait dominus.
Dolor meus super dolorem. in me cor me-
um incoerens. Ecce uox clamoris filiae
populi mei de terra longinqua. Nunquid
dominus non est in syon. aut rex eius
non est in ea. Quare ergo me ad ira-
cundiam concitauerunt in sculpulis
suis & in uanitate alienis. Transiit
messis finita est aestas & nos saluari non
sumus. Super contritione filiae populi
mei contritus sum et contristatus. stu-
por obtinuit me. Nunquid resina non
est in galaad. aut medicus non est ibi.
Quare igitur non est obducta cicatrix
filiae populi mei.

457
Vis dabit capiti meo aquam
& oculis meis fontem lachry-
marum & plorabo die ac
nocte interfectos filiae po-
puli mei. Quis dabit me in solitudine
diuersorum uiatorum. Et derelinque
populum meum & ecclesiam ab eis. quia
omnes adulteri sunt. & caecus praeuari-
torum. & extenderunt linguam suam
quasi arcum mendaciae & non ueritatis.
Confortati sunt in terra. quia de ma-
lo ad malum egressi sunt. & me non
cognouerunt. dicit dominus. Unusquisque
se a proximo suo custodiat. & in omni
fratre suo non habeat fiduciam. quia om-
nis frater supplantas supplantabis. &
omnis amicus fraudulenter incedet. et
uir fratrem suum deridebit & uerita-
tem non loquentur. Deuerunt enim
linguam suam loqui mendacium. ut unusquisque
agerat laborauerunt habitatio tua in
medio doli in dolo tenuerunt scire in-
dicit dominus. Propterea haec dicit do-
minus exercituum. Ecce ego confla-
bo et prohibo eos. Quod enim aliud faciam
a facie populi mei. Sagitta uulne-
rans lingua eorum. dolum locuta est.
In ore suo pacem cum amico suo loquitur
& occulte ponit ei insidias. Nunquid
super his non uisitabo dicit dominus. aut
in gente huiusmodi non ulciscetur a-
nima mea. Super montes assumam fle-
tum ac lamentum. & super speciosa de-
serti planctum. quoniam incensa sunt
coeli quae non sit uir pertransiens. & non
audierunt uocem possidentis. A uoluerunt
caeli usque ad pecora transmigrauerunt.

& recesserunt. Et dabo hierusalem in
aceruos harenæ et cubilia draconum et
ciuitates iuda dabo in desolationem eo q
non sit habitator. Quis est uir sapiens q
intelligat hæc & ad quem uerbum on
domini fiat: ut annuntiet istud: quare
perierit terra: et ocusta sit quasi dese
tum eo q non sit qui pertranseat. Et
dixit dominus. Quia dereliquerunt le
gem meam quam dedi eis & non audie
runt uocem meam & non ambulauerunt
in ea & abierunt post prauitatem cor
dis sui & post Baalim quod didicerunt
a patribus suis: ideo hæc dicit dominus
exercituum ds isrl. Ecce ego cibabo po
pulum istum absinthio & potum dabo
eis aquam felle & dispergam eos in gese
tibz quas non nouerunt ipsi et patres e
orum & mittam post eos gladium donec
consumantur. Hæc dicit dominus ex
cituum. Contemplamini et uocate lame
tatrices ut ueniant & ad eas que sapi
entes sunt mittite properent festinent
& assumant super nos lamentum. De
ducant oculi nostri lachrymas & pal
pebra nostre defluant: aqua quia uox
lamentationis audita est de syon. Quo
modo uastati sumus & confusi ueheme
ter: Quia dereliquimus terram quonia
deiecta sunt tabernacula nostra. Au
dite ergo mulieres uerbum domini &
assumant aures uestre sermonem oris
eius & doceat filias ustras lamentum &
unaqueq proxima suam plandem: quia
ascendit mors per fenestras nostras in
gressa est domos nostras disperdere
paruulos de foris iuuenes de plateis.

Loquere hæc dicit dominus. Et cadet
morticinum hominis quasi steruus super
faciem regionis & quasi foenum post te
gum metentis & non est q colligat. Hæc
dicit dominus. Non gloriatur sapiens in
sapientia sua & non gloriatur fortis in
fortitudine sua: et non gloriatur diues
in diuitijs suis: sed in hæc gloriatur qui
gloriatur scire & nosse me: quia ego sum
dominus q facio misericordiam et iudi
cium & iustitiam in terram. Hæc enim
placent mihi ait dominus. Ecce dies a
ueniunt dicit dominus & uisitabo su
per omnem q incircumcisum habet prepu
tium super egyptum et sup iudam et
super edo & super filios Ammon & i
sup Moab et super omnes q attonsi sunt
in comam habitantes in deserto: quia o
nes gentes habent preputium: omnis
autem domus isrl incircumcisi sunt cor
de.

Et dicit uerbum quod lo
cutus est dominus super
uos domus Israel. Hæc dicit
dn̄s iuxta uas gentis
nolite discere: & a signis celi nolite in
tuere que timent gentes: quia leges et
populorum uane sunt. Quia lignum i
de saltu precidit opus manus artificis i
ascia. Argento & auro decorauit illud
clauis & malleis compegit: ut non dis
soluatur in similitudinem palme: fa
bricata sunt & non loquentur: porta
ta tollentur: quia incedere non ualent.
Nolite ergo timere ea: quia nec male
possunt facere nec bene. Non est si
milis tui domine: magnus es tu & ma.

gnum nome tuum in fortitudine. Quis
non timebit te o rex gentium. Tuum e
enim decus. Inter cunctos sapientes ge
tium. & in uniuersis regnis eorum. nul
lus est similis tui. Pariter insipientes e
fatui pbabuntur. Doctrina uanitas
eorum lignum est. Argentum inuo
lutum de tharsis affertur. & aurum
de ophax. opus artificis & manus. era
ry. hyacinthus & purpura indumen
tum eorum. Opus artificum uniuersa
haec. dominus autem deus uerus est. Ipe
deus uiuens & rex sempiternus. Ab in
dignatione eius commouebit terra. &
non sustinebunt gentes comminationes
eius. Sic ergo dicetis eis. Qui caelos et
terram non fecerunt. pereant de terra
& de his quae sub caelo sunt. Qui facit te
ram in fortitudine sua. preparat orbem
in sapientia sua. & prudentia sua exten
dit caelos. ad uocem suam dat multitudi
ninem aquarum in caelo. & eleuat ne
bulas ab extremitatibus terrae. Fulgura
in pluuiam facit. & educit uentum de
thesauris suis. Stultus factus est omnis
homo a scientia sua. confusus est arti
fex omnis in sculpsali. quoniam falsum
est quod conflauit. & non est spiritus
in eis. Vana sunt et opus in se dignum.

In tempore uisitacionis suae peribunt.
Non est his similis pars iacob. Qui enim
enim formauit omnia ipse est. & iheru
iurga hereditatis eius. dominus exer
cituum nomen illi. Congrega de ter
ra confusionem tuam que habitas in
obsidione. quia haec dicit dominus. Ec
ce ego longe projiciam habitatores te

re in hac uice. & tribulabo eos ita ut
non inueniant. Vae mihi super contri
tione mea pessima plaga mea. Ego au
tem dixi. Plane haec infirmitas mea e
& portabo illam. Tabernaculum meum
uastatum est. omnes funiculi mei di
rupti sunt. Filij mei exierunt a me. et
non subsistunt. Non est qui extendat
ultra tentorium & erigat pelles meas
quia stulte egerunt pastores & domi
dei nostri locutus est ad nos. Surrexe-
runt ergo uiri de senioribus terrae. et
dixerunt ad omnem ceterum populum. i.
loquentes. Micheas demorasti fuit. p-
pheta in diebus Ezechiae regis iuda.
& ait ad omnem populum iude diceſ.
Hic dicit dominus exercituum syon.
quasi ager arabitur. & hierusalem ^{regem}
aceruum lapidum erit. & mons domus ^{uab}
in excelsa siluarum. Nunquid morte
condemnavit eum Ezechias rex iuda
et omnis iuda. Nunquid nos ^{ad}
muerunt dominum. & deprecati sunt
faciem domini. et poenituit dominus
mali quod locutus fuerat aduersum
eos. Itaque nos facimus malum grande
contra animas nostras. fuit quoque uir
prophetans in nomine domini. Urias
filius Semai de cariatuarum. & pro-
phetavit aduersus civitatem istam. et
aduersus terram hanc iuxta omnia uer-
ba hieremie. Et audiuit rex ioachis
et omnes potentes et principes eius uer-
ba haec. & quasiuit rex interficere eum.
Et audiuit Urias et timuit fugitque &
ingressus est egyptum. & misit rex
ioachim uiros in egyptum helchan filium
Achobor. & uiros cum eo in egyptum.
Et eduxerunt Uriam de egypto. & adduxerunt eum ad regem ioachim
& percussit eum gladio. & pro-
iecit cadaver eius in sepulchris uulgi
ignobilis. Igitur manus Aicha filij Sa-
phai fuit cum hieremia ut non trade-
retur in manus populi. & interfice-

rent eum.

In principio regni ioachi
filij iosiae regis iuda fac-
tum est uerbum istud ad
hieremiam a domino di-
cens. Haec dicit dominus ad me. Fac ti-
bi uincula. et catenas. et pones eas in
collo tuo. & mittes eas ad regem edom. &
regem filiorum Ammon. & ad regem
Tyri. ad regem Sidonis in manu nuntio-
rum quae uenerunt hieremiam ad Sedechiam
Regem iuda. et precipies eis ut ad nos
suos loquantur. Haec dicit dominus exe-
cituum deus israhel. Haec dicetis ad dominos
uestros. Ego feci terram. et homines. &
iumenta quae sunt super faciem terrae.
in fortitudine mea. & in brachio
meo extento. & dedi eam ei qui placuit
in oculis meis. Et nunc itaque ego dedi
omnes terras istas in manus Nabuchodonosor
regis Babyloniae serui mei. Insuper
et bestias agri dedi ei. ut seruiant illi.
Et seruiet ei omnes gentes. & filii filij
eius donec ueniat tempus terrae eius
ipsius. Et seruiet ei gentes multae. &
reges magni. Gens autem et regnum
quae non seruiet. Nabuchodonosor regi
Babyloniae. & quaecumque non curauerit
collum suum sub iugo regis Babyloniae
in gladio. & in fame. et in peste. iuxta
uero super gentem illam ait dominus. Et
donec consumam eos in manus eius. Vos
ergo nolite audire prophetas uestros. &
diuinos. & somnatores. & augures. et
maleficos qui dicunt uobis. non seruietis
regi Babyloniae. quia mendacium propheta-

tant uobis. ut loq̄e faciant uos de ter-
ra uestra. et cecidant uos & pereatis. So-
ro gens quæ subiecerit ceruicem suam. i.
sub iugo regis Babylonis. et seruerit. q̄.
dimittam eam in terra sua dicit dominus.
et colet eam & habitabit in ea. Et ad
Sedechiam regem iuda locutus sum se-
cundum omnia uerba hæc dicens. Suby-
cite corda uestra sub iugo regis Babylō-
nis. et seruite ei & populo eius et uiue-
tis. Quare moriemini tu & populus tu
us gladio et fame et peste. sicut locutus
est dominus ad gentem quæ seruit. no-
luerit regi Babylonis. Nolite audire
uerba prophetarum dicentium uobis. non
seruicetis Regi Babylonis. quia mendacium
ipsi loquuntur uobis. Quia non nisi eos
ait dominus & ipsi prophetant in nomi-
ne meo mendaciter. ut cecidant uos et pe-
reatis tam uos q̄ prophete q̄ uaticinant
uobis. Et ad sacerdotes & ad populum
istum locutus sum dicens. hæc dicit
dominus. Nolite audire uerba prophe-
tarum uestrorum q̄ prophetant uobis
dicentes. ecce uasa domini reuertentur
de babilone nunc cito. Mendacium. n.
prophetant uobis. Nolite ergo audire
eos sed seruite regi Babylonis ut uiuatis.
Quare datur hæc ciuitas in solitudinem.
Et si prophete sunt et est uerbum domini
in eis occurrant domino exercituum. ut
non ueniant uasa quæ derelicta fuerunt
in domo domini & in domo regis iuda
& in hierusalem in babilonem. Quia hæc
dicit dominus exercituum ad columnas
et ad mare & ad reliqua
uasorum quæ remanserunt in ciuitate

hæc quæ non tulit. Nabuchodonosor
rex babilonis cum transferet sechoniam
filium ioachim regem iuda de hierusalem
in babilonem et omnes & omnes optima-
tes iuda et hierusalem. Quia hæc dicit do-
minus exercituum deus israel. ad uasa quæ
derelicta sunt in domo domini et in do-
mo regis iuda et hierusalem. In babilone
transferentur & ibi erunt usq̄ ad diem
uiscitationis suæ dicit dominus. Et affe-
ri faciam ea et restitui in loco isto.

Et factum est in anno illo
in principio regni Sedechi
regis iuda. in anno quar-
to in mense quinto. dixit
ad me Ananias filius Azur propheta de
Gabaon in domo domini coram sacerdoti-
bus & omni populo dicens. hæc dicit
dominus exercituum deus israel. contra iu-
ugum regis Babylonis. Adhuc duo an-
ni dierum. et ego referri faciam ad lo-
cum istum omnia uasa domini quæ tu-
lit Nabuchodonosor rex babilonis de
loco isto & transtulit eam in babilonem.
Et sechoniam filium ioachim regem iu-
da & omnem transmigrationem iude
q̄ ingressi sunt in babilonem ego con-
uertam ad locum istum ait dominus. i.
Contra iugum regis Babylonis.
Et dixit hieremias propheta ad o-
Ananiam prophetam in oculis sacerdotum
& oculis omnis populi q̄ stabant in do-
mo domini. et ait hieremias propheta.
Amen. Sic faciat dominus. Suscitet do-
minus uerba tua quæ prophetasti. ut re-
ferantur uasa in domo domini. et omnis

transmigratio de Babylone ad locum istum.
V eruntamen audi uerbum hoc quod ego lo-
quor in auribus tuis & in auribus uniuersa-
si populi. Prophetae qui fuerunt ante me
et ante te ab initio & prophetauerunt
super terras multas et super regna de
proelio et de afflictione et de fame. Et
propheta qui uaticinatus est pacem cum
uenerit uerbum eius tunc scietur propheta
quem misit dominus in ueritate. Et
tulit Ananias propheta cathenam de
collo Hieremias prophetae & confregit eam.
Et ait Ananias in conspectu omnis popu-
li dicens. Haec dicit dominus. Sic con-
fringam iugum Nabuchodonosor regis
Babylonis post duces annos dierum de
collo omnium gentium. Et abiit Hieremias
propheta in uiam suam. Et factum est
uerbum domini ad Hieremiam postquam
confregit Ananias propheta cathenam
de collo Hieremias prophetae dicens. Vade
et dices Ananias. Haec dicit dominus.
C athenas ligneas contriuisisti & facies pro-
cis cathenas ferreas. quia haec dicit domi-
nus exercituum deus Israel. Iugum ferre-
um posui super collum cunctarum gen-
tium istarum ut seruiant Nabuchodo-
nosor regi Babylonis & seruient qui in
super & deorsum terrae dechi qui. Et dixit
Hieremias propheta ad Ananiam prophe-
tam. Audi Anania. Non misit te
dominus & tu confidere fecisti populum
tuum in mendacio. Secundo haec dicit do-
minus. Ecce ego mitam te a facie ter-
re. Haec anno morieris. Aduersum enim
dominum locutus es. Et mortuus Ana-
nias propheta in anno illo mense septimo.

Haec sunt uerba libri que
misit Hieremias propheta
de Hierusalem ad reliquas
seniorum transmigrations
& ad sacerdotes & prophetas & ad om-
nem populum quem transduxerat Na-
buchodonosor de Hierusalem in Babylonem.
postquam egressus est Iechonias rex et domi-
na et eunuchi & principes iuda & hieru-
salem et faber et inclusor de hierusalem
in manu elasa filij sapha & Gamalie fi-
lij Halebiae quos misit. Sedechus rex iu-
da ad Nabuchodonosor regem Babyloni-
nis in Babylonem dicens. Haec dicit do-
minus exercituum deus israel omni trans-
migrationi quam transtuli de hierusalem
in Babylonem. Edificate domos & i-
habitate & plantate hortos & comedi-
te fructum eorum. Accipite uxores et
generate filios & filias & date uiris & pariate
filios et filias & multiplicabimini ibi &
nolite esse pauci numero & querite pa-
cem ciuitatis ad quam transmigrare uos
feci & orate pro ea ad dominum quia
pax illius erit pax uobis. Haec dicit o-
dominus exercituum deus israel. Non
uos seducant prophetae uestri qui sunt in
medio urbis et diuini uestri & ne at-
tendatis ad somnia uestra quae uos so-
natis quia falso ipsi prophetant uobis in
nomine meo & non misi eos dicit dominus.
Quia haec dicit dominus. Cum cepe-
rint impleri in Babylone septuaginta
anni. uisitabo uos & suscitabo super uos
uerbum meum bonum ut reducam uos

ad locum istum. Ego enim scio cogitationes quas cogito super uos dicit dominus. cogitationes pacis & non afflictiones ut dem uobis finem & patientiam & inuocabitis me & uiuetis & orabitis me & ego exaudiam uos. qui retis me & inuenietis. Cum quaesieritis me in toto corde uestro inueniam a uobis dicit dominus. Et reducam captiuitatem uestram & congregabo uos de uniuersis gentibus et de cunctis locis ad que expulsi uos dicit dominus. Et reuertenti uos faciam de loco ad quem transigrare uos feci quia dixistis. Suscitabit nobis dominus prophetas in Babylone. Quia haec dicit dominus ad regem qui sedet super solium Dauid & ad omnem populum habitantem orbis huius. ad fratres uestros qui non sunt egressi uobiscum in transmigrationem. Haec dicit dominus exercituum. Eccc mittam in eos gladium & famem et pestem & ponam eos quasi ficus malas quae comedi non possunt eo quod pessimi sint & persequar eos in gladio et in fame et in pestilentia. Et dabo eos in uexationem. uniuersis regnis terrae in maledictionem et in stuporem et in sibilum & in obprobrium cunctis gentibus ad quas ego eieci eos. eo quod non audierint uerba mea dicit dominus. Et misi ad eos per seruos meos propheta de nocte consurgens & mittens. & non audistis dicit dominus. Vos ergo audite uerbum domini omnis transigratio quam emisit de hierusalem in Babylone. Haec dicit dominus exercituum deus

israel ad Achab filium Chulai & ad Sedechiam filium Maasie qui prophetat uobis in nomine meo mendaciter. Eccc ego tradam eos in manu Nabuchodonosor regis Babyloni & percutiet eos in oculis uestris. Et assumetur ex eis & maledictio omni transigratioem iudae quae est in Babylone dicentium. Ponat te dominus sicut Sedechiam & sicut Achab quos frinxit Rex Babyloni in igne pro eo quod fecerint stultitiam in israel & mechati sunt in uxores amicorum suorum & locuti sunt uerbum in nomine meo mendaciter quod non mandaui eis. Ego sum iudex et testis dicit dominus. Et ad Semeiam yecmalitem dicit. haec dicit dominus exercituum deus israel. Pro eo quod misisti in nomine meo libros ad omnem populum qui est in hierusalem & ad Sophoniam filium Maasie sacerdotem & ad uniuersos sacerdotes dicens dominus dedit te sacerdotem pro Joiade sacerdote ut sis dux in domo domini super omnem uirum arreptitium & prophetantem ut mittam eum in neruum et in carcerem. Et o nunc quare non increpasti hieremiam Anathothem qui prophetat uobis. Quia super hoc misit in Babylone ad nos dicens. Longum est edificare domos & habitare & plantare hortos & comedite fructus eorum. Legit ergo Sophonias sacerdos librum istum in auribus hieremiae prophetae. Et factum est uerbum domini ad hieremiam dicens. Mitte ad omnem transigratioem dicens. Haec dicit dominus ad Semeiam

exclamitem. Pro eo q̄ prophetauit uo-
bis Semeias et ego non nisi eum et fecit
uos confidere in mendacio. ideo haec
dicit dominus. Ecce ego uisitato supe-
Semeiam & clamitem & sup̄ semen eius.
Non erit ei uir sedens in medio populi
huius & non uidebit bonum quod e-
go faciam populo meo ait dominus.
qā p̄uariatorem locutus est adue-
sus dominum.

Et uerbum q̄d factum
est ad hieremiam a do-
mino dicens. Hae dicit
dominus dominus deus
isrl̄ dicens. Scribe tibi omnia uerba
quae locutus sum ad te in libro. Ecce
enim dies ueniunt dicit dominus et
conuertam conuersionē populi mei isrl̄
et iuda ait dominus & conuertam eos
ad terram quam dedi patribus eorum
& possidebunt eam. Et haec uerba q̄
locutus est dominus ad isrl̄ et ad iu-
dam. Quoniam haec dicit dominus
Vocem terroris audiuimus formido &
non est pax. Interrogate & uideat̄ si
generat masculus. Quare ergo uidi
omnis uiri omnis uiri manum super
lumbum suum quasi parturientis. &
conuersae sunt uniuersae facies in au-
ruginem. Vc̄ qā magna dies illa
nec est similis eius tempusq̄ tribulatio-
nis est iacob & ex ipso saluabitur. Er-
it in die illa ait dominus exercituum
conteram iugum eius de collo tuo &
uincula eius dirumpam. Et non do-
minabuntur ei amplius alieni. sed ser-

uiant̄ domino deo suo. & dauid re-
gn̄ suo quem suscitabo eis. Tu ergo ne
timeas serue meus iacob ait dominus
neq̄ pauca isrl̄ qā ecce ego salua-
bo te de terra longinqua et semen tu-
um de terra captiuitatis eorum. Et
reuertetur iacob & quiescet et cunctis
affluet bonis & non erit quem formide-
re quoniam tecum ego sum ait dominus ut
saluem te. faciam enim consumationem
in cunctis gentibus in quibus dispersi te. tu
autem non faciam in consumationem
sed castigabo te in iudicio ut non tibi
uidearis innoxius. qā haec dicit domi-
nus. Insanabilis fractura tua pessima
plaga tua. Non est q̄ iudicet iudicia
tua ad alligandam curationem tuam
utilitas non est tibi. Omnes amatores tui
obliti sunt tui teq̄ non querent. Pla-
ga enim inimici percussit te castigatione
crudeli. Propter multitudinem iniquita-
tis tuae dura facta sunt peccata tua. Quae
clamas super contritione tua. Insana-
bilis est dolor tuus. Propter multitudi-
nem iniquitatis tuae & propter dura pec-
cata tua feci haec tibi. propterea omnes
q̄ comedunt te deuorabunt & uniuersae
si hostes tui in captiuitatem ducentur.
Et omnes q̄ te uastant uastabuntur
cunctosq̄ predatores tuos dabo in pre-
dam. Obducam enim cicatricem tibi et
a uulneribus tuis sanabo te dicit domi-
nus. Quae cetera uocauerunt te syon
haec est quae non habebat requiem.
Haec dicit dominus. Ecce ego conue-
tam conuersionem tabernaculorum ja-
cob & tectis eius miserebor. Et edifica-

bitur ciuitas in excelsis suis. & templum
iuxta ordinem suum fundabitur. Et
egredietur de eis laus uoxque laudentium
& multiplicabo eos et non minuentur
et glorificabo eos & non attenuabuntur
& erunt filij eius sicut a principio. et coe-
tus eius coram me permanebit. Et uisi-
tabo aduersum omnes qui tribulant eum
& erit dux eius ex eo & princeps de me-
dio eius. producet eum. Et applicabo eum &
accedet ad me. Quis enim iste est qui appli-
cet cor suum ut appropinquet mihi ait
dominus. Et eritis mihi in populum &
ego ero uobis in deum. Ecce turbo do-
mini furor egrediens pectora rucens in ca-
pite impiorum congescet. Non auer-
tet iram indignationis dominus. donec
faciat & compleat cogitationem cordis
sui. In nouissimo dierum intelligetis ea
in tempore illo dicit dominus. ero deus
uniuersis cognationibus israel & ipsi erunt
mihi in populum.

Et dicit dominus. Inue-
nit gratiam in deserto po-
pulus qui remanserat gla-
dio. Vade ad regem sy-
am israel. Longe dominus apparuit mihi
& in charitate perpetua dilexi te. ideo
attraxi te miserans. Rursumque edifica-
bo te & edificaberis uirgo israel. Ad-
huc ornaberis tympanis tuis & egredi-
ens in choro ludentium. Adhuc plan-
tabis uincas in montibus samarie. Plan-
tabunt plantantes & donec tempus ue-
niat non uindemiabunt. quia erit dies in
qua clamabunt custodes in monte. o

ephrain. Surgite & ascendamus in syon
ad dominum deum nostrum. quia haec
dicit dominus. Exultate in latitia Ja-
cob & hinc contra caput gentium. psal-
te et canite & dicit. Salua dominum
populum reliquas israel. Ecce ego addu-
cam eos de terra aegypti et congrega-
bo eos ab extremis terrae inter quos e-
runt caecus & claudus et paronans &
pariens simul. cœtus magnus reuertetur
tuum huc. In fletu uenient & in miseri-
cordia reducam eos. Et adducam eos
per torrentes aquarum in uia recta. et
non impingent in ea. quia factus sum is-
raeli pater & ephraim primogenitus me-
us est. Audite uerbum domini gen-
tes & annuntiate in insulis quae proxi-
mae sunt et dicit. Qui dispersit israel congre-
gabit eum & custodiet eum sicut pas-
tor gregem suum. Redimet enim do-
minus iacob & liberabit eum de manu
potentioris & uenient et laudabunt in
monte syon. et confluent ad bona domini
super frumento uino & oleo & fixo pec-
torum & armentorum. eruntque anima-
corum quasi hortus irriguus & ultra
non esurient. Tunc letabitur uirgo in
choro. iuuenes & senes simul. Et con-
uertam luctum eorum in gaudium et
consolabor eos. et laticabo a dolore
suo. Et inebriabo animum sacerdotum
pinguedine. & populus meus bonis ad-
plebitur. ait dominus. haec dicit domi-
nus. Vox in excelsis audita est. lamen-
tationis luctus luctus et fletus. Rache-
plorantis filios suos & nolentis consolari
super eis quia non sunt. Haec dicit do-

minus Quiescat uox tua a ploratu & oculi tui a lachrymis. quia est merces operi tuo ait dominus. Et reuertentur de terra inimici et est spes nouissimis tuis ait dominus & reuertentur filii tui ad terminos suos. Audiens audiuit ephraim transmigrantem. Castigasti me domine et crudelicus sum quasi uentulus indomitus. Conuerte me & conuertar quia tu dominus deus meus. Postquam enim conuertisti me ego penitentiam. et postquam ostendisti mihi percussisti femur meum. Confusus sum et erubui quoniam sustinui obprobrium adolescentie mee. Si filius honorabilis mihi ephraim si puer delicatus. quia ex quo locutus sum de eo adhuc recordabor eius. Idcirco concurbata sunt uiscera mea super eum miserans miserabor eius ait dominus. **S**tatue tibi speculam pone tibi amantissimas diriges. Dirige cor tuum in uiam rectam in qua ambulasti. Reuertere uirgo israel reuertere ad ciuitates tuas istas. Usque delictis dissoluentis filia uaga. Quia creauit dominus nouum super terram. femina circūdabit uirum. Hæc dicit dominus exercituum deus israel. Adhuc dicit uerbum istud in terra iuda & in urbibus eius cum conuertero captiuitates eorum. Benedicat tibi dominus pulchritudo iustitie. mons sanctus. Et habitabit in eo iudas et omnes ciuitates sunt agricolæ & minantes greges. quia uehementer animam lassam et omnem animam esurientem saturauit. ideo quasi de sono suscitatus sum et uidi & somnus meus dulcis mihi. Ecce dies ueniunt

dicit dominus & seminabo domum israel et domum iuda semine hominum & semine iumentorum. Et sicut uigilauit super eos ut euellerem & demoluerem et dissiparem & disperderem & affligerem sic uigilabo super eos ut edificem et plantem ait dominus. In diebus illis non dicent ultra patres comederunt uuam & acerbam & dentes filiorum obstupuerunt. sed unusquisque in iniquitate sua morietur. Omnis homo qui comederit uuam acerbam obstupescant dentes eius. Ecce dies ueniunt dicit dominus & feriam domum israel & domum iuda fœdus nouum. Non secundum pactum quod pepigi cum patribus uestris in die qua apprehendi manum eorum ut educerem eos de terra egypti pactum quod irritum fecerunt. & ego dominatus sum eorum dicit dominus. sed hæc erit pactum quod feriam cum domo israel. Post dies illos dicit dominus. dabo legem meam in uisceribus eorum et in corde eorum scribam eam. et ero eis deum & ipsi erunt mihi in populus & non docebit ultra uir proximum suum & uir fratrem suum dicens. cognosce dominum. Omnes enim cognoscent a me a minimo eorum usque ad maximum ait dominus. quia propitiabor iniquitati eorum et peccata eorum non memorabor amplius. hæc dicit dominus qui dat solem in lumine diei ordinem lunæ & stellarum in lumine noctis qui turbat mare & sonant fluctus eius. dominus exercituum nomen illi. Si defecerint leges istæ coram me dicit dominus. tunc & semen israel deficiet ut non sit gens contra

me cunctis diebus. Hec dicit dominus.
S i mensurari poterunt caeli sursum & in
uestigari fundamenta terrae deorsum.
& ego abiciam uniuersum semen israel
propter omnia quae fecerunt dicit dominus.
E cce dies ueniunt dicit dominus & e-
dificabitur ciuitas domino & turris i-
Anael usq; ad portam anguli. Et exi-
bit ultra normam mensurae in conspec-
tu eius super collem Garb & circuibit
Goatha et omnem uallem cadauerum
et cineres & uniuersam regionem mor-
tis usq; ad torrentem cedron & usque
ad angulum portae equorum orientalis.
S anctum domini non euellatur & non
destruetur ultra in perpetuum.

Et ab hinc quod factum est
ad hieremiam a domino
in anno decimo Sedechie
regis iuda ipse est annus
octauusdecimus Nabuchodonosor.
T une exercitus regis babilonis obside-
bat iherusalem & hieremias propheta
erat clausus in atrio carceris q; erat in
domo regis iuda. Clauserat enim ex-
S edechias rex iuda dicens. Quare uati-
cinaris dicens hec dicit dominus ecce
ego dabo ciuitatem istam in manus regis
babilonis et capiet eam & Sedechias
rex iuda non effugiet de manu chalde-
orum sed tradetur in manus regis ba-
bilonis & loquetur os eius cum ore il-
lus & oculi eius oculos illius uidebunt
et in babilonem ducet Sedechiam &
ibi erit donec uisitem cum ait dominus.
si autem dimicaueritis aduersum chalde-

os nihil prosperum habebitis & dixit
hieremias factum est uerbum domini
ad me dicens. Ecce Ananel filius
sellum patruel tuus ueniet ad te di-
cens. Time tibi agrum meum q; est in
Anathot. Tibi enim competit ex propi-
q;ate ut enas. Et uenit ad me Anane-
hel filius patru mei secundum uerbum
domini ad uestibulum carceris & ait
ad me posside agrum meum q; est in
Anathot in terra beniamin. q; tibi com-
petit hereditas & tu propinquus es ut
possideas. Intellexi autem q; uerbum
domini esset. Et emi agrum ab Ana-
nel filio patru mei q; est in Anathot.
Et appendi ei argentum septem stateris
& decem argenteos & scripsi in libro et
signaui & adhibui testes. Et appendi a-
gentum in statera & accepi librum pos-
sessionis signatum & stipulatioes et ra-
ta & signa forissecus. Et dedi librum
possessionis Baruch filio Neri filij Ma-
asiae in oculis Ananel patruelis mei
& in oculis testium q; scripti erant in li-
bro emptionis & in oculis omnium iu-
deorum q; sedebant in atrio carceris.
Et precepi Baruch coram eis dicens.
Hae dicit dominus exercituum deus is-
rael. Sume libros istos. librum empto-
nis hunc signatum et librum hunc qui
apertus est & pone istos in uase ficti-
li ut permanere possint diebus multis.
Hae enim dicit dominus exercituum
deus israel. Adhuc possidebuntur domi-
er agri & uince in terra ista. Et ora-
ui ad dominum postq; tradidi librum
possessionis Baruch filio Neri dicens

Hec tu heu domine deus. Ecce tu fecisti ex-
lum & terram in fortitudine tua magni
et in brachio tuo extento. Non erit tibi
difficile omne uerbum. quod facis misericor-
diam in milibus. & reddis iniquitatem pa-
trum in sinum filiorum eorum post eos.
Fortissime magne & potens dominus exci-
tuum nome tibi. magnus consilio &
incomprehensibilis cogitatu cuius oculi
aperti sunt super omnes uias filiorum A-
dam. ut reddas unicuique secundum uias
suas. & secundum fructum adinuentio-
num eius. Quod posuisti signa et portenta
in terra. egypti usque ad diem hanc. et Is-
rael & in hominibus. & tibi fecisti nome
sicut est dies hęc. Et eduxisti populu
tuum israel de terra egypti in signis &
portentis & in manu robusta & in bra-
chio extento & in terrore magno. & de-
disti eis terram hanc. quam iurasti pa-
tribus eorum. ut dares eis terram fluen-
tem lacte & melle. et ingressi sunt. &
possederunt eam. Et non obediuerunt
uoci tue. & in lege tua non ambulaue-
runt. omnia que mandasti eis. ut face-
rent. non fecerunt. & euenerunt eis om-
nia mala hęc. Ecce munitiones extructe
sunt. aduersum ciuitatem. ut capiatur.
& urbs data est in manus chaldeorum.
et in manus regis babilonis. qui preclan-
tur aduersus eam a facie gladii & fa-
mis & pestilentie. & quecumque locutus
es. acciderunt. ut tu ipse cernis. Et tu
dicas mihi domine. deus anc agrum argen-
to et adhibe testes. cum urbs data sit in
manus chaldeorum. Et factum est. se-
cundum uerbum domini ad hieremiam. dicens. Ec-

ce ego dominus deus uniuerse carnis.
Nunquid mihi difficile erit omne uer-
bum. Propterea hęc dicit dominus.
Ecce ego tradam ciuitatem istam in ma-
nus chaldeorum. & in manus regis ba-
bylonis. et capient eam. & uenient
chaldæi preclantes aduersum urbem
hanc. & succendent eam igni. & com-
burent eam. & domos in quarum do-
matibus sacrificabant. Baal. & libabant
dijs alienis libamina ad irritandum me.
Erant enim filij israel. et filij iuda uigi-
ter facientes malum in oculis meis. ab ado-
lescencia sua. filij israel. qui usque nunc. exacer-
bunt in opere manuum suarum. dicit
dominus. quia in furore & in indignatio-
ne mea facta est mihi ciuitas hęc. & die
qua edificauerunt eam. usque ad diem. in
istam. qua auferetur de conspectu meo.
propter malitiam filiorum israel. & filio-
rum iuda. quam fecerunt ad iracundiam me-
am. prouocantes ipsi. & reges eorum. & prin-
cipes eorum. & sacerdotes. & prophete
eorum. uiri iuda. & habitatores hierusalem.
Et uerterunt ad me terga. & non fa-
ciet. cum dixerim eis. & erudirem de-
luculo. & nolent audire. ut acciperent
disciplinam. Et posuerunt idola sua in
domo in qua inuocatum est nome meum.
ut polluerent eam. et edificauerunt
excelsam Baal. que sunt in ualle. filij en-
non. ut imitarent filios suos. & filias se-
as. Moloch. que non mandauit eis. nec
ascendit in cor meum. ut facerent abo-
minationem hanc. & in peccatum dede-
cerent iudam. Et nunc propter ista. hęc
dicit dominus deus israel. ad ciuitates

hanc de qua uos dicitis q̄ traditur in
manus regis Babilonis in gladio & in fa-
me & in peste. Ecce ego congregabo eos
de uniuersis terris ad quas eieci eos in fu-
rore meo & in ira mea et in indignatio-
ne grandi. et reducam eos ad locum i-
stum & habitare eos faciam confiden-
ter. & erunt mihi in populum & ego e-
ro eis in deum. Et dabo eis cor unum &
uiam unam ut timeant me uniuersis i-
diebus & bene sit eis et filijs eorum post
eos. Et feriam eis pactum sempiternum
& non desinam eis benefacere & timorē
meum dabo in corde eorum ut non re-
cedant a me & letabor sup̄ eis cum be-
ne eis fecero. Et plantabo eos in terra
ista in ueritate in toto corde meo & in
tota anima mea q̄a hęc dicit dominus.
Sicut adduxi sup̄ populum istum omne
malum hęc grande sic adducam super
eos omne bonum quod ego loquor ad e-
os. Et possidebuntur agri in terra ista
de qua uos dicitis q̄ deserta sit. eo q̄ nō
remanferit homo & iumentum & data
sit in manus chaldaeorum. Agri emen-
tur pecunia & scribentur in libro & im-
primetur signum & testis adhibebitur
in terra beniamin & in circuitu hierlīm
in ciuitatib; iuda & in ciuitatibus mox-
tanis & in ciuitatibus campestris & in
ciuitatibus quę ad austrum sunt q̄a co-
uertam captiuitatem eorum ait dñs.

Et factum est uerbum do-
mini ad hieremiam secun-
do cum adhuc clausus es-
set in atrijs carceris dicens

Hęc dicit dominus q̄ facturus est & i-
formaturus illud et paraturus dominus
nomen eius. Clama ad me & exaudia-
te & annuntiabo tibi grandia & firma
quę nescis. Q̄a hęc dicit dominus dñs
isset ad domos h' urbis huius & ad do-
mos regis iuda quę destructę sunt &
ad munitiones & ad gladium uentese-
ritum ut dimicent cum chaldeis & implē-
ant eas caduētib; hominum quos per-
cussi in furore meo et in indignatione i-
mea abscondens faciem meam a ciuita-
te hęc pp̄ omnem malitiam eorum. Ec-
ce ego obducam eis cicatricem & sanita-
tem & curabo eos & reuelabo eis depre-
cationem pacis & ueritatis & conuertā
conuersionem iuda & conuersionem ier-
usalē. et edificabo eos sicut a princi-
pio & emundabo illos ab omni iniquitate
sua in qua peccauerunt mihi & propiti-
us ero cunctis iniquitatib; eorum in quib; de-
liquerunt mihi & spreuerunt me. Et
erit mihi in nomē & in gaudium & in
laudem et in exultationem cunctis ge-
tibus terrę quę audierint omnia bona
quę ego facturus sum eis & pauebunt
et turbabunt in uniuersis locis & in
omni pace quam ego faciam eis. Hęc a-
dicit dominus. Adhuc audiet in loco
isto quem uos dicitis ēē desertum. eo q̄
non sit homo nec iumentum in ciuitati-
bus iuda et foris hierlīm quę desolate sūt
absq̄ homine & absq̄ habitatore & absq̄
pecore. uox gaudij & uox letitię. uox
sponsi & uox sponsę. uox dicentium cō-
fitemini domino exercituum quoniam
bonus dominus. quoniam in eternum.

miserentia eius & portantium uota in
domo domini. R. educam enim conuer-
sionem terræ sicut a principio dicit dñs
H. ec dicit dominus exercituum. Adhuc
erit in loco isto deserto absq; homine &
absq; uimento. & in cunctis ciuitatib; ei-
us. habitaculum pastorum & accubase-
tium gregum in ciuitatib; montosis & in
ciuitatib; campestris & in ciuitatib; q;
ad austrum sunt. & in terra Beniamin et
in circuitu hierlm. et in ciuitatib; iuda ad
huc transibunt greges ad manum nume-
rantis ait dominus. Ecce dies uenient
dicit dominus & suscitabo uerbu; bonus
quod locutus sum ad domum isrl & ad
domum iuda. In diebus illis & i tempore
illo germinare faciam dauid germese.
iustitæ & faciet iudicium & iustitiam
in terra. In dieb; illis saluabit iuda. &
isrl habitabit confidenter. Et hæc est no-
men quod uocabunt eum dominus ius-
tus noster. Quia hæc dicit dominus. o.
Non interibit de dauid uir q; sedeat su-
per thronum domus isrl & de sacer-
dotib; et de leuitis non interibit uir a
facie mea q; offerat holocausta et in-
cendat sacrificium et cedat uictimas om-
nib; dieb;. Et factum est uerbum dom-
ni ad hieremiam dicens Hæc dicit do-
minus. Si irritum potest fieri pactum me-
um cum die & pactum meum cum nocte
ut non sit dies & nox in tempore suo &
pactum meum irritum esse poterit cum
dauid seruo meo ut non sit ex eo filius
q; regnec; in throno eius & leuitæ et sa-
cerdotes ministri mei. Sicut enumerati
non possunt stelle celi & metæ hæc

ne mans. sic multiplicabo semen dauid
serui mei & leuitas ministros meos. Et
factum est uerbum ad hieremiam di-
cens. Nunquid non uidisti quod populus
si locutus sit dicens dux cognationes q̄s
elegit dominus abiecte sunt & popu-
lum meum despexerunt. eo q; non sit
ultra gens coram eis. hæc dicit dom-
nus. Si pactum meum inter diem & noctem
& leges celo et terræ non posui. eadem
et semen iacob & dauid serui mei pro-
iciam. ut non assumam de semine eius
principes seminis abraam. isaac. & ia-
cob. R. educam enim conuersionem eorū
& miserebor eis.

Verbum quod factum est
ad hieremiam a domino
quando Nabuchodonosor
rex Babylonis & omnis
exercitus eius uniuersaq; regna terræ. Q̄
erant sub potestate manus eius & omnes
populi bellabant contra hierlm. et contra
omnes urbes eius dicens Hæc dicit dñs
deus isrl. Vade & loquere ad sedechia
regem iuda & dices ad eum. Hæc dicit
dominus. Ecce ego tradam ciuitatem et
hanc in manus regis Babylonis & succen-
det eam igni. Et tu non effugies de ma-
nu eius sed comprehensus capieris & in
manu eius traderis & oculi tui oculos re-
gis Babylonis uidebunt. & os eius cum
ore tuo loquetur & Babylonem introbis.
Attamen audi uerbum domini. Sedechia
rex iuda. Hæc dicit dominus ad te. Non
moriens in gladio sed in pace morieris.
& secundum combustiones patrum tuorum

regum priorum q fuerunt ante te sic co-
burant te. & ue domine plangent te. qd
uerbum hoc ego locutus sum dicit dñs
Et locutus est hieremias propheta ad se-
dechiam regem iuda uniuersa uerba hec
in hierusalem et exercitus regis bably-
lonis pugnabat contra hierusalem. & co-
tra omnes ciuitates iuda que relique erant
contra Lachis & contra Azecha. Hic enī
superant de ciuitatibus iuda urbes munit.
V. erbum qd factum est ad hieremiam a
domino postq percussit rex Sedechias
foedus cum omni populo in hierim. pre-
dicant ut dimitteret unusq; seruum su-
um & unusquisq; ancillam suam hebreus
& hebream liberos & nequaquam dominaren-
tur eis id est in iudeo & fratre suo. Au-
dierunt ergo omnes principes & uniuersus
populus q inierant pactum ut dimit-
teret unusquisq; seruum suum & ancillam
suam liberos & ultra non dominarentur
eis. Audierunt igitur & dimiserunt. Et
conuersi sunt deinceps & retraxerunt
seruos suos & ancillas suas quos dimise-
runt liberos et subiugauerunt in famu-
los & famulas. Et factum est uerbum
ad hieremiam a domino dicens. Hec di-
cit dominus deus isrl. Ego percussi foe-
dus cum patribus uestris in die qua edu-
xi eos de terra egypti de domo seruitutis
dicēs. Cum compleri fuerint septem ani.
dimittat unusq; fratrem suum hebreum
q uenditus est ei. & seruet tibi sex annis
& dimittes eum a te liberum. Et non
audierunt patres ur̄i me. nec inclinaue-
runt aurem suam. Et conuersi estis uos
hocie & fecistis qd rectum est in oculi-

meis ut predicaretis libertatem unusq; q;
ad amicum suum & iniuris pactum in
conspetu meo in domo in qua inuocatus
est nomen meum super eam. Et reuer-
si estis & cominualistis nomen meum et
reduxistis unusq; seruum suum & unus-
q; ancillam suam quos dimiseratis ut ef-
sent liberi & suae potestatis & subiugas-
tis eos ut sint uobis serui & ancillae.
Propterea hec dicit dominus. Vos non
audistis me ut predicaretis libertatem
unusq; fratri suo & unusquisq; ami-
co suo. Ecce ego predicabo libertatem ait
dominus ad gladium ad pestem & ad
fameam & dabo uos in commotionem cun-
tis regnis terrae. Et dabo uiros q; preua-
ricantur foedus meum & non obseruaue-
runt uerba foederis qbo assensi sunt in
conspetu meo uitulum quem concide-
runt in duas partes & transferunt inter
diuisiones eius. principes iuda & princi-
pes hierim. cunuchi & sacerdotes & om-
nis populus terrae q transferunt inter di-
uisiones uituli & dabo eos in manus ini-
micorum suorum & in manus quarenti-
um animam eorum. et erit morticinium
eorum in escam uolatilibus caeli & bestijs
terrae. Et Sedechiam regem iuda et prin-
cipes eius dabo in manu inimicorum suorum
& in manus quarentium animas eorum
et in manus exercituum regis babilonis
q recesserunt a uobis. Ecce ego precipi-
dit dominus & reducam eos in ciuita-
tem hanc & praediabunt aduersum eam
& capient eam & incendunt igni. Et ci-
uitates iuda dabo in solitudinem eo qd
non sit habitator.

Verbum quod factum est
ad hieremiam a domino
in diebus ioachim filij iosie
regis iuda dicens. Vade
ad domum recharitarum & loquere
eis & introduce eos in domum domini
in unam excubam thesaurorum & dabis
eis bibere unum & assumpsit Iezoniam
filium hieremie filij Abisame & fratres
eius & omnes filios eius & uniuersam
domum recharitarum & introduxit eos
in domum domini ad gazophylacium
filiorum Anan filij Iezedelie hominis
dei quod erat iuxta gazophylacium prin-
cipium super thesaurum Maasie filij Sed-
lum q. erat custos vestibuli. Et posuit
coram filiis domus recharitarum cy-
phos plenos uino & calices & dixit ad eos
Bibite unum. Qui responderunt. Non
bibemus unum quia ioiada filius re-
charab pater noster precepit nobis dicens.
Non bibetis unum uos & filij uestri usq.
in sempiternum & domum non edificabitis
& sementem non seretis & uineam
non plantabitis nec habebitis sed in tabe-
naculo habitabitis cunctis diebus uestris
ut uiuatis diebus multis super faciem
terre in qua uos peregrinamini. Obedi-
uimus ergo ioiada filij Recharab patris
nostri in omnibus quae precepit nobis ita
ut non biberemus unum cunctis die-
bus nostris nos & mulieres nostre filij
& filiae nostre & non edificauimus do-
mos ad habitandum & uineam & agrum
et sementem non habuimus sed habita-
uimus in tabernaculis & obedientes fu-

imus iuxta omnia quae precepit nobis io-
iada pater noster. Cum autem ascen-
disset Nabuchodonosor rex babilo-
nis ad terram nostram diximus. Venite
& ingrediamur hierusalem a facie exercitus
chaldeorum & a facie exercitus syriae
& mansimus in hierusalem & factum est
uerbum domini ad hieremiam dicens.
Haec dicit dominus exercituum deus israel.
Vade & dic uiris iuda et habitatoribus
hierusalem. Nunc non recipietis discipli-
nam ut obediat uerbis meis dicit do-
minus. Prualuerunt sermoes a ioi-
ada filij Recharab quos precepit filijs sy-
riae ut non biberent unum & non bibe-
rent usq. ad diem hanc quia obedierunt
precepto patris sui. Ego autem locutus
sum ad uos de mane conuersus & loquens
& non obedistis mihi. Misitque ad uos os
meus seruos meos prophetas conuersus di-
luculo mittensque & dicens. Eruertimi-
ni unusquisque & uia sua pessima & bona
facite studia uestra & nolite sequi de-
os alienos neque colatis eos & habitabitis
in terra quam dedi uobis & patribus uestris.
Et non inclinastis aurem uestram neque
audistis me. Firmauerunt igitur filij ioi-
ada filij Recharab preceptum patris sui
quod preceperat eis populus autem iste
non obediuit mihi. Ideo haec dicit do-
minus exercituum deus israel. Ecce ego
adducam super iudam et super omnes habita-
tores hierusalem uniuersam afflictionem
quam locutus sum aduersum illos eo quod
locutus sum ad illos & non audierunt
uocauit illos & non responderunt mihi.
Domus autem Recharitarum dixit.

Hi ieremias. Hec dicit dominus exercituum
deus israel. Pro eo quod obedistis precepto
jonadab patris uestri & custodistis om-
nia eius mandata & fecistis uniuersa que
precepit uobis propterea hec dicit do-
minus exercituum deus israel. Non defi-
ciet uir de stirpe jonadab filij Rechab
stans in conspectu meo cunctis diebus.

Factum est in anno quarto
ioachim filij iosie regis
iuda factum est uer-
bum hoc ad ieremiam
a domino dicens. Tolle uolumen libri
& scribes in eo omnia uerba que locutus
sum tibi aduersum israhel et iudam & ad
uersum omnes gentes & die qua locutus
sum ad te ex diebus iosie usque ad diem
hanc si forte audiente domo iuda uni-
uersa mala que ego cogito facere eis
reuertatur unusquisque a uia sua pes-
sima & propitius ero iniquitati et pecca-
to eorum. Vocauit ergo ieremias Ba-
ruch filium Nerie & scripsit Baruch
ex ore ieremie omnes sermones domini
in quos locutus est ad eum in uolumine
libri. Et precepit ieremias Baruch
dicens. Ego clausus sum nec ualeo in-
gredi domum domini. Ingredere ergo
tu et lege de uolumine in quo scripsisti
ex ore meo uerba domini audiente
populo in domo domini in die
ieiunij insuper & audiente uniuerso
iuda que ueniunt de ciuitatibus suis. Lege
eis si forte cadat oratio eorum in cons-
pectu domini & reuertatur unusquisque
a uia sua pessima quoniam magnus fu-

ror & indignatio est quam locutus est
dominus aduersus populum hunc. Et
fecit Baruch filius Nerie iuxta omnia
que preceperat ei ieremias propheta
legens ex uolumine sermones domini in
domo domini. Factum est autem in an-
no quinto ioachim filij iosie regis iuda in
mense nono predicauerunt ieiunium in
conspectu domini omni populo in hierusalem
& uniuerse multitudini que confluxe-
rat de ciuitatibus iuda in hierusalem.
Legitque Baruch ex uolumine sermones
ieremie in domo domini in gazophy-
lacio Gamarie filij Sapha scribe in uesti-
bulo superiori in introitu porte noue do-
mus domini audiente omni populo. Cum
que audisset Micheas filius Gamarie fi-
lij Saphan omnes sermones domini ex libro
descendit in domum regis ad gazophy-
lacium scribe. Et ecce ibi omnes prin-
cipes sedebant. Elisama scriba et Da-
laias filius Senece & Helnatha filius
Achobor & Gamarias filius Sapha &
Sedechias filius Namie & uniuersi
principes. Et nuntiavit Micheas om-
nia uerba que audiuit legentem Ba-
ruch ex uolumine in auribus populi.
Miserunt itaque omnes principes ad Ba-
ruch iudi filium Nerie filij Sele-
mie filij Chusi dicentes. Volumen ex
quo legisti audiente populo sume in
manu tua & ueni. Tulit ergo Baruch
filius Nerie uolumen in manu sua e-
uenit ad eos. Et dixerunt ad eum.
Sede et lege hec in auribus nostris. E-
legit Baruch in auribus eorum. Igitur
cum audissent omnia uerba obstupue-

runt unusquisque ad proximum suum. & dixerunt ad Baruch. Nuntiare debemus tibi omnes sermones istos. Et interrogauerunt eum dicentes. Iudica nobis quomodo scripsisti omnes sermones istos ex ore eius. Dixit autem eis Baruch. Ex ore suo loquebatur quasi legens ad me omnes sermones istos. & ego scribebam in uolumine atramento. Et dixerunt principes ad Baruch. Vade & abscondere te et hieremias. & nemo sciat ubi sitis. Et ingressi sunt ad regem in atrium. Porro uolumine commendauerunt in gazophylacio. Elisame scribe & nuntiauerunt audiente regi omnes sermones. Misit itaque rex iuda ut sumeret uolumen. & tollens illud de gazophylacio Elisame scribe legit audiente regi & uniuersis principibus qui stabant circa regem. Rex autem sedebat in domo hyemali in mense nono et posita erat arula coram eo plena prunis. Cuius legisset iuda tres pagellas ut quattuor. scidit illud scalpello scribe & proiecit in ignem qui erat super arulam donec consumeretur omne uolumen igni qui erat in arula. Et non timuerunt neque ceciderunt uestimenta sua. Rex et omnes serui eius qui audierunt uniuersos sermones istos. Veruntamen Hielnathan et Dalaias et Gamaraias contradixerunt Regi ne combureret librum & non audiuit eos. Et precepit rex Hieremiel filio Amalech & Saraia filio Ezrihel & Semeie filio Abdehel ut comprehenderet Baruch scribam et Hieremiam prophetam. Abscondit autem eos dominus. Et factum est uerbum domini ad Hieremiam prophetam. o

postquam combusserat Rex uolumen & sermones quos scripserat Baruch ex ore hieremie dicens. Rursum tolle uolumen aliud & scribe in eo omnes sermones priores qui erant in primo uolumine qui combussit Ioachim rex iuda. Et ad Ioachim regem iuda dicit. Hec dicit dominus. Tu combussisti uolumen istud dicens. Quare scripsisti in eo annuntians. festinus uenit Rex Babylonis & uastabit terram hanc & cessare faciet ex illa hominem et uimentum. Propterea hec dicit dominus deus contra Ioachim regem iuda. Non erit ex eo qui sedeat super solium Dauid. & cadaver eius proicietur ad estum per diem & ad gurgitem per noctes. Et uisitabo contra eum et contra semen eius et contra seruos eius iniquitates suas. Et adducam super eos et super habitatores hierusalem & super uiros iuda omne malum quod locutus sum ad eos. & non audierunt. Hieremias autem tulit uolumen aliud et dedit illud Baruch filio Nerie scribe qui scripsit in eo ex ore hieremie omnes sermones libri quem combusserat Ioachim Rex iuda. igni & insuper additi sunt sermones multo plures qui antea fuerant.

Et regnauit rex Sedechias filius Josia pro Iechonia filio Ioachim quem constituit Regem Nabuchodonosor Rex Babylonis in terra iuda & non obeduit ipse & serui eius et populus terre uerbis domini quae locutus est in manu hieremie prophete. et misit rex.

Sedechias Juchal filium Selemiae & Sopho-
niam filium Maalie sacerdotem ad Hie-
remiam prophetam dicens Ora pro nobis
dominum deum nostrum. Hieremias autem
libere ambulabat in medio populi. Non
enim miserant eum in custodiam carceris.
Igitur exercitus pharaonis egressus egres-
sus est de egypto. & audientes chaldaei
q̄ obsidebant hierosolimam huiusmodi nunti-
um recesserunt ab hierosolima. Et factum
est uerbum domini ad hieremiam p̄phe-
tam dicens. Haec dicit dominus deus is-
rael. Sic dicitis regi iuda q̄ misit uos ad
me interrogandum. Ecce exercitus pha-
raonis q̄ egressus est uobis in auxilium
reuertetur in terram suam in egyptum
& redient chaldaei & bellabunt contra
ciuitatem hanc. & capient eam & succen-
dent igni. Haec dicit dominus. Nolite
decipere animas uestras dicentes. euntes
abibunt & recedent a nobis chaldaei q̄
non abibunt. Sed et si percusseritis om-
nem exercitum chaldaeorum q̄ prelia-
tur aduersum uos & derelicti fuerint ex-
cis aliq̄ uulnerati. singuli de tentorio suo
consurgent & incendunt ciuitatem hanc
igni. Ergo cum recessisset exercitus chal-
daeorum ab hierosolima propter exercitum
pharaonis egressus est hieremias de hiero-
solima ut iret in terram beniamin. & di-
uideret ibi possessionem in conspectu ci-
uium. Cumq̄ puenisset ad portam benia-
min erat ibi custos porte per uices nomi-
ne hierias filius Selemiae filij Ananias
& apprehendit hieremiam p̄phetam. &
dicens. Ad chaldaeos profugis. Et respo-
dit hieremias. falsum est non fugio ad

chaldaeos. Et non audiuit eum. sed co-
prehendit hierias hieremiam & adduxit
eum ad principes. Quamobrem irati prin-
cipes & hieremiam cesum eum miserunt
eum in carcerem. q̄ erant in domo jona-
thae scribe. Ipse enim prepositus erat sup̄
carcerem. Itaq̄ ingressus est hieremias in
domum laici et in ergastulum et sedit ibi
hieremias diebus multis. Mutens autem
Sedechias rex tulit eum. & interrogauit
eum in domo sua abscondite & dixit. &
putans ne est sermo a domino? Et dixit
hieremias. Est. Et ait. In manus Regis
Babylonis traderis. Et dixit hieremias
ad Regem Sedechiam. Quid peccauit tibi &
seruus tuus & populo tuo. q̄a misisti me
in domum carceris & ibi sunt p̄phetæ &
uestri q̄ prophetabant uobis & dicebant.
Non ueniet rex Babyloni super uos &
super terram hanc. Nunc ergo audi ob-
secro domine in Rex. Valeat depre-
catio mea in conspectu tuo. & ne me re-
mittas in domum jonathae scribe ne mo-
riar ibi. Precepit ergo rex Sedechias &
traderetur hieremias in uestibulum car-
ceris & daretur ei torta quotidie panis
excepto pulmento. donec consumerent
omnes panes de ciuitate. Et mansit Hie-
remias in uestibulo carceris.

Udiuit autem Saphaias
filius Maadia & Hiedeli-
as filius phassur & Iucha-
filius Selemiae et Phassur
filius Melechiae sermones quos Hieremis
loquitur ad omnes populum dicens. Haec di-
cit dominus. Quicunque manserit in ci-

uitate hac. morietur gladio & fame & peste. q. autem profugerit ad chaldaeos uiu& et erit anima eius sospes & uiuens. **I**te dicit dominus tradendo tradetur ciuitas haec in manu exercitus regis Babylonis. & capiet eam. Et dixerunt principes regi. Rogamus ut occidatur homo iste. De industria enim dissoluit manus uirorum bellantium q. remanserunt in ciuitate hac. & manus uniuersi populi loquens ad eos uniuersa uerba haec. Si quidem homo iste non querit pacem populo huic sed malum. & dixit rex Sedechias. Ecce ipse in manibus uestris est. **N**ec enim fas est uobis quocquam negare. **T**ulerunt ergo hieremiam et piccerunt eum in lacum Hielech filij Amalech q. erat in uestibulo carceris & summisserunt hieremiam in fimo in lacum in quo non erat aqua sed lutum. Descendit itaq. hieremias in caenum. Audiuit autem Abdelemelech ethiops uir ex-nuchus q. erat in domo regis q. misissent hieremiam in lacum. Porro rex sedebat in porta Benjamin. **E**gressus est Abdelemelech de domo regis & locutus est ad regem dicens. Domine mi Rex male fecerunt uiri isti omnia quaecunq. perpetrarunt contra hieremiam prophetam. mittentes eum in lacum. ut moriatur ibi fame. Non sunt enim panes ultra in ciuitate. Praecipit itaq. rex Abdelemelech ethiopi dicens. Tolle tecum hic triginta uiros & leua hieremiam prophetam de lacu anteq. moriatur. **A**ssumpsit ergo Abdelemelech secum uiris ingressus est domum Regis quae erat

sub celario & tulit inde ueteres pannos et antiqua uestimenta. quae computuerant & summisit eam ad hieremiam in lacum per funiculos. **D**ixitq. Abdelemelech ethiops ad hieremiam prophetam. Pone ueteres pannos & haec scissa et putrida sub cubito manuum tuarum & super funes. **F**ecit ergo hieremas sic. **E**t extraerunt hieremiam fimo & eduxerunt eum de lacu. **M**ansit autem hieremias in uestibulo carceris & misit. **R**ex Sedechias. **E**t tulit ad se hieremiam prophetam ad ostium tertium quod erat in domo domini. **E**t dixit rex ad hieremiam. **I**nterrogo ego te sermonem ne abscondas a me aliquid. **D**ixit autem hieremas ad Sedechiam. Si annuntiauero tibi. nunquid non interficies me? **E**t si consilium dederero tibi. non me audies. **I**urauit ergo rex Sedechias hieremiam clam dicens. **Q**uiuit dominus q. fecit nobis animam hanc. si occidero te & si tradidero te in manus uirorum istorum & quaerunt animam tuam. **E**t dixit hieremas ad Sedechiam. **H**ae dicit dominus exercituum deus israel. Si profectus exieris ad principes Regis Babylonis uirum tuum ciuitas haec non succendetur igni & saluus eris tu & domus tua. **S**i autem non exieris ad principes Regis Babylonis. tradetur ciuitas haec in manus chaldaeorum & succendent eam igni & tu non effugies de manu eorum. **E**t dixit rex Sedechias ad hieremiam. **S**ollicitus sum propter iudaeos q. transfugerunt ad chaldaeos. ne forte tradar in manus eorum & illudant mihi. **R**espondit autem

H ieremias & dixit ei. Non te tradent. I
A udi quæso uocem domini quam ego lo
quor ad te & bene tibi erit & uiuet ani
ma tua. Quod si nolueris egredi iste est
sermo quem ostendit mihi dominus. I
E cce omnes mulieres que remanserunt i
domo Regis iuda educentur ad principem
Regis Babylonis & ipse dicent. Secluxe
runt te & preualuerunt aduersum te
uiri pacifici tui. demerferunt te in coe
no & in lubrico pedes tuos & recesserunt
a te. Et omnes uxores tuæ & fi
lij tui educentur ad chaldeos & non
effugies manus eorum. sed in manu Re
gis Babylonis capient & ciuitatem hanc
comburent igni. Dixit ergo Sedechias i
ad hieremiam. Nullus sciat uerba hec
& non moriens. Si autem audierint prin
cipes quia locutus sum tecum. et dixerint
tibi. indica nobis quod locutus sis cum Re
ge ne exles & non te interficiemus. & i
quod locutus est tecum. Rex dices ad e
os. Prostravi ego preces meas coram
Rege ne me reducat uerbera in domum
onathæ & ibi moreretur. Venerunt ergo
omnes principes ad hieremiam & inte
rogauerunt eum. Et locutus est eis iux
omnia uerba que preceperat ei rex. Et
cessauerunt ab eo. Nihil enim fuerat
auditum. Mansit uero hieremias in
uestibulo carceris usque ad diem quo i
capta est hierusalem. Et factum est
ut caperetur hierusalem.

Nono nono Sedechias regis
iuda mense decimo uenit
Nabuchodonosor rex Ba
bylonis & omnis exercitus
eius ad hierusalem et obsidebant eam. Ven
decimo autem anno Sedechias mense qu
to quinta mensis aperta est ciuitas & ingres
si sunt omnes principes regis babylonis
& sederunt in porta media. Neregel Se
reter Semagar Nabufar Sachî Rapfa
ces Neregel Serter Rebmag & omnes
reliqui principes regis babylonis. Cuius
uidisset eos Sedechias rex iuda & om
nes uiri bellatores fugerunt & egressi
sunt nocte de ciuitate per uiam horti re
gis & per portam que erat inter duos i
muros & egressi sunt ad uiam deserti.
persecutus est autem eos exercitus chal
deorum & comprehenderunt Sedechiam
in campo solitudinis hiencontane & cap
tum adduxerunt ad Nabuchodonosor
Regem Babylonis in rebatha que est
in terra emath & locutus est ad eum iu
dicia. Et occidit Rex Babylonis. Ocu
los quoque Sedechie eruit & iunxit eum
compedibus ut duceretur in Babylonem.
Domum quoque Regis & domum & domus
uulgi succenderunt chaldei igni. & mu
rum hierusalem subuerterunt. Et reliqua
populi que remanserant in ciuitate & profugo
que transfugerant ad eum. et superfluos uul
gi que remanserant transtulit Nabuzar
dan magister militum in Babylonem. e
de plebe pauperum que nihil penitus habe
bant. dimisit Nabuzardan magister i
militum in terra iuda. & dedit eis uinea
& cisternas in die illa. Precepit autem

filios Sedechie in rebatha
in oculis eius & omnes nobiles
iuda occidit rex babylonis.

Nabuchodonosor rex Babylonis de hieremi
Nabuzarda magistro militum dicens o
Tolle illum et pone super eum oculos tuos
uasa. crea que in ministerio fuerunt. I
tulerunt et hydrias et thymiamateria
& ureces & pelues & candelabra et mo
taria. & cyathos. Quotquot aurea aut e
quot. qd. argentea. argentea. Tulit ma
gister militie. columnas duas & mare.

unum et uitulos duodeci. creos qui
erant sub basibus quas fecerat. rex Salo
mon in domo domini. Non erat pon
dus. etis omnium horum uasorum. De co
lumnis autem decem et octo cubiti al
titudinis erant in columna una. & ser
miculis duodecim cubitorum circuibat
eam. Porro grossitudo eius quattuor di
gitorum. & intrinsecus eua erat. & ca
pitella. sup. utraq. crea. Altitudo capi
telli unius qnq. cubitorum. & retiacula
et malogranata. sup. coronam in circuitu
omnia. enea. Et fuerunt malogranata
nonaginta sex dependentia & omnia
malograta. centum retiaculis circide
bantur. Et tulit magister militie. Sara
iam sacerdotem primum. & Sophoniam
sacerdotem secundum. et tres custode
uestibuli. Et de ciuitate tulit eunu
chum unum q. erat. prepositus super
uiros bellatores. & septem uiros de his
q. uidebant. faciem regis q. inuenti su
in ciuitate. & scribam principem mili
tum q. probabat. tyroes & sexaginta
uiros de populo terre. qui inuenti su
in medio ciuitatis. Tulit autem eos Na
buzarda magister militie. & duxit e
os ad regem Babylonis in reblata. Et
percussit eos rex Babylonis. & inter
fecit eos in reblata in terra. Emath. Et
translatus est iuda. de terra. sua. Iste
est populus quem transtulit Nabucho
donosor. In anno septimo uideos tria mi
lia & uiginti tres. In anno decimo octa
uo Nabuchodonosor transtulit de hier
usalalem animas octingentas triginta duas
In anno uicesimo tertio Nabuchodono

for transtulit Nabzardam magister
militie animas iudeorum septingenta
tis quadragintaque. Omnes ergo a
nime quattuormilia sexcente. Et factum
est in trecesimosextimo anno tras
migrationis ioachim regis iuda duode
cimo mense uicesima mensis eleu
uit Eulmerodach rex Babylonis ipso
anno regni sui caput ioachim regis iu
de & eduxit eum de domo carceris et
locutus est cum eo bona. Et posuit thronum
eius super thronos regum q. erat
post se in Babylone & mutauit uesti
menta carceris eius & comedebat panem
eorum eo p. cunctis diebus uite sue.
Et cibaria eius cibaria perpetui dabantur
ei a Rege Babylonis statuta per singulos
dies usq. ad diem mortis sue cunctis
diebus uite eius

ET factum est postq. in capti
uitatem redactus est israel et
hierlm. deserta est. sedit hier
temias propheta flens & planxit lamē
tatione hac in hierlm. et amaro animo
suspirans & euilans dixit.

QUOMODO SED
det sola ciuitas plena
populo. Facta est q.
si uidua dñe gentis.
princeps prouinciare.
facta est sub tributo. Beth. plorans
plorauit in nocte & lachryme eius in
maxillis eius. Non est q. consolet ea
ex omnibus charis eius. Omnes amici eius

spreuerunt eam & facti sunt ei inimici
Ginel. Migravit iudas propter afflic
tionem & multitudinem seruitutis habi
tauit inter gentes nec inuenit regem. I
Omnes persecutores eius apprehenderunt
eam inter angustias Delech. Sic syon
lugent. eo q. non sint qui ueniant ad so
lemnitatem. Omnes porte eius destrue
te. sacerdotes eius gementes. Virgines
eius squalide & ipsa oppressa amaritu
dine. he. facti sunt hostes eius in capi
te. inimici eius locupletati sunt. quia
dominus locutus est sup. eam propter
multitudinem iniquitatum eius. Paruuli
eius ducti sunt in captiuitatem ante fa
ciem tribulantis. Sa. Et egressus est
a filia syon omnis decor eius. facti sunt
principes eius uelut arietes non inueni
entes pascuam & abierunt absq. fortitu
dine ante faciem subsequens. Za. Re
cordata est hierlm. dierum afflictionis
sue & preuaricationis omnium desid
rabilium suorum que habuerat a die
bus antiquis cum caderet. populus eius
in manu hostili & non esset auxiliatus.
Viderunt eam hostes & deriserunt
sabbata eius. He. Peccatum pecca
uit hierlm. propterea instabilis facta
est. Omnes q. gloriabantur eam spre
uerunt illam q. uiderunt ignominiam
eius ipsa autem gemens et conuersa e
retrosum. Te. Sordes eius in pedibus
eius. nec recordata e. finis sui. Deposita
est uehementer non habens consolatorē.
Vide domine afflictionem. quoniam
erectus est inimicus iob. Manum su
am misit hostis ad omnia desiderabilia

eius. q̄a uidit gentes ingressas sanctua-
rium suum de q̄bo p̄ceperas ne intra-
rent in ecclesiam tuam. Caph. Omnis
populus eius gement & querens panē:
Dederunt pretiosa quęq; pro cibo ad re-
focillandam animam. Vide domine et
considera. quoniam facta sum uilis. La-
mech. O uos omnes q̄ transitis per uiam
attendite & uidete. si est dolor sicut
dolor meus. Quoniam uindemiauit me
ut locutus est dominus in die furoris
sui. Mem. De excelsis misit ignem in
ossibus meis & erudiuit me. Expan-
dit rete pedibus meis. conuertit me re-
trorsum. Posuit me desolatam. tota
die in cerore confecta. Nun. Sigilauit
iugum iniquitatum mearum in manu eius
conuoluit sunt & imposite collo meo. In-
firmata est uirtus mea. dedit me do-
minus in manu de qua non potero sur-
gere. Samech. Abstulit omnes magni-
ficos meos dominus de medio meo. uo-
cauit aduersum me tempus. ut con-
tereret electos meos. Torcular calcant
dominus uirginem filie iuda. An. Scir-
co ego plorans. & oculus meus deducet
aquas. q̄a longe factus est a me con-
solator. conuertens animam meam. I
Facti sunt filij mei perdit. quoniam i-
ualuit inimicus. Phe. Expandit syon
manus suas non est q̄ consoletur eam. I
Mandauit dominus aduersum iacob in
circuiv eius hostes eius. Facta est hie-
rusalem quasi polluta menstruis iter-
cos. Sade. Iustus est dominus. q̄a oscu-
lus ad iracundiam prouocauit. Audite
obsecro uniuersi populi. & uidete do-

lorem meum. Virgines mee & iuuenes
mei abierunt in captiuitatem. Coph. No-
caui amicos meos. & ipsi deceperunt me.
Sacerdotes mei & senes mei in urbe con-
sulti sunt. q̄a quaesierunt cibum sibi. ut
refollarent animas suas. Res. Vide do-
mine quoniam tribulor. conturbatus e-
uenter meus. Subuersum est cor meum
in me metipsa. quoniam amaritudine. I
plena sum. Foris interficit gladius. &
domi mors similis est. Sin. Audierunt
q̄a ingemisco ego. & non est q̄ console-
tur me. Omnes inimici mei audierunt
malum meum. Letati sunt quoniam ty-
fecisti. Adduxisti diem consolationis
& fieri similes mei. Thau. Ingredietur
omne malum eorum coram te. & de-
uindemia eos sicut uindemiauisti me. pp-
iniquitates meas. Multi enim gemitus
mei. & cor meum in cerore.

Quomodo obtexit caligi-
nem in furore suo domi-
nus filiam syon. proiecit
de celo in terram in dyta-
stis. & non est recordatus scabelli pe-
dum suorum in die furoris sui. Beth. p̄-
cipitauit dominus nec peperit omnia
speciosa iacob. destruxit in furore suo
munitiones uirginis iuda. & deiecit in
terram. polluit regnum & principes e-
ius. Gimel. Confregit in ira furoris sui
omne cornu stis. auertit retrorsum o-
dexteram suam a facie inimici. et suc-
cendit in iacob quasi ignem flammę
deuorantis in gyro. Deleth. Tetendit
arcum suum quasi inimicus firmavit o-

dexteram suam quasi hostis & occidit
omne quod pulchrum erat: uisu in tabe-
naculo filie syon effudit: quasi ignem
indignationem suam. **De: factus est: &**
dominus uelut inimicus: precipitauit:
isset. Precipitauit omnia moenia eius: &
dissipauit munitioes eius & repleuit e-
filia iuda humiliatum & humiliatam. **1**
Y au. Et dissipauit quasi hortum tento-
rium suum: demolitus est tabernaculo-
suum. Obluioni tradidit dominus in
syon festiuitatem & sabbatum: & in ob-
probrium & in indignatione: furoris sui
regem et sacerdotem **Zai.** Repulit: &
dominus altare suum: maledixit sanc-
tificationi sue: tradidit in manus in-
mici muros turrium erunt: Vocem de-
derunt in domo domini: sicut in die
solemni. **Herb.** Cogitauit dominus dis-
sipare murum filie syon: tetendit fun-
culum suum: & non auertit manum su-
am a perditione: Luxitq; antemurale: &
murus pariter dissipatus est. **Teth.** De-
fixe sunt in terra porte eius: perdidit
& contriuit uedtes eius regem eius et
principes eius in gentibus. Non est lex:
& prophete eius non inuenerunt: uisi-
onem a domino. **Jobb.** Sederunt in
terra conticuerunt senes filie syon: co-
sperferunt cinere capita sua: accincti
sunt cilicis. Abiecerunt in terra capi-
ta sua uirgines iuda. **Caph.** Defecerunt
pro lacrymis oculi mei conturbata: &
sunt uiscera mea. Effusum est in ter-
ra tecum meum super contritionem filie
populi mei: cum deficeret paruulus &
laetens in plateis oppidi. **Lameeb.** &

Matribus suis dixerunt: ubi est triticus
et unum cum deficerent: quasi uulne-
rati in plateis ciuitatis: cum exalarent: &
animas suas in sinu matrum suarum. **Mei.**
Cui comparabo te: ut cui assimilabo te:
filia hierusalem: Cui exequor te: & co-
solabor te: uirgo filia syon: Magna est
enim uelut mare: contritio tua. **Q. 5. 1**
medebit tui: Nun: Prophete tui uide-
runt tibi falsa & stulta: nec aperiebant
iniquitatem tuam: ut te ad poenitentiam
prouocarent: Viderunt autem tibi: &
assumptioes falsas et eiectiones. **Sameeb.**
Plauserunt super te: manibus omnes o-
transcuntes per uiam sibilauerunt: &
mouerunt capita sua super filiam hieru-
salem: hecine est urbs dicentes: perfec-
ti decoris gaudium uniuerse terre: &
Ain. Aperuerunt super te: os suum omnes
inimici tui: sibilauerunt & fremuerunt
dentibus suis & dixerunt: deuorabimus:
En ista est dies quam expectabamus: i-
uuenimus: uidimus. **Phe.** Fecit domini-
que cogitauit & compleuit sermonem
suum quem precepit a diebus antiquis:
Destruxit & non pepercat: & letifica-
uit super te inimicum: & exaltauit cor-
nu hostium tuorum. **Sact.** Clamauit
cor eorum ad dominum: super muros fi-
lie syon: Deduc quasi torrentem lacry-
mas per diem et noctem non des req-
em tibi: neq; taceat pupilla oculi tui: &
Coph. Consurge: lauda in nocte: in pri-
ncipio uigiliarum: effunde sicut aquam
cor tuum ante conspectum domini: &
Leua ad eum manus tuas pro anima
paruulorum tuorum: Quia fame pereunt:

in capite omnium compitorum. Res
Vide domine et considera quem unde
maueris ita. Ergo ne comedent mul-
eres fructum suum paruulos ad men-
suram palme. Si occiditur in sinetua
no domini sacerdos et propheta. Sa-
cuerunt in terra. fons puer et senex
uirgines mee & iuuenes mei cecide-
runt in gladio. Interfecisti in die furo-
ris tui percussisti. nec misertus es. Thw
Vocasti quasi ad diem solemnem. q. ter-
rent me de circuitu. & non fuit i
die furoris domini q. effugeret. & re-
linqueret. Quos educaui et enutruim.
inimicus meus consumpsit eos.

Go uir uidens pauper-
tatem meam. in uirga in-
dignationis eius Aleph.
Me mianit & adduxit
in tenebras. & non in lucem. Aleph.
Tantum in me uertit. & conuertit ma-
num suam tota die. Beth. Vetus tam
fecit pellem meam & carnem meam.
contruit ossa mea. Beth. Edificauit
in gyro meo. & circumdedit me felle &
labore. Beth. In tenebrosis collocauit
me quasi mortuos sempiternos. Gunc
Sed & cum clamauero et cum rogaue-
ro. exclusit orationem meam. Crimel. Co-
cludit uias meas lapidibus quadris. se-
mitas meas subuertit. Deleth. Vir sus
insidians factus est mihi. leo in absco-
dito. Deleth. Semitas meas subuertit
et confregit me. posuit me desolatam.
Deleth. Tendent arcum suum et posuit
me quasi signum ad sagittam. He.

Misit in renibus meis filias pharetre sue.
He. factus sum in derisum omni popu-
lo meo. canticum eorum tota die. He.
Repleuit me amaritudinibus. inebria-
uit me absinthio. Vau. Confregit ad
numerum dentes meos. cibauit me ci-
nere. Vau. Et repulsa est anima mea.
oblitus sum honorum. Vau. Et dixi pe-
rity finis meus. & spes mea. a domino. i
Zai. Recordare paupertatis et trans-
gressionum meorum. absinthio. & fellis. Zai.
Memoria memor ero & tabesceat in
me anima mea. Zai. Hec recolens in
corde meo in deo sperabo. Heth. Mife-
ricordie domini quia non sumus consump-
ti. quia non defecerunt miserationes eius.
Heth. Noui diluculo multa est fide-
tua. Heth. Pars mea. dominus. dixit ani-
ma mea. propterea. exspectabo eum. i
Teth. Bonus est dominus sperantibus i
eum. anime querenti illum. Teth. Bonus
est postulari eum silentio. salutare do-
mini. Teth. Bonum est uiro cum por-
tauerit iugum ab adolescentia. Ioth.
Sedebit solitarius et tacebit. quia leua-
uit se super se. Ioth. Pone in puluere os
suum. si forte sit spes. Ioth. Dabit per-
cutienti se maxillam saturabit obprobrii.
Qua non repellat in sempiternum dominus.
Caph. Quia si abiicit. & miserebitur
secundum multitudinem miserationum
suarum. Caph. Non enim humili-
uit ex corde suo. & abiicit filios homi-
num. Lamech. Ut contereret sub pe-
dibus suis omnes unctos terre. Lamech.
Ut declinaret iudicium uiri. in con-
spectu uultus altissimi. Lamech. Ut

peruertere hominem in iudicio suo do-
minus ignorauit. Me. Q. s. est iste q.
dixit ut fieret domino non iubente. i.
Mem. Ex ore altissimi non egredientur
nec mala nec bona. Mem. Quid mur-
murauit homo uiuens un' pro peccatis
suis. Nun. Leuimus corda nostra cui
manibus ad dominum in caelos. Nun. o
Nos inique egimus & ad iracundiam pro-
uocauimus. iccirco tu inexorabilis es. i.
Samech. Operuisti in furore & percussi-
ti occidisti nec peperisti. Samech. Op-
posuisti nubem tibi ne transeat oratio.
Samech. E radicacionem et abiectiorem po-
suisti me in medio populorum. Ain. fo-
mido et laqueus facta est nobis uatic-
natio & contritio Ain. Diuisiones aqre
deduxit oculus in contritione filie po-
puli mei. Phe. Oculus meus afflictus e
nec tacuit eo q non esset requies. Phe.
Donec respicere et uideret deus de cae-
lis. Phe. Oculus meus depredatus est
animam meam in cunctis filiabus urbis mee.
Sade. Venatione ceperunt me qm auem
inimiq mei grati. Sade. Lapsa est in la-
cum uita mea & posuerunt lapidem sup
me. Sade. Inundauerunt aque super ca-
put meum dixi perq. Coph. Inuocaui
nomen tuum domine de lacu nouissi-
mo. Coph. Vocem meam audisti ne au-
tas aurem tuam a singulis meo & clam-
oribus. Coph. Appropinquasti in die qm
inuocaui te dixisti ne timeas. Res. Ju-
dicasti domine causam anime mee. re-
demptor uite mee. Res. Vidisti do-
mine iniquitatem illorum aduersum me.
iudicia iudicium meum. Yes. Vidisti.

omnem furorem uniuersas cogitaciones
eorum aduersum me. Sin. Audisti ob-
probrium eorum domine. omnes cogi-
taciones aduersum me. Sin. Labia in-
surgentium mihi & meditaciones eorum
aduersum me tota die. Sin. Sessiones
eorum & resurrectionem eorum uide-
ego sum psalmus eorum. Thau. Red-
des eis uicem domine iuxta opera ma-
num suarum. Thau. Dabis eis scutum
cordis laborem tuum. Thau. Persequeris
in furore et conteres eos sub caelis
domine.

Homado obscuratum est
aurum mutatus est co-
lor optimus dispersi sunt
lapides sanctuarij in ca-
pite omnium platearum. Beth. filij sy-
on inelyti et ameli auro primo. quomo-
do reputati sunt in uasa testea opus in-
numum figuli. Gimel. Sed & lamie nu-
dauerunt mammam lactauerunt cat-
ulos suos. Fila. populi mei crudet. qua-
si strutio in deserto. Delech. Adhesit
lingua lactentis ad palatum eius in-
siti paruuli petierunt panem & non
erat q frangeret eis. Ix. Quiescebant
uoluptuose intererunt in uis q nutre-
bantur in circuis amplexati sunt ster-
cora. Nau. Et maior effecta est in-
quitas filie populi mei peccato sado-
mor. que subuersa est in momento
& non ceperunt in ea manus. Zai. i.
Candidiores nazarei eius nuae. miti-
ores lacte rubicundiores ebore antiq.
sapphyro pulchiores. Herb. Denigrata.

est super carbonem facies eorum. & non
sunt cogniti in plateis. Adhæsit cutis e-
orum ossibus. aruit & facta est quasi
lignum. Teth. M. claus fuit occisus gla-
dio q̄ interfecit fame. qm̄ isti exab-
erunt consumpta a sterilitate terre. Ioh.
M. anus mulierum misericordium coxerunt
filios suos. facti sunt abus eorum tre.
contritiõe filie populi me. Capb. Cō-
pleuit dominus furorem suum. effudit
iram indignationis sue. Et succendit
ignem in syon. & deuorauit fundamē-
ta eius. Lamech. Non crediderunt.
Reges terre et uniuersi habitatores or-
bis. quoniam ingrederetur hostis et
inimicus p̄ portas hierlm̄. M. em. prop-
ter peccata prophetarum eius et iniqui-
tates sacerdotum eius. q̄ effuderunt in
medio eius sanguinem iustorum. Nun-
E. rauerunt ceci in plateis. polluti sunt
sanguine. Cūq; non possent tenuerunt
lacrimas suas. Samech. R. eccidite. pollu-
ti clamauerunt eis. recedite. abite. no-
lite tangere. Iurgati q̄ppe sunt. & cō-
moti dixerunt inter gentes. non addet
ultra ut habitet in eis. Au. Facies dñi
diuisit eos. non addet ut respiciat e-
os. Facies sacerdotum non erubuerunt
neq; senum miserii sunt. Phe. Cum
adhuc subsisteremus defecerunt oculi
nostri ad auxilium nostrum uanum.
cum respiceremus attenti ad gentem
que saluare nos non poterat. Sade.
L. ubricauerunt uestigia nostra. in tri-
nere platearum nostrarum appropi-
quauit finis noster. completi sunt dies
nostri. q̄a. uenit finis noster. C. oph.

Velociore fuerunt persecutores n̄r̄.
aqlis celi sup montes persecuti sunt. &
nos. in deserto insidiati sunt nobis. Teth.
Spiritus oris nostri. christus dominus.
captus est in peccatis nostris. cui dixit
in umbra tua uiuemus in gentibus. Sin.
Gaude & letare filia edom que ha-
bitas in terra hus. Ad te. quocq; per-
ueniet calix. inebriaberis atq; nudabe-
ris. Thav. Completa est iniquitas tua fi-
lia syon. non addet ultra. ut transmi-
gret te. Visitabit iniquitatem tuam. fi-
lia edom discoperiet peccata tua.

E cordare domine quid
accident nobis. intueri e-
respice obprobrium n̄r̄.
Hereditas nostra uer-
sa est ad alienos. domus nostre ad
extraneos. Pupilli facti sunt absq; pa-
tre. matres nostre quasi uidue. & quā
nostram pecunia bibimus. lingua. n̄r̄
precio comparauimus. Ceruicibus n̄r̄is
minabamur. lassus non dabit reges. &
Egypto dedimus manum. & assyrijs
ut saturaremur pane. Patres nostri
peccauerunt. & non sunt. & nos iniqui-
tates eorum portauimus. Serui do-
minati sunt nostri. non fuit q̄ redi-
meret de manu eorū. In animalo n̄r̄is
afferebamus panem nobis. a facie gla-
dy in deserto. Pellis nostra quasi eli-
banus exusta est. a facie tempestati
famis. Mulieres in syon humiliauerunt.
et uirgines in ciuitatib; iuda. Principi
manu suspensi sunt. facies senum nos-
trorum erubuerunt. A dolescentibus impudice.

abusi sunt. & puen in ligno corrueunt.
 S enes defecerunt de portis iuuenes de
 choro psallentium. Defecit gaudium.
 cordis nostri uersus est in luctum cho
 rus noster. Cecidit corona capitis
 nri. ue nobis qa peccauius. Propre
 rea moestum factum est in dolore co
 nostrum. ideo contenebrati sunt ce
 li nostri. Propter montem syon quia
 disperit uulpes ambulauerunt in eo.
 Tu autem domine in eternum pmanebi.
 solum tuum in generaticem & gene
 raticem. Quare in perpetuum obliuise
 ris nostri. derelinques nos in longitu
 dinem dierum. Conuerte nos domi
 ne ad te & conuertemur. in noua dies
 nostros sicut a principio. Sed piciens
 repulisti nos iratus es contra nos ue
 hementer.

L

LIBER. I. S. T. C.
 q Baruch nomine
 prenotatur in he
 breo canone non
 habetur sed tan
 tum in uulgata e
 ditione sifr et epistola hieremie. Prop
 ter notitiam autem legentium hic scrip
 ta sunt quia multa de christo nouissi
 misq temporibus indicant.

THEC
VERBA
libri que
scripsit Ba
ruch filius
Nero filij
Maasie filij
Sedechie:

filij Sedei filij helchie in Babylonia in
anno quinto & in septima die mensis in
tempore quo ceperunt chaldei hierlm
et succenderunt eam igni Et legit Ba
ruch uerba libri huius ad aures sechoni
filij ioachim Regis iuda & ad aures
uniuersi populi uenientis ad librum
et ad aures potentium filiorum Regu
& ad aures presbiterorum & ad aures
populi a minimo usq ad maximum eor
omnium habitantium in Babylonia ad
flumē sedi. Qui audientes plorabant &
ieiunabant & orabant in conspectu
domini Et collegerunt pecuniam secū
dum q potuit uniuscuiusq manus. Et
miserunt in hierlm ad ioachim filium

helchie filium Salon sacerdotem & ad
reliques sacerdotes & ad omnem popu
lum qui uenit cum eo in hierusalē
cum accepissent uasa templi domini que
ablata fuerant de templo reuocare in te
ram iuda decima die mensis syban uasa
argentea que fecit Sedechias filius Josie
rex iuda posteaq cepisset Nabuchodo
nosor rex Babylonis sechoniā et pri
ncipes et cunctos potentes & populum
terre ab hierlm et duxit eos unctos in
Babyloniā. Et dixerunt. Ecce misimus
ad uos pecunias de quibus emite holoca
ustomata & thus et facite mamma & of
ferte pro peccato ad aram domini dei
nostri. Et orate pro uita Nabuchodo
nosor regis Babylonis & pro uita Bal
thasar filij eius ut sint dies eor sicut
dies celi super terram & ut deē domi
nus uirtutem nobis & illuminet ocu
los nostros ut uiuamus sub umbra Na
buchodonosor regis Babylonis & sub
umbra Balthasar filij eius & seruamur
eis multis diebus & inueniamus gratiā.

in conspectu eorum. Et pro nobis ipsis
orate ad dominum deum nostrum. quia
peccauimus domino deo nostro. & non est
auerfus furor eius a nobis usque in hunc
diem. Et legite librum istum quem mi-
simus ad uos recitari in templo domini
in die solemnium. & in die oportuno. Et
dicetis. Domino deo nostro iustitia. no-
bis autem confusio faciei nostre sicut est
dies hec. omni iuda & habitantibus in
hierusalem regibus nostris & principibus no-
stris et sacerdotibus nostris & prophetis
nostris & patribus nostris. Peccauimus
ante dominum deum nostrum. & non re-
credimus diffidentes in eum. et non fu-
imus subiectibiles illi. & non auduimus
uocem domini dei nostri. ut ambulare-
mus in mandatis eius que dedit nobis.
A die qua eduxit patres nostros de ter-
ra egypti usque ad diem hunc eramus in-
credibiles ad dominum deum nostrum.
& dissipati recessimus ne audiremus
uocem ipsius. Et adhererunt nobis mul-
ta mala. & maledictiones que constituit
dominus Moysi seruo suo qui eduxit
patres nostros de terra egypti dare no-
bis terram fluentem lac & mel. sicut ho-
die. & non auduimus uocem
domini dei nostri secundum omnia uer-
ba prophetarum quos misit ad nos &
ad iudices nostros & abiimus unusquisque
in sensum cordis nostri maligni. opera-
ri deus alienis facientes mala ante ocu-
los domini dei nostri.

Propter quod statuit dominus
deus noster uerbum suum.
quod locutus est ad nos. &
ad iudices nostros qui iudi-
cauerunt in hierusalem & ad reges nostros
et ad principes nostros & ad omnem
israhel & iuda. ut adduceret dominus super
nos mala magna que non sunt facta sub
celo quemadmodum facta sunt in hierusalem
secundum que scripta sunt in lege mo-
ysi ut manducaret homo carnes filii sui
et carnes filie sue. Et dedit eos sub ma-
nu regum omnium qui sunt in circuitu
nostro in improperium & in desolationem
et in omnibus populis in quibus nos disper-
sit dominus et facti sumus subiectus et
non supra. quia peccauimus domino deo
nostro non obaudiendo uocem ipsius. Do-
mino deo nostro iustitia. nobis autem
& patribus nostris confusio faciei sicut
est dies hec. Quia locutus est dominus
super nos omnia mala hec que uenerunt
super nos. & non sumus deprecati faci-
em domini dei nostri. ut reuertemur.
unusquisque nostrum a uis nostris pessimi-
mus. Et uigilauit dominus in malis et
adduxit ea super nos. quia iustus est dominus in
omnibus operibus suis que mandauit nobis
& non auduimus uocem ipsius. ut ire-
mus in preceptis domini que ante fa-
ciem nostram. Et nunc domine deus israhel
qui eduxisti populum tuum de terra
egypti in manu ualida. et in signis &
in prodigiis & in uirtute tua magna.
et in brachio excelso. & fecisti tibi no-
men sicut est dies iste. peccauimus im-
pie cogimus. inique gessimus domine.

deus noster in omnibus iusticiis tuis. Auen-
tatur ira tua a nobis quia derelicti sumus
pauci inter gentes ubi dispersisti nos. **E**
xaudi domine preces nostras & orationes
nostras et edue nos propter te & da
nobis inuenire gratiam ante faciem co-
rum qui nos abduxerunt ut sciat omnis
terra quia tu es dominus deus noster et quia
nomen tuum inuocatum est super israel et
super genus ipsius. **R.** respice domine de
domo sancta tua in nos & inclina aurem
tuam et exaudi nos. **A.**peri oculos tuos
& uide quia non mortui qui sunt in infer-
no quorum spiritus acceptus est a iuste-
ris suis dabunt honorem & iustifica-
tionem domino sed anima que tristis
est super magnitudinem mali & incedit
curua & infirma & oculi deficientes &
anima esuriens dat tibi gloriam et iusti-
tiam domino quia non secundum iusti-
tias patrum nostrorum nos fundimus
preces & petimus misericordiam ante
conspicuum tuum domine deus noster
sed quia misisti iram tuam et furorem tu-
um super nos sicut locutus es in manu pu-
erorum tuorum prophetarum dicens.
Sic dicit dominus. Inclinate humerum
uestrum & ceruicem uestram & opera-
facite. **R.**egi Babylonis & sedebitis in
terra quam dedit patribus uestris. **Q**uia
si non feceritis nec audientis uocem
domini dei uestri operari regi Babyloniae
defectionem uestram faciam de ci-
uitatibus iuda & a foris hierusalem & au-
feram a uobis uocem iocunditatis et
uocem gaudij & uocem sponsi & uocem
sponse & erit omnis terra sine uestri-

gio. Et non audierunt uocem tuam
ut operarentur. **R.**egi Babylonis & i
statuisti uerba tua que locutus es in
manibus puerorum tuorum propheta-
rum ut transferent ossa regum nostrorum
et ossa patrum nostrorum de loco suo.
Et ecce sunt proiecta in calore solis &
in gelu noctis & mortui sunt in dolo-
ribus pessimis in fame & in gladio et in
emissione. Et posuisti templum in quo
inueatum est nomen tuum in ipso sicut
haec dies propter iniquitatem domus israhel
et domus iuda. **E**t fecisti in nobis do-
mine deus noster secundum omnem bo-
nitatem tuam & secundum omnem mi-
serationem tuam illam magnam sicut lo-
cutus es in manu pueri tui Moysi dicens
qua precepisti ei scribere legem tuam
coram filiis israhel dicens. Si non audierit
israhel uocem meam multitudo haec magna
conuertetur in minimam gentem quoniam
ego eos disperdam quia scio quod me
non audiet populus. Populus est enim
dura ceruice. Et conuertetur ad cor-
suum in terra captiuitatis suae & sciet
quia ego sum dominus eorum. Et dabo
eis cor et intelligent et aures & audi-
ent. Et laudabunt me in terra capti-
uitatis suae & memores erunt nominis
mei. Et auertent se a dorso suo duro
& a malignitatibus suis quia reminiscen-
tur uiam patrum suorum qui peccauerunt
in me. Et reuocabo illos in terra
quam iuravi patribus eorum Abra-
am Isaac & iacob & dominabunt eis.
Et multiplicabo eos & non minorabun-
tur. Et statuam illis testamentum aeternum

rum sempiternum ut sim illis in deum
& ipsi erunt mihi in populum. & non
mouebo amplius populum meum filio
isrl' a terra quam dedi illis. Et nunc
domine omnipotens ds israel anima in
angustus & spiritus anxius clamat ad
te. Audi domine et miserere qa deus
est misericors & miserere nostri quia
peccauimus ante te. Qa tu sedes in sem
piternum & nos peribimus in eum.
Domine omnipotens deus isrl' audi nunc
oratioem mortuorum isrl' et filiorum
iporum q peccauerunt ante te & au
dierunt uocem domini dei sui et ag
glutinata sunt nobis mala. Noli me
minisse iniquitates patrum nostrorum
sed memento manus tue & nominis
tui in tempore isto qa tu es dominus o
ds noster & laudabimus te domine qa
propter hoc dedisti timorem tuum in
cordibus nostris & ut inuocemus nome
nium et laudem te in captiuitate nra q
temur ab iniquitate patrum nostrorum
q peccauerunt ante te. Et ecce nos in
captiuitate nostra sumus hodie qa nos
dispersisti in imperium & in maledic
tum et in peccatum secundum omnes
iniquitates patrum nostrorum q disces
serunt a te domine o Deus nra

Vdi isrl' mandata uite av
ribz percipe ut scias prude
tiam. Quid est isrl' q in
terra inimicorum est. Inue
trasti in terra aliena. congnatus es
cum mortuis. Deputatus es cum descen
dentibus in infernum dereliquisti fontem

sapie. Nam si in uia dei ambulasset
habitasset utiq in pace sup terram. Discet
ubi sit prudentia. ubi sit uirtus. ubi sit
intellectus. ut scias sit ubi sit longitui
nitas uite & uictus. ubi sit lumen cor
lorum & pax. Quis inuenit locum eius
Et q intravit in thesauros eius. Vbi st
principes gentium & q dominantur su
per bestias que sunt sup terram. Qui in
auro celi ludunt. q argentum thesauri
zant & aurum in quo confidunt homi
nes. et non est finis acquisitionis eorum.
Qui argentum fabricant et solliciti su
nt. nec est inuentio operum illoz. Exce
minati sunt & ad inferos descenderunt
& alij loco eorum surrexerunt. Iuueni
uerunt lumen & habitauerunt sup
terram. Viam autem discipline igno
rauerunt. neq intellexerunt semitas
eius. neq filij eorum susceperunt eam.
& facie iporum longe facta est. No
est audita in terra chanaan. neq uisa
est in theman. Filij quoq agar qui ex
gesserunt prudentiam que de terra e
negociatores terre & theman. et fab
latores & exsutores prudentie et in
telligentie. uiam autem sapientie nesci
erunt. neq commemorati sunt semitas
eius. O isrl' q magna est domus dei. et
ingens locus possessionis eius. Magnus
est et non habet finem excelsus & im
mensus. Ibi fuerunt gigantes nomina
ti. illi q ab initio fuerunt statura ma
gna scientes bellum. Non hos elegit
dominus. neq uiam discipline inueni
erunt. propterea perierunt. Et quonia
non habuerunt sapientiam interierunt

propter suam insipientiam. Quis ascen-
dit in caelum & accepit eam & eduxit
eam de nubibus. Quis transtulit mare
et inuenit illam & attulit illam super
aurum electum. Non est qui possit se-
re uias eius neque qui exgrat. semitas eius.
Sed qui scit uniuersa nouit eam & adin-
uenit eam prudentia sua. Quis prepara-
uit terram in eterno tempore & re-
pleuit eam bipedibus & quadrupedibus.
Qui emittit lumen et uadit & uocauit il-
lud & obedit illi in tremore. Stelle
autem dederunt lumen in custodijs fi-
is & letate sunt. Vocate sunt & dixe-
runt. Assumus. Et luxerunt ei cum io-
cunditate quae fecit illas. Hic est deus noster
& non estimabitur alius aduersus eum.
Hic adinuenit omnem uiam discipline
et tradidit illam iacob puero suo et
israhel dilecto suo. Post haec in terris ui-
sus est & cum hominibus conuersatus est.

Ecce liber mandatorum dei
& lex quae est in eternis.
Omnes qui tenent eam per-
uenient ad uitam qui autem
dereliquerunt eam in morte. Et nunc
terre iacob et apprehendit eam ambulat
per uiam ad splendorem eius contra lu-
men eius. Ne tradat alteri gloriam i-
tuam & dignitatem tuam gratia alienae.
Beati sumus israhel quia quae deo placent
manifesta sunt nobis. Numquid
esto populi dei memorabilis israhel. Ve-
nundati estis gentibus non in perditio-
nem sed propter quod in ira ad iracundi-
am prouocastis deum traditiq. estis

aduersarij. Exacerbastis enim eum qui
fecit uos deum eternum immolantes
demonijs & non deo. Obliti enim estis
eum qui nutriuit uos & contristatis in-
tricem uestram hierusalem. Vidit enim
iracundiam a deo uenientem uobis &
dixit. Audite confines syon. Addu-
xit enim mihi deus luctum magnum. Vi-
di enim captiuitatem populi mei filio-
rum & filiarum quam superduxit
illis externus. Nutriuit enim illos cum
iocunditate dimisit autem illos cum fle-
tu & luctu. Nemo gaudeat super me-
uidiam et desolatam a multis derelicta
sum propter peccata filiorum meorum
quia declinauerunt a lege dei. Iustitias
autem ipsius nescierunt nec ambu-
laerunt per uias mandatorum dei
neque per semitas ueritatis eius cum iusti-
tia ingressi sunt. Veniant confines syon
& memorent captiuitatem filiorum et
filiarum mearum quam superduxit il-
lis externus. Adduxit enim illos super-
gentem de longinquo gentem impro-
bam & alterius lingue qui non sunt
reuerenti senem neque puerorum miser-
ti sunt. Et abduxerunt dilectos
uidue & a filijs unicum desolauerunt.
Ego autem quod possum adiuuare uos.
Quoniam adduxit super uos mala ipse uos
eripiet de manibus inimicorum uestrorum.
Ambulate filij ambulate ego enim de-
relicta sum sola. Exui me stola pacis
indui autem me sacco obsecrationis. Et
clamabo ad altissimum in diebus meis
Numquid esto te filij clamate
ad dominum & eripiet uos de ma-

nu principum inimicorum. Ego enim spe-
raui in eternum salutem uestram. &
uenit mihi gaudium a sancto super mi-
sericordiam que uenit uobis ab eterno sa-
lutar nostro. Cuius enim uos cum lue-
tu et ploratu: reduec: autem uos mihi
dominus cum gaudio et iocunditate in
sempiternum. Sicut enim uiderunt iu-
cine syon captiuitatem uestram a deo
sic uidebunt: & in celeritate salutem
uestram in deo que superueniet uobis. i
cum honore magno & splendore eterno.
Filij patienter sustinete iram que super-
ueniet uobis. Persecutus est enim te i
inimicus tuus sed cito uidebitis perdi-
tionem ipsius et super ceruices ipsius i
ascendes. Delicati mei ambulauerunt
uias asperas ducti sunt enim ut grex
direptus ab inimicis. Nunc quiores i
estote filij & proclamate ad dominum.
Certe enim memoria uestra ab eo q. du-
xit uos. Sic enim fuit sensus uester:
ut erraretis a deo decies tm iterum
conuertentes regretis cum. Quia enim i
duxit uobis mala ipse rursus adducet
uobis sempiternam iocunditatem cum
salute uestra. A nuncqor esto hierlm.
E xortatur enim te q. te nominauit. No-
centes peribunt qui te uexauerunt: &
q. gratulati sunt in tua ruina pumen-
tur. Ciuitates qb. seruerunt filij tui
pumentur: & que accepit filios tuos.
Sicut enim gauisa est in tua ruina: et
letata est in casu tuo: sic contristiabi-
tur in sua desolatioe. Et amputabit
occultatio multitudinis eius et gaudi-
moum eius erit in luctum. Ignis enim

superueniet ei ab eterno in longitu-
nis dieb. & habitabit a demonys i
multitudine temporis. Circuaspice hie
rusalem ad orientem & uide: iocun-
ditatem a deo tibi uenientem. Eccc
enim ueniunt filij tui quos dimisisti
dispersos ueniunt collecti ab oriente
usq. ad occidentem in uerbo sancti ga-
udentes in honorem dei.

Exue te hierlm stola lue-
tus et uexationis tue: in-
due te decore et honore
que a deo tibi sempite-
na gloria. Circundabit te diptioide ui-
tute: & imponet mitram capiti tuo ho-
noris eterni. Deus enim ostendec sple-
dorem suum in te: q. sub celo est. No-
minabit enim tibi nome tuum a deo i
sempiternum. Pax iustitie & honor pie-
tatis. Exurge hierlm et sta in excelso: &
circuaspice ad orientem & uide: collec-
tos filios tuos ab oriente: sole usq. ad oc-
cidentem in uerbo sancti gaudentes de
memoria. Exierunt enim abs te pedib
ducti ab inimicis adducet autem illos
dominus ad te portatos in honorem si-
cut filios regni. Constituit enim deus
humiliare omnem montem excelsum et
rupes perbenes: & conualles replere incedi-
tatem terre: ut ambulet iust. diligere
ter in honorem dei. Obumbrauerunt au-
tem silue: & omne lignum suauitatis iust
mandato dei. Adducet enim ds israel i
cum iocunditate in lumine maiestatis o-
sue cum misericordia et iustitia q. est i
ex ipso.

PROPTER peccata
que peccastis ante de-
um. abducemini in Ba-
bylonum captiu a dya-
buchodonosor rege.

Babyloniurum. Ingressi itaq in Babyloni-
critis ibi annis plurimis & temporibus lo-
gis usq ad generatiões septem post hoc.
autem educam uos inde cum pace. Nunc
autem uidebitis in Babylonia deos aure-
os et argenteos & lapideos & ligneos in
humeris portari ostentantes metum gen-
tibus. Videte ergo ne & uos similes effi-
ciami factis alienis et metuatis. & me-
tus uos capiat in ipsis. Nisi itaq turba-
de retro & ab ante. adorantes dicite in
cordibus uestris Te oportet adorari dñe.
Angelus autem meus uobiscum est. Ipse
autem exgram animas uestras. Nam
ligna ipsorum polita a fabro. ipsa etiam
maurata & inargentata. falsa sunt et
non possunt loq. Et sicut uirgini o-
amanti ornamenta. ita accepta auro fa-
bricata sunt. Corona certe aureas ha-
bent super capita sua. dy illorum use-
de subtrahunt sacerdotes ab eis aure-
et argentum. & erugant illud in sene-
tibus. Dant autem ex ipso prostitutis
& meretricibus ornant. & iterum cum
ceperint illud a meretricibus ornant
deos suos. Hi autem non liberantur ab
erugine & tinea. Opertis autem illis

ueste purpurea extergent faciem ipso-
rum propter puluerem domus q est
plurimus inter eos. Scepterum autem ha-
bet ut homo sicut iudex regionis qui
in se peccantem non interficit. Habet
etiam in manu gladium et securim se-
autem de bello & a latronibus non li-
berat. Unde uobis notum sit. quia non
sunt dy. Non ergo reuertimini eos. Si-
cut enim uas hominis contractum iuti-
le efficiunt. tales sunt & dy illorum. Co-
stituitis illis in domo oculi eorum ple-
ni sunt puluere a pedibus intrantium.
Et sicut alicui q regem offendit circūse-
te sunt ianue. aut sicut ad sepulchrum
adductum motuum. ita tutant sacer-
dotes ostia clausuris et seris ne a latro-
nibus expolientur. Lucernas accendunt
illis. et qdem multas. ex qbus nulla ui-
dere possunt. Sunt autem sicut tra-
bes in domo. Quidam uero eorum dicunt
eligere q de terra sunt. dum comedunt
eos & uestimentum ipsorum. & non se-
tunt. Nigra sunt facies eorum a su-
mo. q in domo sit. Supra corpus eorum
et supra caput eorum uolant noctue
& hirundines. & aues etiam sicut & cat-
te. Unde sciat q non sunt dy. Ne
ergo timueritis eos. Aurum etiam qd
habent ad specimen. nisi aliqs exterse-
rit. erugimen non fulgebunt. Neque
enim dum conflantur sentiebant. Ex
omni pretio empta sunt. in qbus spiritus
non est in ipsis. Sine pedibus in hume-
ris portantur. ostentantes ignobilitates
sua hominibus. Confundantur etiam
q colunt ea. Propterea si ceciderint

in terram a semetipsis non consurgunt:
neque si quis eum statuerit rectum per
semetipsum stabit: sed sicut mortuis
bumeri eorum illis apponentur hostias
illorum uendunt sacerdotes ipsorum et
abutuntur: similiter & mulieres eorum
decerpentes neque infirmo neque mendica
ti aliquid impertunt: de sacrificijs con
fite & menstruate contingunt. Scie
tes itaque ex his quae non sunt dii: ne time
atis eos. Unde enim uocantur dii: Quia
mulieres apponunt dijs argenteis & au
reis & ligneis: & in domibus eorum sa
cerdotes sedent habentes tunicas scissas
& capita et barbam rasam: quorum ca
pita nuda sunt. Rugiunt autem cla
mantes contra deos suos sicut in coetu
mortuorum. Vestimenta eorum auferunt
sacerdotes: & uestiunt uexces suas et
filios suos. Neque si quid mali patiuntur
ab aliquo: neque si quid boni poterunt re
tribuere: neque regem constituere pos
sunt: neque auferre. Similiter neque ad
dare diuitias possunt: neque malum re
tribuere. Siquis illis uotum uouerit &
non reddiderit: neque hoc requirunt. Ho
minem a morte non liberant: neque
infirmum a potentiore eripiunt: ho
minem caecum ad uisum non restitunt:
de necessitate hominem non liberabunt:
viduae non miserebuntur: neque orphanis
benefaciant. Lapidibus de monte simi
les sunt dii illorum lignei & lapidei
& aurei & argentei. Quae autem coluntur
ea confundentur. Quomodo ergo esti
mandum est aut dicendum illos esse
deos. Adhuc enim ipsis chaldeis &

non honorantibus ea: quae cum audierint
mutum non posse loqui: offerunt illud
ad bellum postulantibus ab eo loqui: quasi
possint sentire: qui non habent motus:
& ipsi cum intellexerint: relinquunt
ea. Sensum enim non habent ipsi dii
illorum. Mulieres autem circūdate
fimbriis in uis sedent succedentes os
sa oliuarum. Cum autem aliqua ex
ipsis abstracta ad aliquo transeunte
dormierit cum eo: proxime sue exp
brat quod ea non sit digna habita sicut
ipsa neque funis eius disruptus sit. Om
nia autem quae illis fiunt falsa sunt.
Quomodo estimandum aut dicendum
est illos esse deos. A fabricis autem
& ab aurificibus facta sunt. Nihil ali
ud erunt nisi id quod uolunt esse: sa
cerdotes. Aurifices etiam ipsi quae ea
faciunt non sunt multi temporis.
Nunquid ergo potest ea quae fabricata
sunt ab ipsis esse dii. Reliquerunt
autem falsa & opprobrium postea futu
ris. Nam cum superuenerit illi pro
elium et mala cogitant sacerdotes ubi
se abscondant cum illis. Quomodo
ergo sentiri debeant quoniam dii sunt
quae nec de bello se liberant: neque de ma
lis se eripiunt. Nam cum sint li
gnea & lapidea: et inaurata & ma
urata et inargentata scietur postea quod
falsa sunt ab uniuersis gentibus & regi
bus quae manifestata sunt quod non sunt
dii sed opera manuum hominum &
nullum opus dei cum illis. Unde er
go notum est quia non sunt dii: sed
opera manuum hominum: & nullum dei

opus in ipsis est. Regem regioni non
suscitant. neq. pluviam hominibus dabit.
Iudicium quoq. non discernent. neq. re-
giones liberabunt ab iniuria. q. nihil p. n.
sicut corniculae inter medium caeli &
terre. Et tunc cum incidit ignis in
domum deorum ligneorum & argen-
teorum et aureorum. sacerdotes q. d. e.
ipsorum fugient & liberabunt. ipsi ve-
ro sicut trabes in medio comburentur.
R. egi autem et bello non resistent. Quo
modo ergo estimandum est. aut reci-
piendum q. dii sunt. Non a furibus
neq. a latronibus se liberabunt. dii li-
gna & lapidei et inaurati & inargen-
tati. q. bus inq. fortiores sunt. A ure
& argentum et uestimentum quo op-
ti sunt auferent illi & abibunt. nec si-
bi auxilium ferent. Itaq. melius est
esse regem ostentantem uirtutem suam
aut uas in domo utile in quo gloria-
tur q. possidet illud. ut ostium in
domo q. custodit que in pace sunt.
& falsi dii. Sol q. dem & luna ac sive-
ra cum sit splendida. et emissa ad u-
tilitates obaudiunt similiter. & ful-
gur cum apparuerit perspicuum est.
I. d. ipsum autem & sp. in omni regi-
one spirat. & nubes q. bus cum impe-
ratum fuerit a deo pambulare in un-
uersum orbem perficiunt. q. d. imp. a-
tum est eis. Ignis etiam missus desupe-
ut consumat montes & siluas facit. &
quod p. ceptum est a. h. ec autem
neq. sp. b. neq. uirtutibus un. eorum si-
milia sunt. Unde neq. estimandum
est. neq. dicendum illos esse deos q. p.

non p. n. neq. iudicium iudicare. neq.
q. equam facere hominibus. scientes itaq.
quia non sunt dii. ne ergo timeatis
eos. neq. n. regibus maledicent. neque
benedicent. Signa enim in celo ger-
entibus non ostendunt. neq. ut sol luce-
bunt. neq. illuminabunt. ut luna. Be-
stiae meliores sunt illis que possunt fu-
gere sub tectum ac pedesse sibi. Nullo
itaq. modo nobis est manifestum q.
sunt dii. propter q. d. ne timeatis eos. i.
Nam sicut in cucumero formido ni-
hil custodit. ita sunt dii illorum ligni
& argentei et inaurati. Eodem modo
et in horto spina alba. supra quam om-
nis auis sedet. Sicut & mortuo proie-
to in tenebris similes sunt dii illorum
ligni & inaurati & inargentati. A-
purpura quoq. et marmor. que su-
pra illos teneant. scientes itaq. q. d. sunt
dii. ipsi etiam postremo comeduntur
& erunt obprobrium in regione. Me-
lior est igitur homo iustus q. non ha-
bet simulacra. nam erit longe ab ob-
probrio.

EZECHIEL
propheta cum Jo-
achim rege iuda-
e captiuus ductus
est in Babylonem
ibiq. his qui cum
eo captiui fuerat prophetauit penite-

T F A C

T V M E

in tricésimo

anno idest

quarto in

quinta me

sis cum es

sem in me

dio captiuorum iuxta fluum chobar
aperti sunt celi. & uidi uisus dei. In
quinta mensis ipse est annus quintus tra
migrations regis joachim. factum est
uerbum domini ad Ezechielem filiu

B uza sacerdotem in terra chaldeorum
secus flumen chobar. Et facta est su
per eum ibi manus domini. Et uidi. et
ecce uentus turbini ueniebat ab aq
lone. & nubes magna. et ignis inuoluit.

E t splendor in circuitu eius. & de me
dio eius quasi species electri. idest de
medio ignis. Et in medio eius simili
tudo quattuor animalium. & hic aspec
tus eorum. Similitudo hominis in eis.

Et quattuor facies domini. & quat
tuor penne uni. Et pedes eorum pe
des rechi. & planta pedis eorum qua
si planta pedis uituli. & scintille. Quasi
aspectus eris cadentis. Et manus ho
minis sub pennis eorum in quattuor
partibus. & facies et pennas per quat
tuor partes habebant. unedeq. erant pe
ne eorum alterius ad alterum. Non
reuertebantur cum incederent. sed unum
quodque ante faciem suam gradiebatur.
Similitudo autem uultus eorum. fa
cies hominis & facies leonis. & dextera
ipsorum quattuor. facies autem bouis
& sinistra ipsorum quattuor. & facies
aquile desuper ipsorum quattuor. & fa
cies eorum & penne eorum exten
te desuper. Due penne singulorum
ungebantur & due tegebantur. cor
pora eorum. Et unum quodque eorum
coram facie sua ambulabat. Vbi erat
impetus spiritus illuc gradiebantur.
nec reuertebantur cum ambularent.

Et similitudo animalium & aspectus eorum quasi carbonum ignis ardentium. & et quasi aspectus lampadarum. Hec erat visio discurrens in medio animalium. & splendor ignis & de igne fulgur egrediens. & animalia ibant et reuertebantur in similitudinem fulguris coruscantis. Cuius aspiceret animalia apparuit rota una super terram iuxta animalia habens quattuor facies. Et aspectus rotarum et opus earum quasi visio maris. & una similitudo ipsarum quattuor & aspectus earum & opera quasi sit rota in medio rotarum. Per quattuor partes earum cunctes ibant. & non reuertebantur cum ambularent. Satura quoque erat rotis & altitudo. & horribilis aspectus & totum corpus oculis plenum in circuitu ipsarum quattuor. Cuius ambularent animalia. ambulabant pariter et rotarum iuxta ea. & cum eleuarent animalia de terra eleuabantur simul & rotarum. Quocumque ibat spiritus. illuc eunte spiritu & rotarum pariter eleuabantur sequentes eum. Spiritus enim uite erat in rotis. Cum cunctis ibant. & cum stantibus stabant. & cum eleuatis a terra pariter eleuabantur. & rotarum sequentes ea quia spiritus uite erat in rotis. Et similitudo super capita animalium firmamenti quasi aspectus cristalli horribilis. & extenti super capita eorum de super. Sub firmamento autem penne eorum recte alterius ad alterum. Vnus quodque duabus alis uelabat corpus suum. & alterum similiter uelabatur. Et audivam sonum alterum quasi sonum

aquarum multarum quasi sonum sublimis dei. Cuius ambularent quasi sonus erat multitudinis. ut sonus castrorum. Cuius starent dimittebantur penne eorum. Nam cum fieret uox super firmamentum quod erat super capita eorum. stabant et submittebant alas suas. Et super firmamentum quod erat iunctis capitibus eorum quasi aspectus lapidis sapphyri. similitudo throni. & super similitudinem throni similitudo quasi aspectus hominis de super. Et uidi quasi speciem electi uelut aspectum ignis intrinsecus per circuitum eius a lumbis eius & de super. & a lumbis eius usque deorsum uidi quasi speciem ignis splendentis in circuitu uelut aspectum arcus cum fuerit in nube in die pluuie. Hic erat aspectus splendoris per gyrum.

In hoc libro describitur uisio quae facta est in diebus illis. Et describitur uisio quae facta est in diebus illis. Et describitur uisio quae facta est in diebus illis.

Hec uisio similitudinis glo-
rie domini. Et uidi & ce-
cidi in faciem meam. et
audiui uocem loquentis.
& dixit ad me. Fili hominis sta super
pedes tuos & loquar tecum. Et in-
gressus est in me spiritus postq̄ locu-
tus est mihi & statuit me supra pe-
des meos. Et audiui loquentem ad me
& dicentem fili hominis mitto ego te
ad filios isrl̄ ad gentes apostatitices q̄
recesserunt a me. Patres eorum pre-
uaricati sunt pactum meum usque ad
diem hanc. & filij dura facie & in do-
mabili corde sunt ad quos ego mitto
te. Et dices ad eos. Hec dicit domi-
nus d̄s. si forte uel ipsi audiant. et si
forte quiescant. quoniam domus exa-
sperans est & sciet q̄a propheta fue-
rit in medio eorum. Tu ergo fili homi-
nis ne ti metas eos neq̄ sermones eorum
metuas quoniam increduli et subuer-
sores sunt tecum. & cum scorpionibus
habitas. Verba eorum ne timeas & i-
uultus eorum ne formides. quia do-
mus exasperans est. Loqueris ergo ue-
ba mea ad eos si forte audiant. et qui-
escant. quoniam irritatores sunt. Tu
autem fili hominis audi quecuq̄ lo-
quor ad te. & noli esse exasperans si-
cut domus exasperatrix est. Aperi os
tuum & comede quecuq̄ ego do-
tibi. Et uidi & ecce manus missa ad
me in qua erat inuolutus liber. & ex-
pandit illum coram me q̄ erat scriptus
intus & foris. & scripte erant in colu-

mentatiōes & carne & ue-

Et dixit ad me. Fili homi-
nis quodcuq̄ inueneris. i-
comede. Comede uolu-
men istud. & uadens lo-
quere ad filios isrl̄. Et aperui os meum
& cibauit me uolumine illo. Et dixit
ad me. Fili hominis uenter tuus come-
det & uiscera tua complebuntur uo-
lumine isto quod ego do tibi. Et co-
medi illud. & factum est in ore meo
sicut mel dulce. Et dixit ad me. Fili
hominis uade ad domum isrl̄. & loque-
ris uerba mea ad eos. Non enim ad po-
pulum profundi sermonis & ignote li-
gue. tu mitteris ad domum israel. neq̄
ad populos multos pfundi sermonis &
ignote lingue. quorum non possis audi-
re sermones. Et si ad illos mitteris. ipsi
audirent te. Domus autem isrl̄ nolu-
it audire te. quia nolunt audire me. Om-
nis quippe domus isrl̄ atrita fronte ē.
& duro corde. Ecce dedi faciem tuā
ualentorem faciebus eorum. & frontem
tuam duriorē frontibus eorum. ut ad-
mantem. et ut silicem dedi faciem tu-
am. Ne timeas eos neq̄ metuas a fa-
cie eorum. quia domus exasperans est.
Et dixit ad me. Fili hominis omnes
sermōes meos quos ego loquor ad te. as-
sume in corde tuo. & auribus tuis audi
& uade ingredere ad transmigrationes
ad filios populi mei. & loqueris ad eos
et dices eis. Hec dicit dominus d̄s.
si forte audiant. & quiescant. Et assūp-
sit me spiritus. & audiui post me uo-

cem commotionis magne. benedicta
gloria domini de loco suo & uocem
alarum animalium percussentium alte
ram ad alteram & uocem rotarum se
quentium animalia et uocem commo
tionis magne. Spiritus quoque leuauit
me & assumpsit me & abij amarus in
indignatione spiritus mei. Manus enim
domini erat mecum confortans me.
Et ueni ad transmigrationem ad acer
uum nouarum frugum ad eos qui ha
bitabant iuxta flumens. chobar & se
di ubi illi sedebant & mansi ibi septem
diebus mœrens in medio eorum. Cum
autem pertransissent septem dies factum
est uerbum domini ad me dicens
Fili hominis speculatorem dedi te do
mum israhel & audies de ore meo uerbum
& annuntiabis eis ex me. Si dicente
me ad unquam morte morieris non
annuntiaueris ei neque locutus fueris ut
auertatur a uia sua impia & uiuat
ipse impius in iniquitate sua morietur
sanguinem autem eius de manu tua re
gram. Si autem tu annuntiaueris im
pio & ille non fuerit conuersus ab im
pietate sua & a uia sua impia ipse
quidem in impietate sua morietur tu
autem animam tuam liberauisti. Sed et si
conuersus iustus a iusticia sua fuerit
& fecerit iniquitatem ponam offendicu
lum coram eo ipse morietur quia
non annuntiaueris ei in peccato suo mo
rietur & non erunt in memoria iusti
tie eius quas fecit sanguinem uero e
ius de manu tua regram. Si autem tu
annuntiaueris iusto ut non peccet

iustus & ille non peccauerit uiuens
uiuetque annuntiaueris ei & tu animam
tuam liberauisti. Et facta est ibi super
me manus domini & dixit ad me
Surgens egredere in campum et ibi
loquar tecum. Et surgens egressus sum
in campum et ecce ibi gloria domini
stabat quasi gloria quam uidi iuxta
fluum chobar & cecidi in faciem
deus uester. Et irritauerunt me no
lueruntq. me audire. & nusquisq. abo
minatiōes oculorum suorum non proie
cit nec idola egypti reliquerunt. Et
dixi ut effunderem indignatiōem me
am super eos & implem iram meam
in eis in medio terre egypti. Et feci
propter nomen meum ut non uiolare
tur coram gentibus in quarum medio
erant & inter quas apparui eis ut e
ducerem eos de terra egypti. Et cecidit
ergo eos de terra egypti & eduxi e
os in desertum et dedi eis precepta mea
& iudicia mea ostendi eis que faciens
homo uiuet in eis. Insuper & sabbata
mea dedi eis ut esset signum inter me
et eos & scirent q. ego dominus sanc
tificans eos. Et irritauerunt me domus
isrl in deserto in preceptis meis non
ambulauerunt & iudicia mea peccerūt
que faciens homo uiuet in eis & sabbata
mea uiolauerunt uehementer. Dixi
ergo ut effunderem furorem meum su
per eos in deserto & consumerem eos. Et
feci propter nomen meum ne uiolaret
coram gentibus de q. cecidit eos in con
spectu earum. Ego igitur leuaui ma
num meam sup eos in deserto ne indu
cerem eos in terram quam dedi eis fluen
tem lacte & melle precepuiam terra
rum omnium quia iudicia mea peccerunt
& in preceptis non ambulauerunt
et sabbata mea uiolauerunt. Post
idola enim cor eorum gradiebatur
Et peperit oculus meus super

eos ut non interficerem eos: nec consumpsi eos in deserto. Dixi autem ad filios eorum in solitudine: In preceptis patrum uestrorum nolite incedere: nec iudicia eorum custodiat: nec in idolis eorum polluamini. Ego dominus deus uester. In preceptis meis ambulat: & iudicia mea custodite: & facite ea & sabbata mea sanctificate: ut sit signum inter me & uos: & sciat quid ego dominus deus uester. Et exacerbarunt me filij & in preceptis meis non ambulauerunt: & iudicia mea non custodierunt: ut facerent ea que cui fecerit homo uiuet in eis: & sabbata mea uiolauerunt. Et comminatus sum ut effunderet furore meo super eos et implerem iram meam in eis in deserto. Auerti autem manum meam & feci propter nomen meum: ut non uiolaretur cor gentibus de quibus cieci eos in oculis earum. Iterum leuaui manum meam in eos in solitudine: ut dispergerem illos in nationes & uentilarem in terras: eo quod iudicia mea non fecissent: & precepta mea reprobasent: et sabbata mea uiolassent: & post idola patrum suorum fuissent oculi eorum. Ergo et ego dedi eis precepta non bona & iudicia in quibus non uiuent: & pollui eos in muneribus suis cum offerrent: omne quod aperit uulnam propter delicta sua: & scient quia ego dominus. Quamobrem loquer ad domum israel: fili hominis dicet ad eos: haec dicit dominus deus. Adhuc & in hoc blasphemauerunt me patres uestri cum speruissent me contemneret

et & induxissent eos in terram super quam leuaui manum meam ut darem eis. Viderunt omnem collem excelsus & omne lignum nemorosum: & immolauerunt ibi uictimam suam: & dederunt ibi irrationem oblationis sue: & posuerunt ibi adorem similitudinis sue: & libauerunt libationes suas: & dixi ad eos: Quid est excelsus ad quem uos ingredimini? Et uocatum est nomen eius excelsus usque ad hanc diem. Propterea dicit ad domum israel: Haec dicit dominus deus. Certe in uia patrum uestrorum uos polluimus: & post: offendiculum eorum uos fornicamini: & in oblatione: & donorum uestro: cum transducat filios uestros per ignem uos polluimus in omnibus idolis uestris usque hodie: & ego respondebo uobis domus israel. Nunc ego dicit dominus deus: quia non respondebo uobis neque cogitatio mentis uestre: fiet dicentium. Eruius sicut gentes & sicut cognationes terre: ut colamus ligna: et lapides. Nunc ego dicit dominus deus: quoniam in manu forti & in brachio extenso & in furore effuso regnabo super uos. Et educam uos de populis & congregabo uos de terris in quibus dispersi estis. In manu ualida & in brachio extenso: & in furore effuso regnabo super uos: & adducam uos in desertum populorum: & iudicabor uobiscum ibi facie ad faciem. Sicut iudicio contendi aduersum patres uestros in deserto terre egypti: sic iudicabo uos dicit dominus. Et subiciam uos scepro meo: & inducam uos in uinculis fœderis. Et eligam

de uobis transgressores et impios & de
terra incolatus eorum educam eos: et te-
ram israel non ingredientur & scietis
quia ego dominus. Et uos domus israel
hec dicit dominus deus: Singuli post ido-
la uestra ambulato & seruite eis. Quod
si et in hoc non audieritis me & nomen
meum sanctum pollueritis ultra in in-
ueteribus uestris & in idolis uestris in mon-
te sancto meo in monte excelso israel. &
it. dominus deus: ibi seruiet mihi omnis
domus israel: omnes inquam in terra in qua
placebunt mihi: et ibi queram primitias
uestras & initium decimarum uestra-
rum in omnibus sanctificationibus uestris.
In odorem suauitatis suscipiam uos: cum
eduxero uos de populis et congrega-
uero uos de terris in quas dispersi estis
& sanctificabor in uobis in oculis natio-
num. Et scietis quia ego dominus cum
eduxero uos ad terram israel in terra per
qua leuauit manum meam ut darem e-
am patribus uestris. Et recordabuntur
ibi uiarum uestrarum et omnium scelerum
uestrorum quibus polluti estis in eis
& displicebitis uobis in conspectu uero
in omnibus malitijs uestris quas fecis-
tis & scietis quia ego dominus cum
benefecero uobis propter nomen meum
& non secundum uias uestras malas: nec
secundum scelera uestra pessima. do-
mus israel ait dominus deus: Et factus est
sermo domini ad me dicens: Fili homi-
nis pone faciem tuam contra uiam austrum
& stilla ad austrum et propheta ad sal-
tum agri meridiam & dices saltum me-
ridiano. Audi uerbum domini. Hec dicit

dominus deus: Ecce ego succendam in te
ignem & comburam in te omne lignum
uivide et omne lignum aridum non
extinguetur flamma succensionis. Et
comburetur in ea omnis facies ab austrum
usque ad aquilonem & uidebit uniuersa
caro quia ego dominus succendi eam: nec
extinguetur & dixi. A a domine deus
deus. Ipsi dicunt de me: Nunquid non per
parabolas loquitur iste?

Factus est sermo domini
ad me dicens: Fili hominis
pone faciem tuam ad bieru-
salem & stilla ad sanctua-
ria & propheta contra humum is-
rael & dices terrae israel. Hec dicit do-
minus deus: Ecce ego ad te & exci-
piam gladium meum de uagina sua & ce-
cidam in te iustum et impium. Pro eo
autem quod occidi in te iustum et impium
teculo egredietur gladius meus de ua-
gina sua ad omnem carnem ab austro
usque ad aquilonem ut sciat omnis caro
quia ego dominus eduxi gladium me-
um de uagina sua irruibilem. Et
tu fili hominis ingemisce in contritio-
ne lumborum et in amaritudinibus inge-
misce coram eis. Cuique dixerint ad te
quare tu gemis dices: Pro auditu quia
uenit & tabescent omnes cor & dissol-
uentur uniuersae manus & infirmabit
omnis spiritus & per cuncta genua
fluunt aquae. Ecce uenit & fiet ait
dominus deus. Et factus est sermo do-
mini ad me dicens: Fili hominis propheta
& dices: Hec dicit dominus deus

L oquere. Gladius gladius exacutus ē
et limatus. Ut cedat uictimas exacu-
tus est. ut splendeat limatus est. Quia
moues sceptrum filij mei succidisti om-
ne lignum. Et dedi eum ad leuigandū
ut teneatur manu. Iste exacu-
tus est gladius & iste limatus est
ut sit in manu interficientis. Clama-
et ulula fili hominis. quia hic factus est
in populo meo hic in cunctis diebus Is-
rael qui fugerant. Gladio traditi sunt
cum populo meo. Iccreto plaude super
focemur quia probatus est. & hoc cum
sceptrum subuerterit. et non erit di-
cit dominus deus. Tu ergo fili hominis
propheta. et percutit manu ad manus.
& duplicetur gladius ac triplicetur
gladius interfectorum. hic est gla-
dius occisionis magnae. qui obstupescere
eos facit. et corde tabescere. & multi-
plicat ruinas. In omnibus portis eorum
dedi conturbacionem gladii acuti et li-
mani ad fulgendum. amicti ad cedem.
Exacuate uade ad dexteram suam ad si-
nistram. quocumque facies tue est appe-
titus. Quia et ego plaudam manum
ad manum. & implebo indignationem
meam. Ego dominus locutus sum. Et
factus est sermo domini ad me dicens.
Et tu fili hominis pone tibi duas uias.
ut ueniat gladius. Rex regis Babylonis.
De terra una egredientur ambo. Et ma-
nu capiet coniecturam. in capite uic-
timitatis coniectet. Nam ponet ut ue-
niat gladius ad Rabboth filiorum
Ammon. & ad iudam in Hierusalem
munitissimam. Stetit enim rex Ba-

bylonis in buuo in capite duarum ui-
arum. dinationem querens. commiscet
sagittas. Interrogauit idola. cetera con-
suluit. Ad dexteram eius facta est
diuinationis super hierusalem. ut ponat
arietes. ut aperiat os in eodem. ut ele-
uet uocem in ululatu. ut ponat arie-
tes contra portas. ut comportet aggre-
rem. ut edificet munitiones. eritque
quasi consulens frustra. oraculum in
oculis eorum. & sabbatorum ceum-
mutans. Ipse autem recordabit iniqui-
tatis ad capiendum. Iccreto haec dicit
dominus deus. Pro eo qui recordati estis
iniquitatis uestrae & reuelastis pre-
uaricationes uestras. et apparuerunt
peccata uestra in omnibus cogitationi-
bus uestris. Pro eo inquit qui recordati
estis. manu capiemini. Tu autem pro-
phane impie dux israel cuius uenit
dies in tempore iniquitatis praefinita.
haec dicit dominus deus. Aufer
cydarum. tolle coronam. Nonne haec
est que humilem subleuauit. & subli-
mem humiliauit. Iniquitatem iniqui-
tatem iniquitatem ponam eam. Et haec
non factum est donec ueniret cuius
est iudicium. & tradam ei. Et tu fi-
li hominis propheta & dic. haec dicit
dominus deus ad filios Ammon. & ad
obprobrium eorum. Et dices. Mu-
cro mucro euagina te ad occidendū.
luna te. ut interficias et fulgeas. cui
tibi uiderentur uana & diuinarentur
mendacia. ut darentur super colla
uulneratorum impiorum quorum ue-
nit dies in tempore iniquitatis praefinita.

R. euertere ad uaginam tuam in lectum
in quo creatus es. In terra natiuitatis
tue iudicabo te: et effundam super te
indignationem meam. In igne furoris
mei sufflabo in te: daboq; te in manus
hominum insipientium et fabricantis
interitum. Igne eris abus. Sanguis tuus
erit in medio terre: oblivioni traderis
q; ego dominus locutus sum.

T factus est uerbum do
mini ad me: dicens: Et
tu fili hominis nu iudi
cas nu iudicas ciuitates
sanguinum. & ostendis eis omnes abo
minationes suas. Et dices. Hec dicit
dominus ds. Ciuitas effundens san
guinem in medio sui. ut ueniat tempus
cuis & que fecit idola contra semetip
sam ut pollueret. In sanguine tuo q;
& te effusus est. deliquisti. & idolis
tuis que fecisti polluta es. Et appropi
quare fecisti dies tuos & adduxi te
pus annorum tuorum. Propterea de
di te ebrium gentibus et irrisioem u
niuersis terris que iuxta sunt. et que
peul a te. Triumphabunt de te: sor
dida nobilis grandis interit. Ecce
principes isrl singuli in brachio suo fe
erunt in te: ad effundendum sangui
nem patrem et matrem contumelias af
fecerunt in te. Aduenam calumniati
sunt in medio tui. pupillu et uiduam
constituerunt apud te: sanctuaria me
spreuisti & sabuta mea polluisti.

Viri detractores fuerunt in te: ad effun
dendum sanguine: & super montes co

mederunt in te: scelus operati sunt in
medio tui & reuendiora. patris discop
uerunt in te: immunditiam menstrua
te humiliauerunt in te. Et unusquisq;
in uxorem proximi sui operatus est abo
minationem & socii nurum suam pol
luit nephario: fratre sororem suam filia
patris sui oppressit in te. Munera ac
ceperunt apud te: ad effundendum sa
guinem. usuram et superabundantiam ac
cepisti. et auare proximos tuos calumni
abaris. meiq; oblita es dicit dominus ds.
Ecce complosi manus meas super aux
ritium tuam quam fecisti. & super sa
guinem q; effusus est in medio tui. **N**
Nunquid sustinebit cor tuum. aut pre
ualebunt manus tue in diebus in die
bus quos ego faciam tibi. Ego domi
nus locutus sum et faciam. Et disper
gam te in nationes. & uentilabo te in ter
ras. Et deficere faciam immunditiam
tuam a te: et possidebo te in conspec
tu gentium & scies q; ego dominus. Et
factum est uerbum domini ad me: di
cens. Fili hominis uersa est mibi dom
us isrl in scoriam. Omnes isti es & stannus
& ferrum et plumbum in medio fornacis
es: scoria argenti facti sunt. Propterea
hec dicit dominus ds. Eo q; uersi estis
omnes in scoriam. propterea ecce ego
congregabo uos in medio hierusalem
congregatione argenti et ens & stannus
et ferri & plumbi in medio fornacis.
ut succendam in ea ignem ad confla
dum. Sic congregabo in furore meo
in ira mea & requiescam. Et conflu
bo uos et congregabo uos & succenda

uos in igne furoris mei et conflabim
in medio eius ut conflatur argentum
in medio fornacis. sic eritis in medio eius.
Et sciatis quia ego dominus cum effude
rum indignationem meam super uos. Et
factum est uerbum domini ad me di
cens. Fili hominis dic. Tu es terra in
unda & non compluta in die furoris.
conuersio prophetarum in medio eius.
Sicut leo rugiens rapientisq; preda
animas deuorauerunt. opes & pecunia ac
ceperunt. uiduas eius multiplicauerunt
in medio illius. Sacerdotes eius contemp
serunt legem meam & polluerunt. &
sanctuaria mea. In terra sanctum & p
phanum non habuerunt. distantiam in
ter pollutum et mundum non intelle
xerunt. & a sabbatis meis auerterunt
oculos suos. & conuenerunt in medio e
orum. Principes eius in medio illius q
si lupi rapientes preda ad effunden
dum sanguinem & ad perdendas ani
mas & auare sectanda lucra. Propheta
autem eius liniebant eos absq; tempera
mento uidentes phana et diuantes a
mendacium dicentes. hec dicit dominus
deus cum dominus non sit locutus. Popu
li terre calumniabant calumnia & ra
puebant uolenter egenum & pauperes
affligebant & aduenam opprimebant
calumnia absq; iudicio. Et quesui de
eis uirum q interponeret. & sepem et sta
ret. oppositus contra me pro terra ne di
siparem eam & non inueni. Et effudi
super eos indignationem meam & in igne
meo consumi eos. Viam eorum
in caput eorum reddidi. ait dominus

deus.

Factum est sermo domi
ni ad me dicens. Fili ho
minis. due mulieres filie
matri unius fuerunt. & for
nicatae sunt in egypto ubi subacta sunt ube
ra earum. & fracte sunt mamme puber
tatis earum. Nomina autem earum ool
la maior & ooliba soror eius minor. Et
habuerunt eas et pepererunt filios & filias.
Porro earum nomina. samaria oolla et
hierlin ooliba. fornicata est igitur sup
me oolla. et insanuit in amatores suos.
in assyrios propinquantem uestitot hya
cyntho principes & magistratus iue
nes cupidinis. uniuersos equites et asce
sore equum. & dedit fornicationes suas
super eos electos filios assyriorum uni
uersos & in omnibus in quos insanuit
in immunditijs eorum polluta est. In
super & fornicationes suas quas habue
rat in egypto non reliquit. Nam &
illi dormierunt cum ea in adolescen
tia sua. & illi confregerunt ubera pu
bertatis eius. & effuderunt fornicatio
nem suam super eam. Propterea tradidi
eam in manus amatorum suorum. &
in manus filiorum assyri super quos insanuit
libidine. Ipsi discooperuerunt ignomi
niam eius. filios & filias eius tulerunt.
& ipsa occiderunt gladio. Et factae
sunt famosae mulieres. & iudicia per
petrauerunt in ea. Quae cum uidisset
soror eius ooliba. plus q illa insanuit
libidine & fornicationem suam super
fornicationem sororis suae ad filios assy

In adolescentia sua
fornicatae sunt.

riorum prebuit impudenter: ducibus et magistratibus ad se ueniens induit: ueste uaria equitibus qui uectabantur, equis. & adolescentibus forma cunctis) egregia. Et iudicium quod polluta esset una una ambarum & auxit fornicationes suas. **C**um uideret uiros depictos in pariete: imagines chaldeorum expressas coloribus & accinctos baltheis renis. & tyaras tinctas in capitibus eorum formam ducum omnium similitudinem filiorum babilonis terreque chaldeorum in qua orti sunt: insanit super eos concupiscentia oculorum suorum. & misit nuntios ad eos in chaldeam. Cum uenissent ad eam filii babilonis ad cubile matrum poluerunt eam stupris suis. et polluta est ab eis. & saturata est anima eius ab illis. Denudauit quoque fornicationes suas. & discooperuit ignominiam suam. Et recessit anima mea ab ea. sicut recesserat anima mea a sorore eius. Multiplicauit enim fornicationes suas recordans dies adolescentie sue quibus fornicata est in terra egypti. & insanit libidine super concubitum eorum quorum carnes sunt ut carnes asinorum sicut fluxus equorum fluxus ego. **E**t uisitasti scelus adolescentie tue: quando subacta sunt in egypto ubera tua et contracte sunt mammae pubertatis tue. Propterea colit haec dicit dominus deus. Ecce ego suscitabo omnes amatores tuos contra te. de quibus saturata est anima tua. & congregabo eos ad uersum te in circuitu filios babilonis & uniuersos chaldeos. nobiles tyrannos

que & principes. omnes filios assyriorum iuuenes forma egregia duces & magistratus uniuersos principes principum & nominatos ascensores equorum. Et ueniens super te instructi curru et rota multitudo populorum. Lorica & clypeus et galea armabuntur contra te undique. Et dabo coram eis iudicium. & iudicabunt te iudices tui. Et ponam zelum meum in te quem exercent tecum in furore. Nasum tuum et aures tuas percident. & que remanserint gladio concident. Ipsi filios tuos & filias tuas capient. & nouissimum tuum deuorabitur igni. Et denudabunt te uestimentis tuis. et tollent uasa glorie tue. Et denudabunt te uestimentis tuis. & tollent uasa glorie tue. Et requiescere faciam scelus tuum de te. & fornicationem tuam de terra egypti. Nec leuabis oculos tuos ad eos et egypti non recordaberis amplius. quia haec dicit dominus deus. Ecce ego tradam te in manus eorum quos edisti. in manus id est de quibus saturata est anima tua. & agerit tecum in odio. Et tollent omnes labores tuos & dimittent te nudam & ignominiam plenam. & reuelabit ignominiam fornicationum tuarum. Scelus tuum et fornicationes tue fecerunt haec tibi. quia fornicata es post gentes inter quas polluta es in idolis earum. In uia sororis tue ambulasti. & dabo calicem eius in manu tua. Haec dicit dominus deus. Calicem sororis tue bibes profundum et latum. Eris in densis et in sublationem que est capacissima.

ebrietate & dolore repleberis. Calice meroris et tristitie calice sororis tue Samarie. Et bibes illum & epotabis usque ad feces & fragmenta eius deuorabis et uetera tua lacerabis quia ego leuitus sum ait dominus deus. Propterea hec dicit dominus deus. Quia oblita es mei et proiecisti me post corpus tuum tu quoque portasti scelus tuum et fornicationes tuas. Et ait dominus ad me dicens fili hominis nunquid iudicas Dollam et Colibam et annuncias eis scelera earum quia adulterate sunt & sanguis in manibus earum & cum idolis suis fornicate sunt. Insuper et filios suos quos genuerunt mihi obolerunt eis ad deuorandum. Sed et hec fecerunt mihi. Polluerunt sanctuarium meum in die illa & sabbata mea profanauerunt. Cumq; immolarent filios suos idolis suis & ingrederentur sanctuarium meum in die illa ut polluerent illud. Et hec fecerunt in medio domus mee.

Miserunt ad uiros uenientes de longe ad quos nuntios miserant. Itaq; ecce uenerunt quibus te lauisti et circumuisti stibio oculos tuos & ornata es mundo & muliebri. Sedisti in lecto pulcherrimo mensa ornata est ante te. Thymianum meum et unguentum meum posuisti super eam & uox multitudinis exultantis erat in ea. Et in uiris quos multitudinem hominum adducebantur et ueniebant de deserto posuerunt armillas in manibus eorum & coronas speciosas in capitibus eorum. Et dixi ei que attrita est in adulteris. Nunc fornicabitur in fornicatione sua etiam hec. Et in

gressi sunt ad eam quasi ad mulierem meretricem sic ingrediebatur ad Dollam & ad Colibam mulieres nepharias. Vni ergo iusta sunt. Hi iudicabunt eas iudicio adulteratum et iudicio effusionis sanguinis quia adulterate sunt & sanguis in manibus earum. Et cum idolis suis fornicate sunt. Hec enim dicit dominus deus. Adduc ad eas multitudinem & trade eas in tumultum & in rapinam et lapidentur lapidibus populorum & confodiantur gladijs eorum filios & filias earum interficientur & domos earum igne succendent. Et auferentur scelus de terra et scient ceterae mulieres ne faciant secundum scelus earum. Et dabo scelus uestrum super uos & peccata idolorum uestrorum portabitur et scietis quia ego dominus deus.

Et factum est uerbum domini ad me in anno nono in mense decimo decima die mensis dicebat. Fili hominis scribe tibi nomen diei habitus in qua confirmatus est Rex Babylonis aduersum Hierusalem hodie & dicebat per prouerbum ad domum irritatricem parabolam et loqueris ad eos. Hec dicit dominus deus. Pone ollam cinerum pone inquit et mitte in eam aquam. Congere frustra eius in eam. Et omnem partem bonam & fecerunt et arnum electa et ossibus plena. Pinguisimum pecus assume compone quocumque strues ossium sub ea. Effertur coctio eius & disiecta sunt ossa illius

in medio eius. Propterea hec dicit do-
minus deus. V. e. civitati sanguinum. i.
colle cuius rubigo in ea est. & rubigo
eius non exiit de ea. Per partes et per
partes suas cecit eam. Non cecidit sup
eam fors. Sanguis enim eius in medio
eius est. super lymphatissimam petram.
effudit illum. Non effudit illum su-
per terram ut possit operiri pulvere.
ut superinducero indignationem meam.
& vindicta ulcisceret. Dedi sanguinem
eius super petram lymphatissimam. ne
operiret. Propterea hec dicit dominus
deus. V. e. civitati sanguinum. cuius ego
grandem faciam piram. Congret ossa.
que igne succendam. Consumentur
carnes. & coquetur uniuersa. compositio
& ossa tabescent. Pone quoque eam
super prunas uacuam ut incalescat. et
liquefiat. et eius & conflatur in me-
dio eius iniquamentum eius & consu-
matur rubigo eius. Multo labore su-
datum est. & non exiit de ea nimis.
rubigo eius. neque per ignem. Immundi-
tia tua execrabit. quia mundare te uolui
& non es mundata. a sordibus tuis. Sed
nec mundaberis prius donec quiescere fa-
ciam indignationem meam in te. Ego do-
minus locutus sum. Veni & faciam. non
transcam nec paream. nec placabor. I-
uxta uias tuas & iuxta adiuuentias o-
tias iudicabo te. dicit dominus. Et fa-
tum est uerbum domini ad me. dicens.
Fili hominis. ecce ego tollo a te. deside-
rabile oculorum tuorum in plaga. &
non planges neque plorabis neque fletus.
lachrymę tuę. In gemisce tacens. mo-

tuorum luctum non facies. Corona tua
circuligata sit tibi. & calciamenta tua
erunt in pedibus tuis. nec amictus ora ue-
labis. nec cibos lugentium comedes. Lo-
cutus sum ergo ad populum mane. & i-
mortua est uxor mea. uespere. fecitque
mane. sicut preceperat. mihi & dixit.
ad me populus. Quare non indicas no-
bis quod ista significant. que tu facis. Et
dixi ad eos. Sermo domini factus est ad
me. dicens. Loquere domui israhel. hęc di-
cit dominus deus. Ecce ego polluiam sanc-
tuarium meum. superbiam imperij uris.
& desiderabile oculorum uestrorum. et
super quo pauet anima uestra. & filij i-
uestri & filie uestre. quas reliquistis. o-
gladio cadent. & facietis sicut feci. Ora-
amictus non uelabit. & cibos lugentium
non comedetis. Coronas habebitis in
capitibus uestris & calciamenta in pedibus.
Non plangeat neque flebitis. sed tabesce-
tis in iniquitatibus uestris. et unusquisque
gemet ad fratrem suum. Eruntque ecce
chiel uobis in portentum. Iuxta omnia
que feci. facietis. cum uenerit istud.
et scietis quia ego dominus deus. Et
tu fili hominis ecce in die. qua tollam
ab eis fortitudinem eorum. et gaudium
dignitatis & desiderium oculorum eo-
rum. super quo requiescunt anime e-
orum. & filios eorum filias eorum. in die
illa. cum uenerit. fugient ad te. ut an-
nuntiet tibi. in die inquam illa. aperiet os
tuum. cum eo qui fugit. & loquens &
non silebis ultra. erisque eis in portentum.
et scietis quia ego deus.

T factus est sermo domini ad me dicens. Fili hominis pone faciem tuam contra filios Ammon et prophetabis de eis & dices filius Ammon uidite uerbum domini dei. Hec dicit dominus deus. Pro eo quod dixisti euge euge super sanctuarium meum quia pollutum est & super terram israel quoniam desolata est et super domum iuda quoniam ducti sunt in captiuitatem. Iecireo ecce ego tradam te filijs orientibus in hereditate & collocabunt caulas suas in te & ponent in te tentoria sua. Ipsi comedent fruges tuas et ipsi bibent lac tuum. Daboq; rhabab in habitaculum camelorum & filios Ammon in cubile pecorum et facies quia ego dominus. Quia hec dicit dominus deus. Pro eo quod plauisti manu et percussisti o pedem & gauisa es ex toto affectu super terram israel. Iecireo ecce ego extendam manum meam super te & tradam te in direptionem gentium & interficiam te de de populis et perdam de terris et eorum terram & scies quia ego dominus. Hec dicit dominus deus. Pro eo quod dixerunt Moab & seyr. ecce sicut omnes gentes domus iuda. Iecireo ecce ego aperiam humerum Moab de ciuitatibus de ciuitatibus iniquis eius & de finibus eius clytas terre. Bethesunoth & beelmeon & Cariathaim filijs orientis cum filijs Ammon. Et dabo eam in hereditate ut non sit uleta memoria filiorum Ammon in gentibus. Et in Moab faciam iudicia & scient quia ego dominus. Hec dicit dominus deus. Pro eo quod fecit

Jdumea ultionem ut se uindicare de filiis iuda peccauitq; delinquens et uindictam expetuit de eis. Iecireo hec dicit dominus deus. Extendam manum meam super Jdumeam & auferam de ea hominem & uimentum et faciam eam desertam ab austro & qui sunt in eadem gladio cadent. Et dabo ultionem meam super Jdumeam per manum populi mei israel & faciant in eadem iuxta iram meam et furorem meum & scient uindictam meam dicit dominus deus. Hec dicit dominus deus. Pro eo quod fecerunt palestinam uindictam et ultra se sunt toto animo interficientes & implentes inimicitias ueteres propterea hec dicit dominus deus. Ecce ego extendam manum meam super palestinos & interficiam interfectores. Et perdam reliquias maritime regionis faciamq; in eis ultiones magnas arguens in furore & scient quia ego deus cum dero uindictam meam super eos.

T factum est in undecimo anno prima mensis factus est sermo domini ad me dicens. Fili hominis pro eo quod dixit tyrus de hertin euge confracte sunt porte populorum conuersa est ad me implebor deserta. Propterea hec dicit dominus deus. Ecce ego super te tyre & ascende faciam ad te gentes multas sicut ascendit mare fluctuans. Et dissipabunt muros tyri & destruent turres eius. Et radam puluerem eius de ca & dabo eam in lympidissimam petram.

Siccatio sagenarum erit in medio maris
quia ego locutus sum ait dominus deus
& erit in direptionem gentibus: filie quoque
cuius que sunt in agro gladio interfici-
tur: & facient quia ego dominus. Quia
hec dicit dominus deus: Ecce ego addu-
cam ad tyrum Nabuchodonosor re-
gem Babilonis ab aqlee: Regem regum
cum equis et curribus et equitibus et ce-
teris populis magno. Filias tuas que sunt
in agro gladio interficiet: et circunda-
bit te munitionibus & comportabit ag-
gerem in gyro. Et eleuabit contra te
ad clypeum & uncas & arcibus tem-
perabit in muros tuos & turreas tuas
destruet in armatura sua. Inundatione
equorum eius operiet te puluis eorum.
& sonitus eorum et rotarum et cur-
ruum mouebuntur muri tui. Cum in-
gressus fuerit portas tuas quasi per
introitum urbis dissipate unguis eorum
suorum concalcabit omnes plateas
tuas. Populum tuum gladio ceciderit &
statue tue nobiles in terram corruent.
Vastabunt opes tuas. diripent negocia-
tiones tuas & destruent muros tuos
& domos tuas preclaras subuertent:
et lapides tuos & ligna tua et pulue-
rem tuam in medio aquarum ponent.
Et quiescere faciam multitudinem can-
ticorum tuorum & sonitus cithararum
tuarum non audietur amplius. Et
dabo te in lympidissimam petram. &
siccatio sagenarum erit nec edificabis
ultra. quia ego dominus locutus
sum ait deus. Hec dicit dominus deus
deus tyro. Nunquid non & sonitus tui

tuus & gemitus interfectorum tuorum
occisi fuerunt in medio tui. commouebun-
tur insule & descendunt de sedibus suis
omnes principes maris & auferent
exuuas suas & uestimenta sua uaria
abiciant & induent stuporem. In ter-
ra seclabunt et attoniti super repenti-
no casu tuo admirabuntur & assumen-
tes super te lamentum dicent tibi. Quo-
modo peristi que habitas in mari urbs
inelyta. que fuisti fortis in mari cum ho-
bitatoribus tuis quos formidabant u-
niuersi. Nunc stupebunt naues in-
die pauoris tui & turbabuntur insule
in mari eo quod nullus egrediatur ex te.
Quia hec dicit dominus deus. Cum de-
dero te urbem desolatam sic ciuitates
que non habitantur & adduxero su-
per te abyssum et operuerint te aque
multe & detrahero te cum illis qui
descendunt in lacum ad populum se-
piternum et collocauero in terra no-
uissima sicut solitudines ueteres cum
his qui deducunt in lacum ut non habi-
teris. Porro cum dedero gloriam in
terra uiuentium in nihilum redigam
te & non eris & requisita non inuenie-
ris ultra in sempiternum dicit domi-
nus.

T factum est uerbum
domini ad me dicens.

Tu ergo fili hominis. as-
sume super tyrum lamen-
tum & dices tyro que habitat in in-
troitu maris. negociationis populorum
ad insulas multas. hec dicit dominus
deus. O tyre tu dixisti. Perfeci deo

ris ego sum. & in corde maris sita. Fini-
turi tui qui te edificauerunt impleue-
runt decorem tuum: abietibus de sanna
extraxerunt cum omnibus tabulatis. &
maris cedrum de libano tulerunt: ut
facerent tibi malum: quereus de basan
solauerunt in remos tuos: & trans tra-
tua fecerunt tibi ex ebore indico: & p-
toriola de insulis italie: Byssus uaria
de egypto texta est tibi in uelum: ut
poneretur in malo hyacynthus et pur-
pura de insulis elisa facta sunt: operi-
mentum tuum. Habitatores sidonis
& arady fuerunt: remiges tui sapie-
tes tui tyre facti sunt gubernatores: &
tui senes bibly et prudentes eius habu-
erunt: nauas ad ministerium uarie su-
pellentibus tue. Omnes naues maris et
nauis earum fuerunt in populo nego-
ciationis tue: perse lydi & lybies er-
rant in exercitu tuo uiri bellatores ty-
clypeum & galeam suspenderunt in te
pro ornatu tuo. filij arady cum exer-
citu suo super muros tuos in circuitu:
sed & pygmei qui erant in turribus tuis
pharetras suas suspenderunt in muris
tuis per gyrum. Ipsi compleuerunt: &
pulchritudinem tuam. Carthaginenses
negociatores tui. A multitudine cuius-
tarum diuitiarum: argento: ferro: sta-
no: plumboque repleuerunt nundinas
tuas. Grecia et tubal & mosoch ipsi
instatores tui. Mancipia & uasa crea
adduxerunt: populo tuo de domo tho-
gorina: equos et equites & mulos
adduxerunt: ad forum tuum. filij de-
dan negociatores tui. Insule multe: o-

negociatio manus tue: Dentel ebur-
neos et hebeninos commutauerunt in
precio tuo. Syrus negociator tuus pro
multitudine operum tuorum gut-
tam & purpuram et scutulata et by-
sum & sericum & chodehad proposu-
erunt in mercato tuo. Iuda et terra-
isset ipsi instatores tui in frumento pro
balsamum & mel & oleum & resina
proposuerunt: in nundinis tuis. Da-
mascenus negociator tuus in multitu-
dine operum tuorum: in multitudine
diuersarum opum in uino pingui: is-
lanis coloris optimi. Dan & grecia
et mozel in nundinis tuis proposuerunt
ferrum fabricatum: stacten et cala-
mus in negociatione tua. Dedan instato-
res tui in tapetibus ad sedendum. Ara-
bia & uniuersi principes cedrar ipsi ne-
gociatores manus tue: cum agnis et
arietibus & hedis uenerunt ad te: ne-
gociatores tui: cum uniuersis primis
aromatibus et lapide precioso: & au-
ro qui proposuerunt in mercato tuo.
Aram et eben & eden negociatores
tui. Saba Assur et chelmaeb uendito-
res tui ipsi negociatores tui: multipha-
riam in uolueris hyacynthi et polyimi-
torum gazaruque preciosarum que ob-
uolute & astricte erant funibus: cedro
quoque habebant in negociationibus tu-
is. Naues maris principes tui in nego-
ciatione tua: & repleta es & glorifica-
ta nimis in corde maris. In aquis multi
adduxerunt te: remiges tui. & con-
tus auster contriuit te: In corde ma-
ris diuitie tue: & thesauri tui et mul-

*Venditores saba &
regna ipsi negociatores tui.*

tuplex instrumentum tuum. Nautae
tui & gubernatores tui qui tenebant
pellectilem tuam & populo tuo pre-
erant: unum quoque bellatores tui qui erant
in te: cum uniuersa multitudine tua:
que est in medio tui: cadent in cor-
de maris in die ruine tue. A sonitu
clamoris gubernatorum tuorum con-
turbabuntur classes & descendent de
nauibus suis omnes qui tenebant remum.
Nautae & uniuersi gubernatores maris
in terra stabunt: et ciulabunt super
te: uoce magna & clamabunt amaro:
Et supiacent puluerem capitibus suis et
cinere conspergentur & radent super
te caluitium & accingentur cilicis.
Et plorabunt te in amaritudine anime
ploratu amarissimo & assument super
te carmen lugubre et plangent te.
Que est ut tyrus que obmutuit in me-
dio maris: que in exitu negotatio-
num tuarum de mari implesti populo
multos in multitudine diuitiarum tu-
arum & populorum tuorum ditasti.
Reges terre. Nunc contrita es a ma-
ri in profundis aquarum opes tue &
omnis multitudo tua que erat in me-
dio tui ceciderunt. Uniuersi habitato-
res insularum obstupuerunt super te:
& reges earum omnes tempestate per-
cussi mutauerunt uultus. Negotiato-
res populorum sibilauerunt super te.
Nihilum deducta es & non eris usque
in perpetuum.

Et factus est sermo do-
mini ad me dicens: Fili
hominis die principi ty-
ri. Hec dicit dominus
Et o quod eleuatum est cor tuum et
dixisti: deus ego sum. et in cathedra
dei sedi in corde maris cum sis homo
& non deus & dedisti cor tuum quasi
cor dei. Ecce sapientior es tu Dancie-
le: omne secretum non est abscon-
ditum a te. In sapientia & prudentia
tua fecisti tibi fortitudinem & acq-
uisisti aurum & argentum in thesauris
tuis in multitudine sapientie tue: &
in negociatione tua multiplicasti tibi fo-
titudinem et eleuatum est cor tuum
in robore tuo. Propterea hec dicit
dominus deus. Eo quod eleuatum est cor
tuum quasi cor dei: ideo ecce ego
adducam super te alienos robustissi-
mos gentium. Et nudabunt gladi-
os suos super pulchritudinem sapien-
tie tue: & polluent decorem tuum.
Interficiet et detrahent te: & mori-
entur in interitu occisorum in corde ma-
ris. Nunquid dicens locutus es deus ego se-
coram interficientibus te: cum sis homo
et non deus. In manu occidentium te
morte incuriosorum morieris in ma-
nu alienorum quia ego locutus sum a-
d te dominus deus. Et factus est sermo
domini ad me dicens: Fili hominis le-
ua planetum super regem tyri & di-
ces ei. Hec dicit dominus deus. Tu signi-
culum similitudinis. plenus sapientia
perfectus decore: in delitijs paradisi
dei fuisti. Omnis lapis preciosus ope-

rimamentum tuum. Sardius thopazius &
iaspis chrysolitus & onyx & beryllus
saphyrus & carbunculus & smaragdus.
Aurum quoque opus decoris tui & fora
mura tua in die qua conditus es pre-
parata sunt. Tu cherub exultans et p-
tegens & posui te in monte sancto di-
i in medio lapidum ignitorum ambulasti
perfectus in uis tuis a die conditionis
tue donec inuenta est iniquitas in te.
J In multitudine negotiationis tue reple-
ta sunt interiora tua iniquitate & pec-
casti & ceci te de monte sancto des-
& perdidisti te o cherub ptegens de me-
dio lapidum ignitorum. & deuatam
est cor tuum in decore tuo. Perdidisti
sapienciam tuam in decore tuo in te-
ram picecl te ante faciem regum dedi-
te ut cernerent te. In multitudine i-
niquitatum tuarum et iniquitate negotia-
tionis tue polluidisti sanctificationem tuam.
P roducam ergo ignem de medio tui &
comedat te & dabo te in cinerem su-
per terram in conspectu omnium uide-
tuum te. Omnes q uiderint te in gen-
tibus obstupescunt super te. Nihil factus
est & non eris in perpetuum. Et
factus est sermo domini ad me di-
cens Fili hominis pone faciem tuam
contra sydonem & prophetabis de ea
et dices hae dicit dominus ds. Ec-
ce ego ad te sidon & glorificabor
in medio tui. Et scient quia ego ds
cum fecero in eo iudicia et sanctifica-
tus fuero in ea. Et immitam ei pesti-
lenciam & sanguinem in plateis eius &
corrucnt interfecti in medio eius gla-

dio po circuitum. Et scient quia ego
dominus. Et non erit ultra domus o-
isrl offendiculum amaritudinis & spi-
na dolorem inferens undiq per circui-
tum eorum q aduersantur eis & sciet
quia d ego dominus ds. hae dicit do-
minus ds. Quando congregaero do-
mum isrl de populis in quibus disper-
si sunt sanctificabor in eis coram gen-
tibus et habitabunt in terra sua quam
dedi seruo meo iacob & habitabunt i-
ea securi. Et edificabunt domos &
plantabunt uineas & habitabunt co-
fidenter cum fecero iudicia in omni-
bus q aduersantur eis per circuitum
& scient quia ego dominus deus o-
corum.

N anno decimo et dy-
decimo mense una die
mensis factum est uer-
bum domini ad me di-
cens Fili hominis pone faciem tuam
contra pharaem regem egypti & p-
phetabis de eo & de egypto uniuersa
loquere & dices. Hae dicit domi-
nus ds. Ecce ego ad te pharao rex
egypti draco magne q cubus in me-
dio fluminum tuorum et dies meus
est flumen et ego feci memetipsum.
Et ponam frenum in maxillis tuis et
agglutinabo pisces fluminum tuorum
squamis tuis. Et extraham te de in-
dio fluminum tuorum & uniuersi
pisces tui squamis tuis adherent. Et
pueam te in desertum & omnes pi-
sces fluminis tui. Super faciem ter-

re cades. & non colligeris. neq. con-
gregaberis. Bestis terre. & uolatilibus
celi dedi te. ad deuorandum. et sciet
omnes habitatores egypti. q. ego dñs.
P ro eo q. fuisti baculus arundineus do-
mini isrl. quando apprehenderunt te.
manu. & contractus es. & lacerasti om-
nem humerum eorum. & innitentibus
eis super te. comminutus es. & dissoluti
sunt omnes renes eorum. propterea. hec
dicit dominus dñs. Ecce ego adducam
super te. gladium meum. et interficiam
de te. hominem et uimentum. Et erit
terra egypti in desertum. & in solitu-
dinem. & scient. quia ego dominus. i
P ro eo q. dixeris. fluuus meus est. & ego
feci eum. uento ego ecce ego ad te. &
ad flumina tua. Daboq. terram egypti
in solitudinem. gladio dissipatam. a tu-
re. syenes usq. ad terminos ethiopiæ.
N on pertransibit eam pes hominis. neque
pes uimenti gradietur in ea. & non ha-
bitabit quadraginta annis. Daq. ter-
ram egypti desertam in medio terra-
rum desertarum. & ciuitates eius in
medio urbium subuersarum. & erunt
desolate quadraginta annis. Et dis-
pergam egyptios in nationes. et uenti-
labo eas in terras. Quia hec dicit do-
minus deus post finem quadraginta
annorum. congregabo egyptum. de
populis in quibus dispersi fuerant. &
reducam captiuitatem egypti. & col-
locabo eos in terra phaturess in terram
natiuitatis suæ. & erunt ibi in regnum
humile. Inter cetera regna. erit humil-
lima. et non deuiabitur ultra. super na.

tiões. Et uniuersam eos ne imperent.
gentibus. neq. erunt ultra. domus israel.
confidentia. docentes iniquitate. ut fugi-
ant. & sequantur eos. & scient. quia ego
dominus deus. Et factum est in
uicesimo & septimo anno in primo in-
uasi. factum est uerbum domy
ni ad me. dicens. fili hominis. Nabu-
chodonosor rex. Babylonis seruitur. fecit
exercitum suum seruitute magna. ad-
uersus tyrum. Omne caput decalua-
tum. et omnis humerus depilatus est.
Et merces non est reddita ei. neque
exercitus eius de tyro. pro seruitute.
quia seruitur mihi aduersus eam. Prop-
terea hec dicit dominus dñs. Ecce ego
dabo nabuchodonosor regem Babylo-
nis in terra egypti. & accipiet multitu-
dinem eius. et depredabitur manubias
eius. & dimpiet spolia eius. & erit mer-
ces exercitus illius. & operi quo ser-
uitur aduersus eam. Dedi ei terram
egypti. pro eo q. laborauit mihi. ait
dominus dñs. In die illa pullulabit cor-
nu domus isrl. et tibi dabo apertum os
in medio eorum. & scient. quia. ego
dominus.

T factum est uerbum
domini ad me dicens. i
727 fili hominis propheta. &
dicit. Hec dicit domini
dñs. Uulate uos uos diei. quia iuxta
est dies. & appropinquabit dies dñi.
dies nubis tempus gentium erit. Et
ueniet gladius in egyptum. et erit
pauor in ethiopia. cum ceciderint o-

uulnere in egypto & ablata fuerit
multitudo illius & destructa fun-
damenta eius. Ethiopia & libya et ly-
di & omne reliquum uulgi et ebrui
et filij terre fuerunt cum eis gladio
cadent. Hec dicit dominus deus. Et
corruent fulcra egyptum et des-
truet superbia imperij eius. A turri sy-
enes gladio cadent in ea ait dominus
exercituum. Et dissipabuntur in me-
dio terrarum desolatae & urbes e-
ius in medio ciuitatum desertarum erunt
et scient quia ego dominus deus eius
dederam ignem in egypto et attriti fu-
erunt omnes auxiliares eius. In die
illa egredientur nuntij a facie mea in
tribus ad conterendam ethiopicam con-
fidentiam & erit pauor in eis in die e-
gypti quia absque dubio ueniet. Hec di-
cit dominus deus. Et cessare faciam
multitudinem egypti in manu ne-
buchodonosor regis babilonis. Ipse et
populus eius cum fortissimis gentibus
adducentur ad disperendam terram.
Et euaginabunt gladios suos super egyptum
et implebunt terram interfectis
et faciam alucos fluminum aridos et
tradam terras in manu pessimorum et
sipo teras et plenitudinem et in manibus alienorum.
Ego dominus locutus sum. Hec dicit
dominus deus & disperdam simulacra
et cessare faciam idola de memphis
et dux de terra egypti non erit ampli-
us. Et dabo terrorem in terra egypti
et disperdam terram pharaones &
dabo ignem in raphis & faciam iu-
dicia mea in alexandria. Et effun-

dam indignationem meam super pelu-
sum robur egypti & interficiam mul-
titudinem alexandriae & dabo ignem
in egypto. Quali parturiens dolebit
Pelusium & alexandria erit dissipa-
ta et in memphis angustiae quotidia-
ne. Iuuenes eliopolcos et bybasti gla-
dio cadent & ipse captiuus ducentur.
Et in raphis nigrescat dies cum con-
triuero ibi sceptrum egypti et defecerit
in ea superbia potentie eius. Iam nube
operiet filia autem eius in captiuitate
ducentur. Et iudicia faciam in egypto
& scient quia ego dominus. Et factum
est in undecimo anno in primo
in septima mensis factum est uerbum
domini ad me dicens. Fili hominis brachium
pharaonis regis egypti confringi
et ecce non est obuolutum ut re-
stitueretur ei sanitas ut ligaretur pan-
nis et fasciaretur lintheolis et recepto
robore posset tenere gladium. Prop-
terea hec dicit dominus deus. Ecce ego
ad pharaonem regem egypti &
coninuam eius brachium forte sed con-
fractum et deiciam gladium de ma-
nu eius. Et dispergam egyptum in
gentibus et uentilabo eos in terris. Et
confortabo brachia regis babilonis.
daboque gladium meum in manu eius.
Et confringam brachium pharaonis
et gement gentibus interfecti coram
facie eius. Et confortabo brachia
regis babilonis et brachia pharaonis
concident. Et scient quia ego dominus
cum dederam gladium meum in ma-
num regis babilonis & extende-

rit cum super terram egypti. Et di
pergam egyptum in arces. et uentila
bo eos in terras. et scient quia ego domi
nus.

Et factum est in anno
decimo tertio una mesi
sis factum est uerbum
domini ad me dicens.

Fili hominis dic pharaoni regi egypti
et populo eius. Cui similis factus es
in magnitudine tua? Ecce Assur
quasi cedrus in libano pulcher ramis
et frondibus nemorosis excelsusque
altitudine. et inter condensas fronde
dos eleuatum est cacumen eius. Aque
nutrierunt illum. Abyssus exalta
uit illum flumina eius manabant
et circuitu radicum eius. et riuos suos
emisit ad uniuersa ligna regionis. Prop
terea eleuata est altitudo eius super
omnia ligna regionis et multiplicata
sunt arbusta eius. et eleuati sunt ra
mi eius pro aquis multis. Cunque ex
tendisset umbram suam in ramis eius
fecerunt nidos omnia uolacilia celi. et
sub frondibus eius genuerunt omnes
bestie saltuum. et sub umbraculo illius
habitabat cecus gentium plurimare.
Et rati pulcherrimus in magnitudine
sua. et in dilatatione arborum suorum.
Et rati enim radice illius iuxta aquas mul
tas. Cedri non fuerunt altiores illo in
paradiso dei. Abietes non adaequave
runt summitatem eius. et platani non
fuerunt eque frondibus illius. Omne
lignum paradisi dei non est assimila
tum illi et pulchritudini eius. quonia.

speciosum facta cum et multis condensa
dum frondibus. Et amulata sunt eum
omnia ligna uoluptatis que erant in
paradiso dei. Propterea hec dicit do
minus deus. Pro eo quod sublimatus est in
altitudinem. et dedit summitatem suam
urentem atque condensam. et eleuatum
est cor eius in altitudine sua. tradidi e
um in manus fortissimi gentium. facies
facies ei. iuxta impietatem eius et cetera
eum. et succident eum alicui et crudeli
simi nationum. Et proiciant eum super
montes. et in cunctis conuallibus corru
ent rami eius. Et confringentur arbu
ta eius in uniuersis rupibus terre. et re
cedent de umbraculo eius omnes popu
li terre. et relinquent eum. In ruinam
eius habitauerunt omnia uolacilia ce
li. et in ramis eius fuerunt uniuerse
bestie regionis. Quamobrem non eleua
buntur in altitudine sua omnia ligna
aquarum. nec ponent sublimitatem suam
inter nemorosa. atque frondosa. nec sta
bunt in sublimitate sua omnia que in
rigantur aquis. quia omnes traditi sunt
in mortem ad terram ultimum in me
dio filiorum hominum ad eos qui descen
dunt in lacum. hec dicit dominus deus.
In die quando descendit ad inferos in
dixi luctum operui eum abisso et phi
bui flumina eius. et coherui aquas
multas. Conuersatus super eum libano
et omnia ligna agri concussa sunt. A
fontem riuus eius commouit gentes eius
deducere eum ad infernum cum his
qui descendebant in lacum. Et confosa
sunt in terra infima. omnia ligna.

uoluptatis egregia atq; preclara in liba
no. uniuersa que irrigabantur aq; .
Nam et ipsi cum descendunt ad infer-
num ad interfectos gladio & brachi-
um uniuscuiusq; sedebit sub umbrae-
lo eius in medio nationum. Cui assum-
latus es o inelyte atq; sublimis inter-
ligna uoluptatis. Ecce deductus es
cum lignis uoluptatis ad terram ultimam.
In medio incircisorum dormies cum ei-
is q; interfecti sunt gladio. Ipse est o
Pharao & omnis multitudo eius dicit
dominus ds.

T factum est i. xy. anno i
mense duodecimo in una
mensis factum est uer-
bum domini ad me dicens.

Fili hominis assume lamentum super pha-
raonem regem Egypti & dices ad eum
Lconi gentium assimilatus es & draconem
q; est in mari. Et uentilabis cornu in
fluminibus tuis & conturbabis aquas i
pedibus tuis et conculeabis flumina e-
arum. Propterea hec dicit dominus o
ds. Expandam super te rete meum i
multitudine populorum multorum.
& extraham te in sagena mea. et proi-
ciam te in terram. Super faciem agri ab-
iciam te & habitare faciam super te i
omnia uolatilia celi & saturabo de te
bestias uniuerse terre. Et dabo car-
nes tuas super montes & implebo col-
les tuos sanie tua. Et irrigabo terram
fectore sanguinis tui insuper montes
et ualles implebuntur ex te. Et ope-
riam cum extinctus fueris caelos &

ingrescere faciam stellas eius. Solem
mille tegam & luna non dabit lume-
suam. Omnia luminaria celi incedere
faciam super te & dabo tenebras super
terram tuam dicit dominus ds. Et ir-
ritabo cor populorum multorum. cui
induxero contritionem tuam in gentibus
super terras quas nescis & stupescere
faciam super te populos multos. Et rege-
corum horrore nimio formidabunt super
te. cum uolare coeperit gladius mex-
super facies eorum. et obstupescunt te-
pente singuli pro anima sua in die ir-
inx sue. Quia hec dicit dominus deus.
Gladius Regis Babylonis ueniet tibi
in gladijs fortium deycum multitu-
dinem tuam Inexpugnabiles omnes i
gentes hec. Et uastabunt superbiam e-
gypti & dissipabitur multitudo eius.
Et perdam omnia uementa eius que
erant super aquas plurimas & non co-
turbabit eas pes hominis ultra. neque
ungula uimentorum turbabit eas. Tunc
purissimas reddam aquas eorum & i
flumina eorum quasi oleum adducam.
ait dominus ds. cum dederit terram
egypti desolatam. Deseretur autem
terra & plentudine sua quando per-
cussero omnes habitatores eius & sci-
ent quia ego dominus. Plandus est
& plangent cum filij gentium super
egyptum & super multitudinem eius
plangent cum ait dominus ds. Et i
factum est in duodecimo anno i
quintadecima mensis factum est uer-
bum domini ad me dicens. Fili hominis
cane carmen lugubre super multitudine.

nem egypti. Et detrahe cam ipsam & filias gentium robustarum ad terram ultimam cum his q descendunt in lacu. Quo pulchrior es descende & dormi cum incircūcis. In medio interfectorum gladio cadent. Gladius datus est. Et attraxerunt eam et omnes populos eius. Lequentur ei potentissimi robustorum de medio inferni qui cum auxiliatoribus eius descenderunt & dormierunt incircūcis interfecti gladio. Ibi desur et omnis multitudo eius in circuitu illius sepulchra eorum omnes interfecit & q ceciderunt gladio quorū data sūt sepulchra in nouissimis lacu. Et facta est multitudo eius per gyrum sepulchri eius uniuersi interfecti cadentesq gladio q dederunt quondam formidinem suam in terra uiuentium. Ibi clam & omnis multitudo eius per gyrum sepulchri sui. Omnes hi interfecti ruentesq gladio qui descenderunt incircūcis ad terram ultimam. Qui posuerunt terrorem suum in terra uiuentium & portauerunt ignominiam suam cum his q descendunt in lacum. In medio interfectorum posuerunt cubile eius in uniuersis populis eius in circuitu eius sepulchrum illius. Omnes hi incircūcis interfecti gladio. Dederunt enim terrorem suum in terra uiuentium & portauerunt ignominiam suam cum his q descendunt in lacum. In medio interfectorum positi sunt. Ibi Mosch & Tubal et omnis multitudo eius in circuitu eius sepulchra illius. Omnes hi incircūcis interfecti & cadentes gla-

dio. q dederunt formidinem suam in terra uiuentium & non dormient. Et fortibus cadentibus et incircūcis qui descenderunt ad infernum cum armis suis. Et posuerunt gladios suos sub caputibus suis & fuerunt iniquitates eorum in ossibus eorum q terror fortium facti sunt in terra uiuentium. Et tu ergo in medio incircūcis contereris & dormies cum interfectis gladio. Ibi Idumea et reges eius & omnes duces eius q dati sunt cum exercitu suo cum interfectis gladio & qui cum incircūcis dormierunt et cum his q descendunt in lacum. Ibi principes aglonis omnes & uniuersi uenatores q deducti sunt cum interfectis pauentes & in sua fortitudine confusi q dormierunt incircūcis cum interfectis gladio & portauerunt confusionem suam cum his q descendunt in lacum. Vidit eos pharao et consolatus est super uniuersam multitudinem suam que interfecta est gladio. Pharao et omnis exercitus eius ait dominus deus q dedit terrorem suum in terra uiuentium & dormiuit in medio incircūcis cum interfectis gladio. pharao et omnis multitudo eius ait dñs dñs.

T factum est uerbum domini ad me dicens fili hominis loquere ad filios populi tui & dices ad eos Terra cum eum induxero super eam & gladium & tulerit populus terre uirum unum de nouissimis suis & constituerit eum super se speculatorem et ille

uident gladium uenientem super te-
ram. & cecinerit buccina. et annuntia-
uerit populo. audiens autem quisquis
ille est sonitum buccine. & non obser-
uauerit. ueneritq; gladius et tulerit
eum. sanguis ipsius super caput eius e-
rit. Sonum buccine audiuit. et non se-
obseruauit. sanguis eius in ipso erit. **S**
i autem se custodierit. animam suam
saluauit. Quod si speculator uiderit. &
gladium uenientem. & non insonuerit.
buccina. et populos se non custodierit.
ueneritq; gladius et tulerit. de eis ani-
mam. ille quidem in iniquitate sua. cap-
tus sanguinem autem eius de manu spe-
culatoris requiram. Et tu fili hominis. i.
speculatorem dedi te domui isrl. A u-
diens ergo ex ore meo sermonem. an-
nuntiab eis ex me. Si me dicente. ad i-
pium. impius morte morietis. non fue-
ris locutus. ut se custodiat. impius a u-
sua ipse. impius in iniquitate sua morie-
tur. sanguinem autem eius de manu
tua requiram. Si autem annuntiate te
ad impium. ut a uis suis conuertatur.
non fuerit. conuersus a uia sua. ipse in
iniquitate sua morietur. porro tu anima
tuam liberaisti. Tu ergo fili hominis dic
ad domum isrl. Sic locuti estis dicen-
tes. Iniquitates nre. & peccata nostra
super nos sunt. et in ipsis nos tabescim.
Quomodo ergo uiuere poterimus? Dic
ad eos. **V**iuo ego dicit dominus deus
nolo mortem impij. sed ut conuertatur
impius a uia sua. et uiuat. Conuer-
tinui a uis uestris pessimis. Et ore
morietur domus isrl. Tu itaq; fili ho-

minis. dic ad filios populi tui. Iustitia
iusti non liberabit eum in quacumq; die
peccauerit. & impietas impij non noc-
bit ei in quacumq; die conuersus fuerit. i.
ab impietate sua. Et iustus non pote-
rit uiuere in iustitia sua. in quacumq;
die peccauerit. Etiam si dixerit iusto
q; uita uiuat. et confisus in iustitia. su-
fecerit iniquitatem. omnes iustitie eius.
obliuioni tradentur. & in iniquitate sua
quam operatus est in ipsa morietur.
Si autem dixerit impio morte morie-
ris. & egerit poenitentiam a peccato
suo. feceritq; iudicium et iustitiam. &
pignus restituerit. ille impius rapinam
reddiderit in mandatis uite. ambulauerit.
nec fecerit quicquam iniustum. uita ui-
uet. et non morietur. Omnia peccata
eius que peccauit. non imputabunt ei.
Iudicium et iustitiam fecit. uita uiuet.
Et dixerunt filij populi tui. Non e-
equi ponderis uia domus. Et ipse
uia iniusta est. Cum enim recesserit
iustus a iustitia sua. feceritq; ini-
quitates. morietur in eis. Et cum re-
cesserit impius ab impietate sua. fece-
ritq; iudicium & iustitiam. uiuet in
eis. Et dicitis. Non est recta uia do-
mini. **S**nuquensq; iuxta uias suas iud-
cabo de uobis domus isrl. Et factum
est in duodecimo anno in decimo me-
se. in quinta mensis transmigrationis
nostre. uenit ad me q; fugerat de hie-
rusalem dicens. Vastata est ciuitas.
Manus autem domini facta fuerat
ad me uespe. anteq; ueniret q; fuge-
rat. aperuitq; os meum. donec ueniret.

ad me mane & aperto ore meo non si-
liu amplius. Et factum est uerbum
domini ad me dicens fili hominis qui
habitant in ruinosis his super humum
isrl. loquentes aunt. Vnus erat Abra-
am & hereditate possidebat terram.
Nos autem multi sumus nobis data est
terra in possessionem. Iecit dices ad
eos. haec dicit dominus ds. Qui sae-
guine comeditis. et oculos uestros le-
uatis ad immundicias uestras et san-
guinem funditis. nunquid terram he-
reditate possidebitis. Stetitis in gla-
dijs uestris. fecistis abominaciones & u-
nusquisq uxorem proximi sui polluit
et terram hereditate possidebitis.
Et dices ad eos. Sic dicit dominus
ds. Vivo ego quia qui in ruinosis ha-
bitant gladio cadent. & qui in agro
est bestis tradetur ad deuorandum.
q. autem in presidys et in speluncis
sunt. peste morientur. Et dabo ter-
ram in solitudine et in desertum &
deficiet superba fortitudo eius et
desolabuntur montes isrl. eo q. nullus
sit q. per eos transeat. Et facit q. d.
ego dominus cum dederam terram eo-
rum desolatam. et desertam propter
uniuersas abominaciones suas quas ope-
rati sunt. Et tu fili hominis filij po-
puli tui q. loquuntur de te iuxta mu-
ros et in ostijs domorum & dicunt
unus ad alterum uir ad proximum
suum loquentes uenite et audiamus
quis sit sermo egrediens a domino.
Et ueniunt ad te quasi si ingrediatum
populus et sedent coram te populus

meus. Et audiunt sermoes tuos & no-
faciunt eos. q. in canticum oris sui ue-
tunt illos. Et auaritiam suam sequuntur
cor corum & est eis quasi carnes. o-
musicum. q. suau dulciq. sono canit.
Et audiunt uerba tua et non faciunt
ea. et cum uenerit quod predictum
est. ecce enim uenit tunc scient quia
pphetes fuerunt inter eos.

Et factum est uerbum
domini ad me dicens. I.
fili hominis propheta de
pastoribus israel. propheta
et dices pastoribus. Haec dicit dominus
ds. V. e. pastoribus isrl. q. pascebant se-
metipsos. Nonne greges & pastoribus
pascuntur. Lac comedebatis et lanas
openebamini & quod crassum erat co-
cidebatis. gregem autem meum non
pasciebatis. Quod infirmum fuit non
consolidastis. et quod egrotum non
sanastis. Quod contractum est non
alligastis. et quod abiectum est non re-
duxistis & quod perierat non queris-
tis. sed cum austeritate imperabitis eis
et cum potentia. Et disperse sunt oues
mee. eo q. non esset pastor. et factae
sunt in deuoracionem oium bestiarum.
agn. et disperse sunt. Errauerunt
greges mei in cunctis montibus. et in
uniuerso colle excelso & super omne
faciem terre disperse sunt greges mei.
& non erat q. requireret. Non erat
inq. qui requireret. Propterea pastores
audite uerbum domini. Vivo ego dicit
dominus deus quia pro eo q. fac-

ti sunt greges mei in rapina & oues me
in deuoracionem omnium bestiarum agri.
eo quod non esset pastor: neque enim quesi
erunt pastores gregem meum. sed pasce
bant pastores semetipsos et greges me
os non pascebant. propterea pastores au
dite uerbum domini. haec dicit domi
nus deus. Eccc ego ipse super pastores. et
regram gregem meum de manu eorum.
et cessare faciam. ut ultra non pascant
gregem meum. nec pascant amplius pa
tores semetipsos. Et liberabo gregem
meum de ore eorum. & non erit ultra
eis in escam. Quia haec dicit dominus deus.
Eccc ego ipse regram oues meas. et uisi
tabo eas. Sicut uisitat pastor gregem
suum in die. quando fuerit in medio
ouium suarum dissipatarum. sic uisita
bo oues meas. et liberabo eas de omni
bus locis in quibus disperse fuerant. in
die nubis & caliginis. Et educam eas
de populis & congregabo eas de ter
ris. et inducam eas in terram suam. et
pasceam eas in montibus israel in ruinis &
in cunctis sedibus terrae. In pascuis uber
tibus pasceam eas. et in montibus excel
sis israel erunt pascae earum. Ibi req
uescent in herbis uirentibus & in pascuis
pinguibus pascentur super montes is
rael. Ego pasceam oues meas. et ego eas
accubare faciam. dicit dominus deus.
Quod perierat. regram. et quod abiectus
erat. reducam. & quod fractum fue
rat. alligabo. & quod infirmum fuerat. et
consolidabo. et quod pingue. et forte.
custodiam. & pasceam illas in iudicio.
Vos autem greges inquit haec dicit domi

nus deus. Eccc ego iudico inter
pecus et pecus arietum et hircorum.
Nonne satis uobis erat. pascuam bonam
de pasca. Insuper et reliquas pascuam
uestrarum. conculcastis pedibus uestris.
et cum purissimam aquam biberetis
reliquas pedibus uestris turbastis. Et o
ues mee. his que conculcata pedibus ue
stris fuerant pascebant. et quae pedes uestri
turbauerant. haec bibebant. Propterea.
haec dicit dominus deus ad uos. Eccc ego
ipse iudico inter pecus pingue & in
cilentum. Pro eo quod lateribus et humeris
impingebatis. et cornibus uestris uenti
labatis omnia infirma pecora. donec
dispergerentur foras. saluabo gregem
meum. et non erit ultra in rapina. et
iudicabo inter pecus & pecus. et susci
tabo super eas pastorem unum. qui pascat
eas. seruum meum dauid ipse pascat
eas. et ipse erit eis in pastorem. Ego au
tem dominus ero eis in deum. et ser
uus meus dauid princeps in medio e
orum. Ego dominus locutus sum. Et
faciam cum eis pactum pacis. et cessa
re faciam bestias pessimas de terra. &
quae habitant in deserto securi dormient
in saltibus. et ponam eos in circuitu col
lis meis benedictionem. et deducam im
brem in tempore suo. & pluuie benedic
tionis erunt. Et dabit lignum agrus
fructum suum. et terra dabit germen
suum. et erunt in terra sua absque
timore. Et scient quia ego dominus. et
construero cathenas iugi eorum. & er
o eis de manu impantium sibi. Et
non erunt ultra in rapinam in gregem

tibus. neque bestie terre deuorabunt. col-
led habitabunt. confidenter absque ullo
terrore. Et suscitabo eis germen nomi-
natum. & non erunt ultra imminuti. i.
fame in terra. neque portabunt ultra ob-
probrium gentium. Et scient quia ego
dominus deus eorum cum eis. et ipsi po-
pulus meus domus israel. ait dominus
deus. Vos autem greges mei greges pas-
cuae mee homines estis. et ego dominus
deus uestrum. dicit dominus deus.

¶ Factus est sermo domini
ad me dicens. Fili homini-
um pone faciem tuam aduer-
sum montem seyr. Et p-
phetabis de eo. & dices illi. Hec di-
cit dominus deus. Ecce ego ad te. o-
mons seyr. et extendam manum me-
am super te. & dabo te desolatum atque
desertum. Urbes tuas demoliar. et tu
desertus eris et scies. quia ego domi-
nus. eo quod fueris inimicus sempiternus. et
concluseris filios israel in manus gladii
in tempore afflictionis eorum in tempo-
re iniquitatis extreme. Propterea uiuo
ego dicit dominus deus quoniam san-
guinem tradam te. & sanguis te per-
sequetur. Et cum sanguinem oderis.
sanguis persequetur te. Et dabo mo-
ntem seyr desolatum et desertum. et
auferam de eo euntem et redeuntes.
& implebo montes eius occisorum suo-
rum. In collibus tuis et in uallibus tuis
atque in torrentibus interfecti gladio
cadent. In solitudines sempiternas tra-
dam te. et ciuitates tue non habitabun-

tur. Et scietis quia ego dominus
deus. eo quod dixeris. ducite gentes et ducite
terre mee erunt. et hereditate possi-
debo eas cum dominus esset ibi. Prop-
terea uiuo ego dicit dominus deus. quia
faciam iuxta iram tuam et secundum
zelum tuum. quem fecisti odio habes
eos. & notus efficiar per eos cum te iudi-
cauero. & scies quia ego dominus. Au-
diui uniuersa obprobria tua. que locu-
tus es de montibus israel dicens. Deserti
nobis ad deuorandum dati sunt. Et
insurrexistis super me. ore uestro. et de-
rogastis aduersum me. Verba uestra
ego audiui. Hec dicit dominus deus.
¶ Et ante uniuersa terra. in solitudine
te redigam. sicuti gauisus es super he-
reditatem domus israel. eo quod fuerit
dissipata. sic faciam tibi. Dissipatus
eris mons seyr. & iudum. omnis et
sciet. quia ego dominus.

¶ Vos autem fili hominis. p-
pheta super montes israel
et dices. Montes israel
audite uerbum domini.
Hec dicit dominus deus. Eo quod dixe-
rit inimicus de uobis. euge altitudines
sempiternae in hereditatem date sunt
nobis. propterea uaticinare. & dic. Hec
dicit dominus deus. Pro eo quod desolati
estis et conculcati per circuitum. &
facti hereditatem reliquis gentibus. et
ascendistis super labium lingue. & ob-
probrium populi propterea montes
israel audite uerbum domini dei. Hec
dicit dominus deus montibus et collibus

torrentibus uallibusque et desertis pictinis
et urbibus derelictis que depopulate sunt
et subsannate. et reliquis gentibus per
circutum. Propterea hec dicit dominus
deus. Quoniam in igne zeli mei locutus
sum de reliquis gentibus. & de iudum.
uniuersa que dederunt terram meam
sibi in hereditatem cum gaudio et toto
corde ex animo. & ceciderunt eam ut
uastarent. ideo uaticinare super hu-
mum israel. & dices montibus & colli-
bus uigil et uallibus. Hec dicit domi-
nus deus. Ecce ego in zelo meo et in fu-
re meo locutus sum. eo quod confusione
gentium sustinueris. ideo hec dicit
dominus deus. Ego leuauit manum meam
ut gentes que in circuitu uestro sunt.
ipse confusionem suam portent. uos au-
tem montes israel ramos uestros ger-
minetis. & fructum uestrum auferat.
et populo meo israel. Prope enim est
ut ueniat. Quia ecce ego ad uos et
conuertar ad uos. & arabimini et ac-
cipietis sementem. & multiplicabo in
uobis homines omnemque domum israel. Et
habitabunt ciuitates & ruinas instaurabuntur
& repleto uos hominibus
et iumentis & multiplicabunt et crecent.
Et habitare uos faciam. sicut a prin-
cipio bonisq; donabo maioribus que habu-
istis ab initio. & scietis quia ego domi-
nus. Et adducam super uos homines
populum meum israel. & hereditate
possidebunt te. Et eris ei in heredi-
tate. & non addes ultra. ut absque
eis sis. Hec dicit dominus deus. Pro eo
quod dicunt de uobis. deuoratrix homi-
num

et suffocans gentem tuam. propterea
homines non comedes amplius. et gen-
tem tuam non nocabis ultra. ait domi-
nus deus. Nec audiam faciam in te. amplius
confusionem gentium. & obprobrium po-
pulorum nequaquam portabis. & gentem
tuam non amittes amplius. ait dominus
deus. Et factum est uerbum domini ad
me dicens. fili hominis domus israel
habitauerunt in humo suo & polluerunt
eam in uis suis et in studiis eius. Iuxta
immunditiam menstruat. facta est uis
eorum coram me. & effudi indignatio-
nem meam super eos pro sanguine que
fuderunt super terram. Et in idolis se-
is polluerunt eam. & dispersi eos in
gentes et uentilati sunt in terras. Iuxta
uias eorum et adinuentiones eorum. in-
dicaui eos. Et ingressi sunt ad gentes
ad quas introierunt. & polluerunt no-
men sanctum meum cum diceret de-
us. populus domini iste est. & de ter-
ra eius egressi sunt. Et peperci nomi-
ni sancto meo quod polluerat domus
israel in gentibus ad quas ingressi sunt.
Ideo dices domui israel. hec dicit
dominus deus. Non propter uos ego
faciam domus israel. sed propter no-
men sanctum meum quod polluistis in
gentibus ad quas iurastis. Et sanctifi-
cabo nomen meum magnum. quod pol-
lutum est inter gentes. quod polluistis in
medio earum. ut sciant gentes. quia e-
go dominus. ait dominus exercituum.
Cum sanctificatus fuero in uobis co-
ram eis. Tollam quippe uos de gentibus
et congregabo uos de uniuersis ter-

ris. & adducam uos in terram uram.
Et effundam super uos aquam mundam.
et mundabim ab omnibus iniquamentis
uestris. & ab uniuersis idolis uestris
mundabo uos. Et dabo uobis cor nouum.
& spiritum nouum ponam in
medio uestri. Et auferam cor lapideum
de carne uestra. et dabo uobis cor
carnicum. & spiritum meum ponam in
medio uestri. Et faciam ut in pre-
ceptis meis ambuletis et iudicia mea
custodiat et opem. Et habitabit
in terra quam dedi patribus uestris. e-
ritis mihi in populum. et ego ero
uobis in deum. Et saluabo uos ex
uniuersis iniquamentis uestris. & uoca-
bo frumentum et multiplicabo illud.
et non imponam uobis famem. Et o-
multiplicabo fructum ligni et genui-
na agri. ut non portetis ultra obpro-
brium famis in gentibus. Et recorda-
bimur uiam uestram pessimarum
studiorumque non honorum. et displice-
bunt uobis iniquitates uestrae et sceler-
ra uestra. Non propter uos ego fa-
ciam ait dominus deus. notum sit uobis.
Confundimur et erubescite super uisus
uestros domus israel. haec dicit domi-
nus deus. In die qua mundauero uos ex
omnibus iniquitatibus uestris. et inhabitare
fecero urbes. et instaurauero ruinas.
et terra deserta fuerit exculta. que
quondam erat desolata in oculis om-
nis uiatoris dicent. Terra illa incul-
ta facta est. ut hortus uoluptatis. et
ciuitates deserte. et destitute. atque
suffosse. munice. sederunt. Et scient

gentes. quae cum derelictae fuerint. in
circuito uestro. quia ego dominus. edi-
ficauit dissipata. plantauitque inculta. e-
go dominus locutus sum. & fecerunt.
Haec dicit dominus deus. Adhuc in-
haec inuenient me domus israel. ut facia-
tis. Multiplicabo eos sicut gregem bo-
minum. ut gregem sanctum. ut gre-
gem hierusalem in solemnitatibus eius. sic e-
runt ciuitates deserte. plene gregibus
hominum. et scient quia ego dominus.

Acta est super me ma-
nus domini. et eduxit
me in spiritu domini. et
dimisit me in medio ex-

pi qui erat plenus ossibus. et circumduxit
me per eam in gyro. Erant autem multa
ualde super faciem campi. siccata ue-
hementer. Et dixit ad me. Fili homi-
nis. putasne uiuent ossa ista. Et
dixi. Domine deus tuus noster. Et dixit
ad me. Natiuitate de ossibus istis. Et
dices eis. Ossia arida. audite uerbum
domini. Haec dicit dominus deus ossibus
his. Ecce ego intromittam in uos spi-
ritum. et uiuetis. & dabo super uos
neruos. & succrescent faciam super
uos carnes. et super extendam in uobis
cutem. et dabo uobis spiritum. et ui-
uetis. et scietis quia ego dominus. Et
prophetaui sicut preceperat mihi. factus
est autem sonitus prophetante in
me. et ecce commotio. Et accesserunt
ossa ad ossa. unusquisque ad uincula-
ram suam. Et uidi. et ecce super ea ner-
ui et carnes ascenderunt. et extend-

est in eis cutis desuper & spiritum non
habebat. Et dixit ad me: Satiare
ad spiritum. uaticinare fili hominis. et
dices ad spiritum: haec dicit dominus
deus. A quattuor uentis ueni spiritus &
suffla super interfectos istos & reuiu-
cant. Et prophetaui sicut preceperat
mihi. Et ingressus est in ea spiritus
& reuixerunt. Steteruntque super pe-
des suos exercitus grandis nimis ual-
de. Et dixit ad me: Fili hominis ossa
haec uniuersa domus israel est. Ipsi di-
cunt. Auertunt ossa nostra. et peri-
it spes nostra. et abscissi sumus. Prop-
terea uaticinare & dices ad eos. haec
dicit dominus deus. Ecce ego apiam
tumulos uestros & educam uos de
sepulchris uestris populus meus. & i-
ducam uos in terram israel. Et scietis
quia ego dominus cum aperuero se-
pulebra uestra. et eduxero uos de
tumulis uestris popule meus & de-
dero spiritum meum in uobis et uiue-
ritis. Et regescere uos faciam super
humum uestram. et scietis quia ego deus
locutus sum & feci ait dominus. Et
factus est sermo domini ad me dicens.
Et tu fili hominis sume tibi lignum u-
num. et scribe super illud. iude & fi-
liorum israel secus eius. Et tolle lignum
alterum. et scribe super illud. Ioseph li-
gnum ephraim & cuncte domus israel
feciorumque eius. Et adiunge illa unum
ad alterum tibi in lignum unum. & e-
runt in unum in manu tua. Cum au-
tem dixerunt ad te filij populi tui
loquentes. nonne indicas nobis quid

in his tibi uelis? L. equeris ad eos.
Haec dicit dominus deus. Ecce ego as-
sumam lignum Ioseph. quod est in manu
ephraim et tribu israel que sunt et
adiunget. & dabo eas pariter cum li-
gno iuda. et faciam eas in lignum u-
num. & erunt unum in manu eius.
Erunt autem ligna super quae scriptis
in manu tua. in oculis eorum et dices
ad eos. Haec dicit dominus deus. Ecce
ego assumam filios israel de medio na-
tionum ad quas abierunt & congre-
gabo eos undique. et adducam eos ad
humum suam. Et faciam gentem unam
in terra in montibus israel. & rex unus
erit omnibus imperans. Et non erunt
ultra due gentes. nec diuidentur am-
plius in duo regna. Neque polluentur
ultra in idolis suis et abominationibus
suis et cunctis iniquitatibus suis. & sal-
uos eos faciam de uniuersis sceleribus
in quibus peccauerunt. et emundabo
eos. Et erit mihi populus et ego ero
eis deus & seruus meus. Et erit rex
super eos. & pastor unus erit. omnium
eorum. In iudicijs meis ambulabunt. &
mandata mea custodient. et facient
ea. Et habitabunt super terram quam
dedi seruo meo iacob. in qua habitau-
erunt patres uestri & habitabunt super
eam ipsi & filij eorum. et filij filiorum
usque in sempiternum. & dauid seruus
meus princeps eorum in perpetuum.
Et percutiam istud foedus pacis pactum
sempiternum erit. eis. Et fundabo
eos & multiplicabo & dabo sanctifi-
cationem meam in medio eorum in

perpetuum. et erit tabernaculum me-
um in eis. & ero eis deus & ipsi erunt in
populus. Et scient gentes. quia ego
dominus sanctificator israel cum fue-
rit sanctificatio mea in medio eorum
in perpetuum.

Et factus est sermo domini
ad me dicens fili hominis.
pone faciem tuam contra
Gog et terra Mo-
gog principem capitis Mosoch et Thy-
bul. Et circumagam te & ponam fra-
num in maxillis tuis & educam te
et omnem exercitum tuum equos et
equites uestitos loricas uniuersos mul-
titudinem magnam hastam & clype-
um arripientium & gladium. Per-
se ethiopes & Libyes cum eis omnes
scutati et galeati. Gomer & uniuersa
agmina eius. domus Thogorma la-
tera aqlonis. & totum robur eius. i
populi multi tecum. Prepara et in-
strue te & omnem multitudinem
tuam. que conueruata est o ad te. &
esto eis in preceptum. Post dies mul-
tos uisitaberis. In nouissimo anno
uenies ad terram. que reuersa est a
gladio et congregata est de popu-
lis multis ad montes israel qui fuerunt
deserti iugiter. hęc de populis e-
ducta est & habitabunt in ea con-
fidenter uniuersi. Ascendens autem
quasi tempestas uenies & quasi nubes
ut operias terram. tu & omnia ag-
mina tua & populi multi tecum. i
Hęc dicit dominus deus. In die illa ascē-

dent sermões super eor tuum. et cogi-
tabis cogitationem pessimam & dices.
Ascendam ad terram absq. muro. ue-
niam ad quiescentes habitantesq. se-
cure. Hi omnes habitant sine muro.
uertes & porte non sunt ei. ut diri-
pias spolia et inuadas predam. ut i-
feras manum tuam super eos. q. deser-
ti fuerant & postea restituti. et sup.
populum q. est congregatus ex gene-
tibus. qui possidere cepit. & esse ha-
bitator umbilica terre. Saba & De-
da et negociatores tharsis et omnes
leones eius dicent tibi. Nunquid ad-
sumenda spolia tu uenis. Cccc. ad-
diripiendam predam congregasti mul-
titudinem tuam. ut tollas argentum
et aurum. auferas supellectilem atq.
substantiam. et diripias manubias in-
finitas. Propterea uaticinatio fili ho-
minis & dices ad gog. Hęc dicit
dominus deus. Nunquid non in die
illo cum habitauerit populus meus.
isrl. confidenter. scies et uenies de
loco tuo a lateribus aqlonis tu & po-
puli multi tecum. ascensores equorum
uniuersi. cœtus magnus & exerci-
tus uehemens. & ascendes sup popu-
lum meum isrl. quasi nubes ut ope-
rias terram. In nouissimis diebus eius
& adducam te sup terram meam. ut
sciant gentes mee cum sanctificatus
fuerit in te in oculis eorum o Gog.
Hęc dicit dominus deus. Tu ergo il-
le es de quo locutus sum in diebus
tuis in manu seruatorum meorum pro-
phetarum isrl. q. pphetauerunt. i

diebus illorum tempore. ut adduce-
rent te super eos. Et erit in die illa
in die aduentus Gog super terram
isrl. ait dominus ds. ascendet indigna-
tio mea in furore meo & in zelo meo
in igne ire mee locutus sum. quia in die
illa erit commotio magis super ter-
ram isrl. & commouebuntur a facie me-
piscis maris et uolucres celi & bestie
agri. & omne reptile quod mouetur
super humum. cunctiq; homines qui sunt
super faciem terre. Et subuertentur
montes & cadent sepes. & omnis mu-
rus corruet in terram.

T conuocabo aduersus
eum in cunctis montibus
meis gladium ait domi-
nus meus. Gladius u-
niuersusq; in fratrem suum diriget.
Et iudicabo eum peste & sanguine et
umbra uehementi & lapidibus immen-
sis. Ignem et sulphur pluam super
eum et super exercitum eius. & super
populos multos qui sunt cum eo. Et
magnificabor et sanctificabor & no-
tus ero in oculis multarum gentium
& scient quia ego dominus. Tu autem
fili hominis uaticinare aduersum o-
Gog & dice. Hec dicit dominus ds.
Eccc ego super te Gog principem capi-
tis Mosoch et Thubal & circuiagam
te & educam te. & ascendero te fa-
ciam de lateribus aglonis. et educam
te super montes isrl. Et percutiam
arcum tuum in manu sinistra tua. &
sagittas tuas de manu dextera tua.

deiciam super montes israel cades tu
& omnia agmina tua & populi qui sunt
tecum. Feras auidos omniq; uolanti ce-
li & bestias terre dedit te ad deuoran-
dum. Super faciem agri cades. quia ego
locutus sum ait dominus ds. Et im-
mittam ignem in Magog & in his qui
habitant in insulis confidenter. & sci-
ent quia ego dominus. Et nomen
sanctum meum notum faciam in me-
dio populi mei isrl. et non polluiam
nomen sanctum meum amplius & sci-
ent gentes quia ego dominus sanctus
isrl. Eccc uenit & factum est ait do-
minus ds. Hec est dies de qua locu-
tus sum. Et egredientur habitatores
de ciuitatibus israel et succendent &
comburent arma clypeum et hastas
arcum et sagittas & baculos manuum
& cotos & succendent ea igni septem
annis. Et non portabunt ligna de
regionibus neq; succedent de saltibus
quoniam arma succendent igni et
deprecabuntur eos quibus prece-
rant & diripient uastationes suas ait
dominus deus. Et erit in die illa
dabo Gog locum nominatum sepul-
chrum in isrl uallem uiatorum ad
orientem maris. quae obstupescere
faciet pretereuntes. Et sepellent
ibi Gog & omnem multitudinem e-
ius & uocabitur uallis multitudinis
Gog. et sepellent eos domus israel
ut mundent terram septem mensibus.
Sepelliet autem eum omnis populus
terre & erit eis nominata dies in qua
glorificatus sum ait dominus deus.

E t uiros iugiter constituent lustrante
terram q̄ sepellant et regrant: eos q̄
remanerant: sup̄ faciem terræ: ut ei
mundent eam. Post menses autem
septem quætere incipient & circui-
bunt peragrantes terram. Cuiq̄ ui-
derint os hominis statuent iuxta il-
lud titulum donec sepellant: illud
pollutores in ualle multitudinis
C̄og. Nomen autem ciuitatis Amo-
na & mundabunt terram. Tu ergo
fili hominis hæc dicit dominus d̄s.
D ic omni uolueri et uniuersis aibus
cunctisq̄ bestiis agri. Conuicite pro-
perate concurrite undiq̄ ad uicti-
mam meam quam ego immolo uo-
bis. uictimam grandem sup̄ montes
isrl̄: ut comedatis carnes et bibatis
sanguinem. Carnes fortium comede-
tis & sanguinem principum terre: i-
bibetis arietum et agnorum et bir-
corum taurorumq̄ et altilium et pi-
guum oïum. Et comedetis adipem
in saturitate & bibetis sanguinem in
ebrietate de uictima quam ego
molau uobis & saturabimini super
mensam meam de iquo & de equite
forti & de uniuersis uiris bellatorib̄
ait dominus d̄s. Et ponam gloriam
meam in gentib̄ et uidebunt omnes
gentes iudicium meum qd̄ fecerim e-
inanim meam quam posuerim super
eos & scient domus isrl̄ quia ego
dominus d̄s eorum x̄ die illa et de
inceps. Et scient gentes quoniam in
iniquitate sua capta sit domus isrl̄
& q̄ dereliquerunt me et abscon-

derunt faciem meam ab eis et tradi-
derunt eos in manus ostium & cecide-
runt in gladio uniuersi. Iuxta immu-
ditatē eorum et seclus feci eis & absco-
di faciem meam ab illis. Propterea hæc
dicit dominus d̄s. Nunc reducam i-
captiuitatem iacob & miserebor omnis
domus isrl̄. Et assumam zelum pro
nomine sancto meo & portabunt eo-
fusiōem suam et omnem preuaricatio-
nem quam preuaricati sunt in me: &
habitauerint in terra sua confiden-
ter neminem formidantes & reduce-
ro eos de populis & congregauro i-
de terris inimicorum suorum & sanc-
tificatus fuero in eis in oculis gentium
plurimarum. Et scient q̄ ego domi-
nus d̄s eorum eo q̄ transtulerim eos i-
natiōes & congregauro eos super
terram suam & non dereliquerim q̄
quam ex eis ibi. Et non absconda-
ultra faciem meam ab eis & quod
effuderim spiritum meum sup̄ omne
domum isrl̄ ait dominus deus.

N uicesimo quinto an-
no transmigrationis nr̄e
in exordio anni decima-
mensis quatuordecimo a-
no postq̄ percussa est ciuitas in
ipsa hac die facta est super me man-
domini et adduxit me illuc in uisio-
nib̄ dei. Adduxit me in terrā isrl̄
et dimisit me super montes excelsum
nimis super quem erat quasi edificus
ciuitatis uergentis ad austrum et in-
troduxit me illuc. Et ecce uir cui

erat spes: quasi spes eris & funiculus li-
neus in manu eius & calamus mensure
in manu eius. Stabat autem in porta &
locutus est ad me: idem uir' fili homi-
nis. uide oculis tuis & auribus tuis audi
et pone cor tuum in omnia que ego
ostendam tibi quia ut ostendat tibi
adductus est huc. Annuntia omnia que
tu uides domui israel. Et ecce murus
forinsecus in circuitu domus undique
& in manu uiri calamus mensure sex
cubitum & palmo. Et mensus est
altitudinem edificij calamo uno. alti-
tudinem quoque calamo uno.

Et uenit ad portam que respiciebat uiam
orientalem & ascendit per gradus eius.
Et mensus est limen porte calamo uno la-
titudinem id est limen unum calamo
uno in latitudine & thalamum uno
calamo in longum et uno calamo in
latum & inter thalamos quinque cubi-
tos & limen porte iuxta uestibulum
porte intrinsecus calamo uno. Et me-
sus est uestibulum porte octo cubito

rum et frontem eius duobus cubitis.
Vestibulum adit' porte erat intrin-
secus. Porro thalamum porte ad uiam
orientalem tres hinc & tres inde me-
sura una trium & mensura una fron-
tum ex utraque parte. Et mensus est
latitudinem liminis porte decem cubi-
torum et longitudinem porte tredecim
cum cubitorum & marginem ante tha-
lamos cubiti unius et cubitus unus si-
nis utrinque. Thalami autem sex cubito-
rum erant hinc et inde. Et mensus
est portam & tecto thalami usque ad i-
tectum eius latitudines uiginti quinque

cubitum ostium contra ostium. Et
fecit frontes per sexaginta cubitos &
ad frontem atrium porte undique per
circuitum & ante faciem porte que
pertingebat usque ad faciem uestibuli
porte interioris quinquaginta cubi-
tos et fenestras obliquas in thalamis
et in frontibus eorum que erant intra
portam undique per circuitum. Similiter
autem erat et in uestibulis fenestras p

gyrum intrinsecus et ante frontes pic-
tura palmarum celata. Et eduxit me
ad atrium exterius. & ecce gazophi-
lia et pavementum stratum lapide in
atrio per circuitum. Triginta gazophi-
lia in circuitu pavementi & pavime-
tum in fronte portarum secundum lon-
gitudinem portarum erat inferius. **E**
t mensus est latitudinem a facie por-
te inferioris usque ad frontem atrij in-
terioris extrinsecus centum cubitos. **E**
ad orientem et aqilonem. Portam uero
que respiciebat uiam aqilonis atrij exte-
rioris mensus est. tam in longitudine
quam in latitudine. et thalamos eius tres
hinc et tres inde. & frontem eius & **E**
uestibulum eius secundum mensuram
porte prioris quinquaginta cubitorum
longitudinis eius et latitudinem uigin-
tiquinque cubitorum. Fenestree autem
eius et uestibulum & sculptur secun-
dum mensuram porte que respiciebat ad
orientem. et septem graduum erat ascen-
sus eius. Et uestibulum ante eam. &
porta atrij interioris contra portam
aqilonis et orientalem. **E** mensus est
a porta usque ad portam centum cubi-
tos. Et eduxit me ad uiam australem.
& ecce porta que respiciebat ad austrum.
E t mensus est frontem eius. & uestibu-
lum eius iuxta mensuras superiores. et
fenestras eius & uestibulum in circuitu
sicut fenestras ceteras quinquaginta
cubitorum longitudinis & la-
titudine uigintiquinque cubitorum. **E**
in gradibus septem ascendebat ad eam.
E t uestibulum ante fores eius. & celate

palme erant. una hinc et altera inde
in fronte eius. & porta atrij interioris
in uia australi. Et mensus est a por-
ta usque ad portam in uia australi cen-
tum cubitos. **E** t introduxit me in
atrium interius ad portam australem.
et mensus est portam iuxta mensuras
superiores thalamum eius. & frontem
eius et uestibulum eius huiusmodi me-
suris. & fenestras eius & uestibulum
eius in circuitu quinquaginta cubitos
longitudinis. & latitudinis uiginti-
quinque cubitos. et uestibulum per gyrum
longitudinis uigintiquinque cubitorum
et latitudinis quinque cubitorum. **E** t
uestibulum eius ad atrium exterius.
& palmas eius in fronte & octo gra-
dus erant quibus ascendebatur per eam.
E t introduxit me in atrium interius
per uiam orientalem et mensus est por-
tam secundum mensuras superiores tha-
lamum eius & frontem eius & uestibu-
lum eius sicut supra. & fenestras eius
et uestibulum in circuitu longitudinis
quinquaginta cubitorum. et altitudi-
nis uigintiquinque cubitorum & uesti-
bulum eius. i. atrij exterioris et pal-
marum celate in fronte eius hinc & inde
& in octo gradibus ascensus eius. **E** t in-
troduxit me ad portam que respicie-
bat ad aqilonem. Et mensus est secundum
mensuras superiores thalamum eius et
frontem eius et uestibulum eius et
fenestras eius per circuitum longitu-
dine quinquaginta cubitorum. et la-
titudine uigintiquinque cubitorum. &
uestibulum eius respiciebat ad atrium

exterius. & exlatura palmarum in fro-
te eius hinc et inde. & in octo gradibus
ascensus eius. & per singula gazophy-
lacia ostium in frontibus portarum ibi la-
uabant holocaustum. Et in uestibulo
portae dux mensae hinc et dux mensae i-
de. ut immoletur super eas holocaustus.
& pro peccato & pro delicto. Et ad la-
tus exterius quod descendit ad ostium
portae. quae pergit ad aequalem dux me-
sae. & ad latus alterum ante uestibulum
portae dux mensae. Quattuor mensae
hinc & quattuor mensae inde per latera
portae octo mensae erant super quas im-
molabant. Quattuor autem mensae ad
holocaustum de lapidibus quadratis ex-
structae longitudine cubiti unius & di-
midij. et altitudine cubiti unius super
quas ponant uas. in quo immolatur
holocaustum et uictima. Et labia car-
palma unius reflexa intrinsecus per a-
cutum. Super mensas autem carnes obla-
tionis. Et extra portam interiori gazophylacia
cantorum in atrio interiori. quod erat in latere porte
respicientis ad aequalem. et facies eorum con-
tra uiam australem. una ex latere porte
orientalis. quae respiciebat ad uiam
aequalis. Et dixit ad me. haec gazophy-
lacia quod respicit uiam meridianam
sacerdotum qui ex cubant in custodia
templi. porro gazophylacium quod respi-
cit ad uiam aequalis sacerdotum erit
qui ex cubant ad ministerium altaris. o-
mnia sunt filij Sadoch qui accedunt de
filij Leui ad dominum. ut ministrent
ei. Et mensus est atrium longitudine

centum cubitorum. et latitudine cen-
tum cubitorum per quadrum. & alta-
re ante faciem templi.

Et introduxit me in uestibulum tem-
pli. & mensus est uestibulum quinque
cubitum hinc & quinque cubitis inde. &
latitudinem portae trium cubitorum.
hinc et trium cubitorum inde. longi-
tudinem autem uestibuli uiginti cubi-
torum. & latitudinem undecum cubito-
rum. Et octo gradibus ascendebar ad
eam. & coluinae erant in frontibus una hinc
& altera inde.

ET introduxit me in tem-
plum et mensus est fro-
tes sex cubitos latitudi-
nis hinc et sex cubitos la-
titudinis hinc latitudinem taberna-
culi. Et latitudo porte decem cubito-
rum erat et latera porte quinque cubi-
tis hinc & quinque inde. Et mensus est
longitudinem eius quadraginta cubi-
torum & latitudinem viginti cubito-
rum. Et ingressus intrinsecus men-
sus est in fronte porte duos cubitos &
portam sex cubitorum et latitudinem
porte duos cubitos & portam sex cu-
bitorum & latitudinem porte septem
cubitorum. Et mensus est longitudi-
nem eius viginti cubitorum et latitu-
dinem eius viginti cubitorum ante fa-
ciem templi. Et dixit ad me hoc est
sanctum sanctorum. Et mensus est pa-
rietem domus sex cubitorum et latitu-
dinem lateris quattuor cubitorum un-
diq. p. circuitum domus. Latera autem
latus ad latus bis trigintarium. Et e-
rant eminentia que ingredere per
parietem domus in lateribus per circu-
tum ut continerent et non attingeret
parietem templi. Et platea erat ut
rotundum ascendens sursum per coele-
am et in coenaculum templi descende-
bat per gyrum. Ideo latus erat templi
in superioribus & sic de inferioribus ascen-
debat ad superiora et in medium. Et
vidi in domo altitudinem per circuitum
fundata latera ad mensuram calami
sex cubitorum spatium et latitudinem se-

parietem lateris forinsecus quinque cu-
bitorum. Et erat interior domus in
lateribus domus. Et inter gazophyl-
cia latitudinem viginti cubitorum
in circuitu domus undiq. Et ostium
lateris ad orientem ostium unum ad
uam australem et latitudinem loci ad
orientem quinque cubitorum in circuitu

Et edificium quod erat separatim uersum
quod ad uiam respicientem ad mare: lati-
tudinis septuaginta cubitorum parte
autem edificij quinque cubitorum la-
titudinis per circuitum. et longitudo e-
ius nonaginta cubitorum. Et mensus est
domus longitudinem centum cubito-
rum & quod separatim erat edificium & pa-
rietes eius longitudinis centum cubito-
rum. Latitudo autem ante faciem dom-
us eius quod erat separatim contra orien-
tem centum cubitorum. Et mensus est
longitudinem edificij contra faciem e-
ius quod erat separatim ad dorsum hec
theas ex utraque parte centum cubito-
rum. & templum interius et uestib-
ula atrij lumina et fenestras obliquas. et
hethecas in circuitu per tres partes con-
tra uniuscuiusque lumen stratumque ligno pe-
gyrum in circuitu. Terra autem usque
ad fenestras & fenestre clausa: per
ostia. & usque ad domum interiorem
et forinsecus per omnem parietem in
circuitu intrinsecus et forinsecus ad me-
suram. et fabricata cherubin & palmis.
Et palma inter cherub & cherub. Du-
asque facies habebat cherub faciem hominis
iuxta palmam ex hac parte. & faciem
leonis iuxta palmam ex alia parte ex-
pressam. Per omnem domum in cir-
cuitu de terra usque ad superiorem par-
tem cherubin & palmis exaltae erant
in pariete templi. Lumen quadrangulum
& facies sanctuarij aspectus contra o-
mnia aspectum altaris ligni trium cubito-
rum altitudo & longitudo eius duorum
cubitorum et anguli eius et longitudo

domus eius et parietes eius ligna. Et lo-
cutus est ad me. Hec est mensura contra
domino. Et duo ostia erant in templo
et in sanctuario & in duobus ostiis ex u-
traque parte bina erant ostiola que in-
se inuicem plicabantur. Bina enim ostia
erant ex utraque parte ostiorum. Et ex-
altae erant in ipsis ostiis templi cheru-
bin et sculptura palmarum sicut in pa-
rietibus quorum expressa erant. Quamob-
rem et grossiora erant ligna in uestib-
uli fronte forinsecus super quo fenestra
obliqua & similitudo palmarum hinc
atque inde in huiusmodi uestibuli secundum
latera domus latitudinemque pictum.

ET eduxit me in atrium
exterius per uiam duce-
ntem ad aquilonem. Et in-
duxit me in gazophyl-
acium quod erat contra separatim edifi-
cium & contra eadem uentem
ad aquilonem. in faciem longitudinis
centum cubitos ostij aquilonis & lati-
tudinis quinquaginta cubitos contra uin-
ginti cubitos atrij interioris & con-
tra pavementum stratum lapideum atrij ex-
terioris ubi erat porticus uincta por-
ticum triplici. Et ante gazophylacia de
ambulatio decem cubitorum latitudi-
nis ad interiora respiciens uix cubiti u-
nius. Et ostia earum ad aquilonem &
erant gazophylacia in superioribus hum-
liora quia supportabant porticus quae
ex illis eminebant de inferioribus et de
medijs edificij. Fustega enim erant et
non habebant columnas sicut erant.

columnarum atriorum. Propterea eminebant
de inferioribus et de medijs a terra cubi-
tis quinquaginta. Et peribolus exterior
secundum gazophylacia. que erant in
uia atrij exterioris ante gazophylacia.
Longitudo eius quinquaginta cubitorum.
quia longitudo erat gazophylaciorum
atrij exterioris quinquaginta cubitorum.
& longitudo ante faciem templi cen-
tum cubitorum. Et erat subter ga-
zophylacia hęc introitus ab oriente in-
gredientium in ea de atrio exteriori
in latitudine periboli atrij. quod erat
contra uiam orientalem in faciem edifi-
cij separati. Et erant ante edificium ga-
zophylacia & uia ante faciem eorum.
iuxta similitudinem gazophylaciorum
que erant in uia aqilonis. Secundum lo-
ngitudinem eorum sic et latitudo eorum.
et omnis introitus eorum & similitudi-
nes & ostia eorum secundum ostia ga-
zophylaciorum. que erant in uia respi-
ciente ad notum. Ostium in capite
uię que uia erat ante uestibulum se-
paratum per uiam orientalem ingredien-
tibus & dixit ad me. Gazophylacia i
aqilonis et gazophylacia austris que sũt
ante edificium separatum. hęc sunt ga-
zophylacia sancta. in quibus uestiuntur
sacerdotes q̄ appropinquant ad domi-
num in sancta sanctorum. Ibi ponunt sanc-
ta sanctorum. et oblationem pro pecca-
to et pro delicto. Locus enim sanctus
est. Cum autem ingressi fuerint sac-
erotes. non egredientur de sanctis in
atrium exterius. & ibi reponent uesti-
menta sua. in quibus ministrant. quia sac-

ta sunt uestienturq̄ uestimentis alijs.
et sic procedent ad populum. Cunctis
complexis & mensuram domus interio-
ris eduxit me per uiam porte que respi-
ciebat ad uiam orientalem & mensu-
sus est eam undiq̄ per circuitum. Me-
sus est autem contra uentum orien-
talem calamo mensurę quingentos ca-
lamos in calamo mensurę per circuitum.
Et mensus est contra uentum aqilonis
quingentos calamos in calamo mensurę p̄
gyrum. Et ad uentum australem me-
sus est per quingentos calamos in cala-
mo mensurę per circuitum. Et ad ue-
tum occidentalem mensus est quinge-
tos calamos in calamo mensurę. Per
quattuor uentos mensus est murum ei-
us undiq̄ per circuitum. longitudi-
nem quingentorum cubitorum. et latitu-
dinem quingentorum cubitorum. di-
uidentem inter sanctuarium et uulgi-
locum.

ET duxit me ad portam
que respiciebat ad uiam
orientalem. Et ecce glo-
ria dei israel ingredieba-
tur per uiam orientalem. & uox erat
ei quasi uox aquarum multarum. &
terra splendebat a maiestate eius.
Et uidi uisionem secundum speciem quas
uideram quando uente ut disperderet
ciuitatem & spiritus secundum aspec-
tum quem uideram iuxta fluum cho-
bar. Et cecidi super faciem meam. Et
maiestas domini ingressa est templus
per uiam porte que respiciebat ad ori-

entem. Et leuauit me spiritus et intro
duxit me in atrium interius. Et ecce
repleta erat gloria domini domus. Et
audui loquentem ad me de domo.
Et uir qui stabat iuxta me dixit ad me.
Fili hominis locus soly mei & locus uesti
giorum pedum meorum ubi habito in
medio filiorum israel in eternum. Et
non polluet ultra domus israel nome
sanctum meum. ipsi et reges eorum in
fornicationibus suis et in ruinis regu
suorum et in excelsis que fabricati sunt
limen suum iuxta limen meum. et postes
suos iuxta postes meos. & murus erat
inter me & eos. Et polluerunt nome
sanctum meum in abominationibus que
fecerunt. propter quod sumpsi eos in
ira mea. Nunc ergo repellant precul
fornicationem suam. et ruinas regum se
orum a me. & habitabo in medio eo
rum semper. Tu autem fili hominis. ostende
domum israel templum et confundantur
ab iniquitatibus suis & metentur
fabricam. et erubescant ex omnibus
que fecerunt. figuram domus et fa
brice eius exitus et introitus & omne
descriptionem eius & uniuersa precepta
eius. cunctaque ordinem eius. & omnes
leges eius ostende eis & scribe in oculis
eorum. ut custodiant omnes descriptio
nes eius & precepta illius et faciant.
Ista est lex domus in summitate mon
tis. Omnes fines eius in circuitu sancto
sanctorum est. Hæc est ergo lex do
mus. Ista autem mensura altaris in cu
bito uerissimo. que habebat cubitum et
palmum. In sinu eius erat cubitus. &

cubitus in latitudine. et definitio est
usque ad labium eius & in circuitu pal
mus unus. Hæc quoque erat fossa altaris.
Et de sinu terre usque ad crepidi
nem nouissimam duo cubiti. et latitudo
cubiti unius. & a crepidine mino
re usque ad crepidinem maiorem quattuor
cubiti. et latitudo cubiti unius. Ipse
autem ariel quattuor cubitorum. et
ab ariel usque ad sursum cornua quat
tuor. Et ariel duodecim cubitorum in
longitudine. per duodecim cubitos la
titudinis. quadrangulum eorum late
ribus. Et crepido quattuordecim cubi
torum longitudinis. per quattuorde
cim cubitos latitudinis in quattuor
angulis eius. & corona in circuitu eius.
dimidii cubiti. & sinus eius unius cubi
ti per circuitum. Gradus autem eius
uersi ad orientem. & dixit ad me. Fili
hominis. hæc dicit dominus deus. Si fuerit
ritus altaris in quacunque die fuerit
fabricatum. ut offeratur super illud
holocaustum. & effundatur sanguis.
Et dabis sacerdotibus et leuitis. qui
sunt de semine sacerdotum. que accedunt.
ad me ait dominus deus. ut offerant in
uitulum de armento pro peccato. Et
assumens de sanguine eius. ponet super
quattuor cornua eius. et super quat
tuor angulos crepidinis. & super coro
nam in circuitu. et mundabis illud et
expiabis. Et tolles uitulum. que oblatum
fuerit pro peccato. & combures eum.
in separato loco domus extra sanctuarium.
Et in die secunda offeres hircum ca.
pratum immaculatum pro peccato. et

expiabunt altare: sicut expiauerunt in
uitulo. Cūq; compleueris expians illud
offeret uitulum de armento immacula-
tum et arietem de grege immaculatu
& offeret eos in conspectu domini. Et
mittent sacerdotes super eos sal. et of-
ferent eos in holocaustum domino. Sep-
tem diebus facies hircum pro peccato &
tadie. & uitulum de armento et arie-
tem de pecoribus immaculatos offerent.
Septem diebus expiabunt altare: & mu-
dabunt illud. et implebunt manum
eius. Expletis autem septem diebus in-
die octaua et ultra facient sacerdotes
super altare holocausta uestra. et que
pro pace offerunt & placatus ero uo-
bis ait dominus deus.

Et conuertit me ad uiam
portæ sanctuarij exterioris
quæ respiciebat ad ori-
entem. et erat clausa.

Et dixit dominus ad me. Porta hæc cla-
usa erit. et non aperietur & uir non
transiet per eam. quoniam dominus deus
israhel ingressus est per eam. eritq; cla-
usa principi. Princeps ipse sedebit in
ea. ut comedat panem coram domino.
Per uiam portæ uestibuli ingredietur.
et per uiam eius egredietur. Et adduxit
me per uiam portæ aqilonis in conspec-
tu domus. Et uidi et ecce impleuit glo-
ria domini domum deus. Et cecidit in
faciem meam. & dixit ad me dominus.
Fili hominis pœ cor tuum et uide oculis
tuis & auribus tuis audi omnia quæ ego
loquor ad te. de uniuersis ceremonijs.

domus domini & de cunctis legibus eius.
Et pœs cor tuum in uis templi per oēs
exitus sanctuarij & dices ad exasperan-
tem me domum israhel. hæc dicit me do-
minus deus. Sufficiant uobis omnia &
scelera uestra. domus israhel. eo q; inducitis
filios alienos in circuncisos corde. & in cir-
cuncisos carne. ut sint in sanctuario meo
et polluant domum meam. & offeritis pa-
nes meos adipem et sanguinem. et dissol-
uistis pactum meum in omnibus sceleribus
uestris. et non seruastis precepta sanc-
tuarij mei. & posuistis custodes obser-
uationum mearum in sanctuario meo uo-
bismetipsis. Et dicit dominus deus. Om-
nis alienigena. in circuncisus corde. et in-
circuncisus carne non ingredietur sanctua-
rium meum. omnis filius alienus q; est in
medio filiorum israhel. Sed et leuite q;
longe recesserunt a me in errore filioꝝ
israhel. et errauerunt a me post idola sua
& portauerunt iniquitatem suam. erunt
in sanctuario meo edicui & uanitores.
portarum domus et ministri domus. o
Ipsi mactabunt holocausta et uictimal
populi & ipsi stabunt in conspectu in
conspectu eorum. ut ministrent eis. o
Pro eo q; ministrauerunt illis in conspe-
tu idolorum suorum & facti sunt do-
mus israhel in offendiculum iniquitatis. re-
circo leuaui manum meam super eos ait
dominus deus. et portauerunt iniqui-
tatem suam. Et non appropinquabunt
ad me. ut sacerdotio fungantur mihi.
neq; accedent ad omne sanctuarium
meum iuxta sancta sanctorum. sed po-
tabunt confusionem suam & scelera sua.

que fecerunt. Et dabo eos ianitores
domus et in omni ministerio eius et u-
nueris que fuerint in ea. Sacerdotes autem
et leuite filij Sadoch qui custodierunt ce-
rimonias sanctuarij mei cum errarent fi-
lij israel a me ipsi accedent ad me ut mi-
nistrant mihi et stabunt in conspec-
tu meo ut offerant mihi adipem et sa-
guinem ait dominus deus. Ipsi ingredien-
tur sanctuarium sanctuarium meum et
ipsi accedent ad mensam meam ut mi-
nistrant mihi et custodiant ceremonias
meas. Cumque ingrediantur portas atrij in-
terioris uestibus lineis induentur nec ascen-
dent super eos quicquam laneum quando mi-
nistrant in portis atrij interioris et intra
secus. Vittae lineae erunt in capitibus eo-
rum et foemalia linea erunt in lum-
bis eorum et non accingentur in sudore.
Cumque egrediantur atrium exterius ad po-
pulum exuent se uestimentis suis in quibus
ministraverant et reponent ea in
gazophylacio sanctuarij et uestient se
uestimentis alij et non sanctificabunt
populum in uestibus suis. Caput autem
suum non radent neque comam nutrient
sed tondentes attondent capita sua.
Et uinum non bibet omnis sacerdos qui
ingressus est atrium interius. Et uidua
am et repudiatam non accipiet uxorem
sed uirginem de semine domus israel. Sed
et uiduam quae fuerit uidua a sacer-
dote accipiet et populum meum do-
cebunt quod sit inter sanctum et pollu-
tum et inter mundum et imundum
ostendet eis et cum fuerit controuer-
sia stabunt in iudicijs meis et iudica-

bunt. Leges meas et precepta mea
in omnibus solemnitatibus meis custodient
et sabbata mea sanctificabunt. Et ad
mortuum hominem non ingredientur
ne polluantur nisi ad patrem et matrem
et filium et filiam et fratrem et sororem
que alterum uirum non habuerit in
quibus contaminabuntur. Et postquam fue-
rit emundatus septem dies numera-
buntur ei et in die introitus sui in
sanctuarium ad atrium interius ut
ministret mihi in sanctuario offeret pro
peccato suo ait dominus deus. Non erit
autem eis hereditas ego hereditas eo-
rum. Et possessionem non dabitur eis in
israel ego enim possessio eorum. Victimam
et pro peccato et pro delicto ipsi
comedent et de uocant in israel ipsorum
erit et primitiua omnium primogenitorum
et omnia libamenta ex omnibus que offe-
runt sacerdotum erunt. Et primitiua abo-
rum uestrorum dabitur sacerdoti ut re-
ponat benedictionem domus sue. Omne mor-
ticium et captum a bestia de auium et de pec-
coribus non comedent sacerdotes.

Et que ceperitis ter-
ram diuidere sortio
separate primitias domino

sanctificatum de terra longitudine uiginti
quinq; milia latitudine decem milia
S anctificatum erit in omni termino eius
per circuitum Et erit ex omni tem
pore sanctificatum quingentos per quin
gentos quadrifarium per circuitum et
quingenta cubitis in suburbana eius
per gyrum Et a mensura ista mensu
rabis longitudine uiginti que milium
& latitudinem decem milium et in ipso
erit templum sanctum sanctorum sac
tificatum de terra erit de sacerdotibus
ministris sanctuarij q; accedunt ad mi
nisterium domini Et erit eis locus in
domo et in sanctuarium sanctitatis
V igitiquinq; autem milia longitudinis
et decem milia latitudinis erunt Leui
et q; ministrant domui ipsi possidebunt
uiginti gazophylacia Et possessionem
ciuitatis dabitur quinq; milia latitudinis
& longitudinis uiginti quinq; milia se
cundum separationem sanctuarij omni i
domui isrl Principi quoq; hinc et inde
in separationem sanctuarij et in possessio
nem ciuitatis et contra faciem separatio
nis sanctuarij & contra faciem posse

sionis urbis & latere maris usq; ad ma
re & a latere orientis usq; ad orientes
Longitudinis autem iuxta unam quaq;
partem & termino occidentali usq; ad
terminum orientalem de terra erit eius
possessio in israel Et non depopulabun
tur ultra principes populum meum sed
terram dabunt domui isrl secundum tri
bus eorum Hec dicit dominus deus Suffi
ciant uobis principes israel iniquitatem &
rapinas intermitte & iudicium et iusti
tiam facite Separate confinia uestra &
populo meo ait dominus deus Stateta iusta
& ephi iustum & batus iustus erit uo
bis Cphi et batus equalia et unius men
sure erunt ut capiat decimam partem
chori batus & decimam partem chori
ephi iuxta mensuram chori erit equa
libratio eorum Siclus autem uiginti
obolos habet Porro uiginti sicli et uigi
tiquinq; sicli & quinddecim minam fa
ciunt Et hec sunt primitie quas tolle
tis sextam partem ephi de choro hordei
Mensura quoq; olei Batus olei decum
pars chori est q; decem bati implent
chorum Et arietem unum de grege de

centorum de his que nutriuit israel in
sacrificium et in holocaustum et in paci-
fica ad expiandum pro eis ait dominus
ds. Omnis populus terre tenebit primi-
tias his principi in israel & super princi-
pon erunt holocausta et sacrificium et li-
bamina in solemnitatibus et in kalendis
& in sabbatis in uniuersis solemnitatibus
isrl. Ipse faciet pro peccato sacrificium
et holocaustum & pacifica ad expiandu
pro domo isrl. Hec dicit dominus ds.
I n primo mense una mensis fumes uitu-
lum de armento immaculatum & expi-
abis sanctuarium. Et tollet sacerdos de
sanguine que erit pro peccato et ponet i
postibus domus & in quattuor angulis
crepidinis altaris & in postibus porte a-
trij interioris. Et sic facies in septima
mensis pro unoquoque qui ignorauit &
errore deceptus est & expiabis pro
domo. In primo mense quartadecima
die mensis erit uobis pasche solemnitas.
S eptem diebus azia comedent. Et faciet
princeps in die illa pro se & pro uniu-
so populo terre uitulum pro peccato et
in septem dierum solemnitate faciet ho-
locaustum domino et in septem uitulo
& septem arietes immaculatos quotidi-
septem diebus & pro peccato bircum ca-
prarum et sacrificium ephi per uitulum
et ephi per arietem faciet & olei hyn
per singula ephi. Septimo mense quin-
tadecima die mensis in solemnitate fa-
ciet sicut supra dicta sunt septem dies
tam pro peccato quam pro holocausto et in
sacrificio et in oleo.

Hec dicit dominus ds.
Porta atrij interioris que
respicit ad orientem erit
clausa sex diebus in quibus
opus sit. Die autem sabbati aperietur.
I Sed in die kalendarum aperietur et in-
trabit princeps per uiam uestibuli por-
te deforis & stabit in limine portae.
Et facient sacerdotes holocaustum eius
et pacifica eius & adorabit super limen po-
te & egredietur. Porta autem non cla-
detur usque ad uesperam. Et adorabit
populus terre ad ostium porte illius
sabbatis et in kalendis coram domino.
holocaustum autem offeret princeps do-
mino in die sabbati sex agnos immaculatos
& arietem immaculatum & sacrificium
ephi per arietem. In agnis autem sacrifi-
cium que dederit manus eius & olei hyn
per singula ephi. In die autem kalenda-
rum uitulum de armento immaculatum
& sex agni et arietes immaculati erunt
et ephi per uitulum. ephi quoque per arie-
tem faciet sacrificium. De agnis autem
sicut inuenient manus eius olei hyn per
singula ephi. Cum ingressurus est pri-
nceps per uiam uestibuli portae ingredia-
tur et per eandem uiam exeat. Et cum
intrabit populus terre in conspectu do-
mini in solemnitatibus que ingreditur per po-
tam aquilonis ut adoret egredietur
per uiam porte meridiane. Porro qui in-
greditur per uiam porte meridiane e-
gredietur per uiam porte aquilonis. Non
reuertetur per uiam porte per quam in-
gressus est sed e regione illius egredie-
tur. Princeps autem in medio eorum.

cum ingredientibus ingredietur et cum egredientibus egredietur & in mundis & in solemnitatibus erit sacrificium episcopi per ierusalim & episcopi per arietem. In ovis autem erit sacrificium sicut in uenerit manus eius & oleum per singulos episcopi. Cum autem fecerit princeps spontaneum holocaustum aut pacifica uoluntaria domino aperietur ei porta quae respicit ad orientem & faciet holocaustum suum & pacifica sua sicut fieri solent in die sabbati & egredietur claudeturque porta postquam exierit. Et agnum eiusdem anni unmaculatum faciet holocaustum suum quotidie domino. Semper mane faciet illud. Et faciet sacrificium super eo catamane mane sextam partem episcopi & de oleo tertiam partem huius ut miscatur simile. Sacrificium domino legitimum uiget atque perpetuum. Faciet agnum et sacrificium & oleum catamane mane holocaustum sempiternum. Haec dicit dominus deus. Si dederit princeps domum alicui de filiis suis hereditas eius filiorum suorum erit possidebunt eam hereditario. Si autem dederit legatum de hereditate sua unum seruorum suorum erit illius usque ad annum remissionis & reuertetur ad principem. Hereditas autem eius filius eius erit. Et non accipiet princeps de hereditate populi per uolentiam & de possessione eorum sed de possessione sua hereditatem dabit filiis suis ut non dispergatur populus meus unusquisque a possessione sua. Et intraduxit per

ingressum qui erat ex latere porte in gazophylacia sanctuarij ad sacerdotum quae respiciebant ad aquilonem & erat ibi locus uergens ad occidentem et dixit ad me. Iste est locus ubi coquent sacerdotes pro peccato & pro delicto ubi coquent sacrificium ut non efferant in atrium exterius & sanctificetur populus & eduxit me in atrium exterius & circumdedit me per quattuor angulos atrij. Et ecce atriolum erat in angulo atrij. Atriola singula per angulos atrij in quattuor angulis atrij atriola disposita quadraginta cubitorum per longum & triginta per latum. Mensurae unius quattuor erant. Et pices per circuitum ambiens per quattuor atriola & culinae fabricatae erant subter porticus per gyrum. Et dixit ad me. Haec est domus culinatum in qua coquent ministri domus domini uictualis populi.

ET conuertit me per portam domus & ecce aquae egrediebantur subter limen domus ad orientem facies enim domus respiciebat ad orientem. Aquae autem descendebant in latere templi dextrum ad meridiem altaris. Et eduxit me per uiam porte aquilonis & conuertit me ad uiam foras portam exteriorem uiam quae respiciebat ad orientem. Et ecce aquae redundantes a latere dextero cum egredieretur uir ad orientem qui habebat funiculum in manu sua & mensurae mille cubitos & transduxit me per aquam usque ad talos. Rursumque

mensus est mille: & transduxit me per
aquam usque ad genua. Et mensus est mil-
le: & transduxit me per aquam usque ad
renes. Et mensus est mille torrentem
quem non potui transire: quoniam intv-
muerant aque per fundi torrentis qui
non potest transuadari. Et dixit ad me:
Certe uicisti fili hominis. Et eduxit me
et conuertit ad ripam torrentis. Cumq;
me conuertissem ecce in ripa torrentis
ligna multa nimis ex utraq; parte. Et a-
it ad me: A que ista que egrediuntur
ad tumulos sabli orientat & descendunt
ad plana deserti intrabunt mare: & ces-
sant: et sanabuntur aque. Et omnis animus
uiuens que serpit: quocumq; uenerit to-
rens uiuet: & erunt pisces multi satis. Et
postq; uenerint illuc aque iste. Et sa-
nabuntur et uiuent omnia ad que ue-
nit torrens & stabunt super illa pesca-
tores. Ab engaddi usque ad engallum
siccatio sagenarum erit. Plurime speci-
es erunt piscium eius sicut pisces ma-
ris magni multitudinis nimie. In litto-
ribus autem eius & in palustribus non
sanabuntur: quia in salinas dabuntur.
Et super torrentem orietur in ripas ei-
us ex utraq; parte omne lignum pom-
ferum. Non defluet solum ex eo et
non deficiet fructus eius. Per singulos
menses afferet primitiua: quia aque e-
ius de sanctuario egredientur. Et erunt
fructus eius in cibum et folia eius ad
medicinam. Hec dicit dominus deus.
Hic est terminus in quo possidebitis ter-
ram in duodecim tribus israel: quia ioseph
duplicem funiculum habet. Possidebitis

autem cum singuli eque: ut frater suus
super quam leuau manum meam ut da-
rem patribus uestris. Et cadet terra.
hec uobis in possessionem. hic est autem
terminus terre ad plagam septentrionem
a mari magno. uia ethalon uenien-
tibus scclada emath berothasabarin que
est inter terminum Damasci & confinium
emath domi thicon que est iuxta termi-
num auran & erit terminus a mari usque
ad atrium enon terminus Damasci & ab
aglonem ad aglonem terminus emath.
plaga septentrionalis. Porro plagam orien-
talem de medio auran & de medio Da-
masci & de medio Galaad & de medio
terre israel jordanis determinans ad
mare orientale metemini plagam orien-
talem Plaga autem australis meridia-
na athamar usque ad aquas contradic-
tionis eades & torrentis usque ad mare ma-
gnum & hec est plagam ad meridiem au-
stralis. Et plagam maris mare magnum
a confinio per directum donec uenias
emath. hec est plagam maris. Et diuide-
tis terram istam uobis per tribus israel &
mitetis eam in hereditatem uobis & i-
aduenis q. accesserint ad uos. qui gen-
erint filios in medio uestro & erunt
uobis sicut indigne inter filios israel.
Vobiscum diuident possessionem in me-
dio tribuum israel. In tribu autem que-
cunq. fuerit aduena. ibi dabitur posses-
sionem illi ait dominus ds.

97 xlvij

Thes nomina tribuum
A finibus aglonis iuxta uiam
am ethalon pergentibus
Emath atrium enon ter-
minus Damasci ab aglone iuxta uiam
emath & erit ei plagam orientalem ma-
re dan una. Et a termino dan a pla-
ga orientalem usque ad plagam maris aser
una. Et super terminum aser a plagam
orientalem usque ad plagam maris neptali-
m una. Et super terminum neptali-
m a plagam a plagam orientalem usque ad pla-
gam maris manasse una. Et super
terminum manasse a plagam orientalem
usque ad plagam maris ephraim una.
Et super terminum ephraim a plagam
orientalem usque ad plagam maris ruben
una. Et super terminum ruben a plagam
orientalem usque ad plagam maris iuda
una. Et super terminum iuda a pla-
gam orientalem usque ad plagam maris erunt
primitie. quas separabitis uiginti quinque
milibus calamis latitudinis et longitu-
dinis sicuti singule partes a plagam ori-
entalem usque ad plagam maris & erit
sanctuarium in medio eius. Primitie
quas separabitis domino longitudo
uiginti quinque milibus & latitudo decem
milibus. Hec autem erunt primitie
sanctuarii sacerdotum. ad aglonem lon-
gitudinis uiginti quinque milia & ad ma-
re latitudinis decem milia. Sed ad o-
rientem latitudinis decem milia & ad
meridiem uiginti quinque milia. Et erit
sanctuarium domini in medio eius.
Sacerdotibus sanctuarium erit de filiis
sadoch q. custodierunt ceremonias me-

as. & non errauerunt cum errarent: fi-
ly israel: sicut errauerunt & leuite. Er-
erunt primitie de primitiis terre sanc-
tum sanctorum iuxta terminum leuita-
rum. Sed et leuitis similiter iuxta fines
sacerdotum uiginti quinque milia longi-
tudinis & latitudinis decem milia. Omnis lo-
guitudo uiginti quinque milium. & latitudo
decem milium. Et non uendabunt. ce-
co neq. mutabunt. neq. transferent. pri-
mitie terre. qm. sanctificate sunt domino.
Quinque milia autem que supersunt in lati-
tudine per uiginti quinque milia profana-
erunt urbis in habitaculum & in subur-
bana. Et erit ciuitas in medio. & hec me-
sure eius. Ad plagam septentrionalem
quingenta & quattuor milia. & ad plagam
meridianam quingenta & quattuor mi-
lia. & ad plagam orientalem quingenta
et quattuor milia. et ad plagam occide-
ntalem quingenta et quattuor milia. Erunt
autem suburbana ciuitatis ad aquilonem
ducenta quinquaginta. & ad meridiem
ducenta quinquaginta. et ad orientem i
ducenta quinquaginta. & ad mare. duce-
ta quinquaginta. Quod autem reliquum
fuerit in longitudine secundum primiti-
as sanctuarij decem milia in orientem.
& decem milia in occidentem erunt. si-
cut primitie sanctuarij. & erunt fruge
eius in panes. his qui seruiunt ciuitati.
Seruientes autem ciuitati operabuntur ex
omnibus tribubus israel. Omnes primitie
uiginti quinque milium per uiginti quinque
milia. in quadrum separabuntur in primi-
tias sanctuarij et in possessionem ciuita-
tis. Quod autem reliquum fuerit prin-

cipis erit ex omni parte primitiarum sanc-
tuarij & possessionis ciuitatis & regione
uiginti quinque milium primitiarum usq.
ad terminum orientalem sed et a mari
& regione uiginti quinque milium usque
ad terminum maris. similiter in partibus
principis erit. Et erunt primitie sanc-
tuarij & sanctuarij templi in medio
eius. De possessione autem leuitarum. et
de possessione ciuitatis in medio par-
tium principis. erit in terminum iuda-
& in terminum Benjamin & ad principem
pertinebit. Et reliqui tribubus erunt ta-
les portiones. A plaga orientali usq. ad
plagam occidentalem Benjamin una. Et
in terminum Benjamin a plaga orienta-
li usq. ad plagam occidentalem Symeon
una. Et super terminum Symeonis a
plaga orientali usq. ad plagam occide-
ntalem Issachar una. Et super terminum Issa-
char a plaga orientali usq. ad plagam
occidentalem Zabulon una. Et super
terminum Zabulon a plaga orientali i
usq. ad plagam maris Gad una. Et su-
per terminum Gad ad plagam australem i
meridiem. & erit finis de Thamar usq.
ad aquas contradictionis eades heredi-
tatis contra mare magnum. Hec est ter-
ra quam mittetis in sortem tribubus israel.
& hec partitiones earum. ait dominus deus
et hec egressus ciuitatis a plaga septen-
trionali quingentos et quattuor milia.
mensurabis. & porte ciuitatis omnibus
tribubus israel. Porte tres a septentrio-
ne. Porta Ruben una. porta iuda una.
porta Leui una. Et ad plagam orienta-
lem quingentos & quattuor milia. &

portae tres. Porta Ioseph una. porta Be-
niamin una. porta Da una. Et ad pla-
gam meridiam quingentis et quattuor
milia metieris. & portae tres. Porta Syme-
onis una. porta Isachar una. porta Zab-
lon una. Et ad plagam occidentalem
quingentis et quattuor milia. & por-
tae tres. Porta Gad una. porta Aser
una. porta Neptalim una per circuitum
decem et octo milia. Et nomen ciuita-
tis ex illa die dominus ibidem. Amen.

DANIELEM
prophetam iuxta
septuaginta inter-
pretes domini sal-
uatoris ecclesie. i.
non legunt. uten-
tes Theodotionis editione. & hoc cur
acciderit nescio. Sive enim quia sermo
chaldaicus est. & quibusdam proprie-
tatibus a nostro eloquio discrepat. no-
luerunt septuaginta interpretes eadem
linguae litteras in translatione seruire.
sive sub nomine eorum ab alio nescio quomodo
non satis chaldaeam linguam sciente ad-
tus est liber. sive aliud quid cause ex-
titerit ignorans. hoc unum affirmare
possum. quod multum a ueritate discor-
det. & recto iudicio repudiatus sit. i.
Sciendum quippe Daniel maxime. &
Esdras. hebraicis quidem litteris sed
chaldeo sermone conscriptos. & unam.

Hieremie pericope. Job quae cum arabice
lingua plurimam habere societatem. De-
niq. & ego adolescentulus post Quin-
tiliani et Tully lectionem ac flores rhe-
toricos. cum me in linguae huius pristi-
num reclusissem. & multo sudore mul-
toque tempore uix cepissem anhelantia
stridentiaque uerba resonare. & quasi
per creptam ambulans. rarum desuper
lumen aspicerem. inpegi nouissime in
Danielem. & tanto tedio affectus sum
ut desperatione subita. omnem laborem
ueterem uoluerim contemnere. Vix
adhortante me quodam hebreo. & il-
lud mihi crebrius sua lingua ingerente.
labor impbes omnia uincit. quod mihi uide-
bar sciolus inter eos. cepti rursus discipu-
lus esse. chaldaicus. Et ut uerum fatear
usque ad presentem diem magis possum
sermonem chaldaicum legere. & intelli-
gere. quod sonare. Hec ideo refero. ut dif-
ficultatem uobis Danicis ostenderem.
qui apud hebreos nec Susanne habet hi-
storiam. nec hymnum trium puerorum
nec Belis Draconisque famulas. quas nos
quia in toto orbe disperse sunt. uerum ante
posito easque uigilante subiectimus. ne uide-
remur apud imperitos magnam par-
tem uoluminis detruncasse. Audui quendam
de preceptoribus iudeorum. & Susanne
deridere historiam. & de
greco nescio quo eam diceret esse. eo-
fictam illud opponere. quod Origenem &
Africanus opposuit. etymologiae has
apothoy chynoy chile. & apothoy pry-
noy pryse. de greco sermone descendere.
Cuius rei nos intelligentiam nostris hinc

possumus dare: & uerbi gratia dicamus
 ab arbore dixisse: ilice: cum ilice percas.
 & a lentisco in lentem te: comminuat a
 gelus. ut non lente percas. aut lentus. i.
 flexibilis ducaris ad mortem. siue aliud
 quid ad arboris nomen conueniens. de
 inde tantum fuisse: ocy tribu pueri ex
 uillabatur: ut in camino estuantis mee
 dy metro luderent: & per ordinem ad
 laudem dei omnia elementa prouocaret
 aut qd miraculum diuineq. aspirationi
 iudicium uel draconem interfectum of
 fa piceis ut sacerdotum belis machinas. i.
 deprehensas que magis prudentia toler
 tis uim q. prophetali essent: spiritus perpe
 trato. Cum uero Abacue ueniret: & de
 iudea in chaldeam raptum discophorum
 lectitare: querebat exemplum ubi le
 gissemus in toto ueteri testamento queq.
 sanctorum graui uolasse corpore: & in
 puncto hore tanta terrarum spatia transi
 ui cum qdam e nostris satis ad loquendo
 promptulus Ezechielem adduxisset: ut
 medium & diceret: cum de chaldeis in
 iudeam fuisse translatus derisit homi
 nem: & ex ipso uolumine demonstrauit
 Ezechielem in spiritu se uidisse transpo
 situm. Deniq. & apm nostrum uideli
 ce: ut eruditum uirum: & q. legem ab
 hebreis didicisset non fuisse: ausum af
 firmare se raptum in corpore: sed dixisse:
 siue in corpore: siue extra corpus nescio. i.
 deus fat. his & talibus argumentis apoxy
 phas in libro ecclesie fabulas arguebat.
 Super qua re lectoris arbitrio iudicium
 delinquens illud admoneo non haberi.
 Danielem apud hebreos inter propheta

sed inter eos q. agiographa conscripserunt:
 In tres siquidem partes omnis ab eis scrip
 tura diuiditur: in legem in prophetas &
 in agiographa idest in quinq. et octo &
 in undecim libros. de quo non est huius
 temporis differere. Que autem ex hec p
 pheta. immo contra hunc Porphyrius i
 obuiat testes sunt: A. et hoc dicit. Euse
 bius & Apolinarius. q. multas uersuum in
 libro eius uelanie: respondentes nescio an
 curioso lectori satisfecerint. Unde: ob
 scero uos o paula et Eustochium funda
 tis pro me ad dominum preces: & q. di
 in hec corpusculo sum: scribam aliquid
 gratum uobis. uti ecclesie: dignum poste
 ri. Presentium quippe iudicij oblatran
 tum non satis moueor: q. in utranq. par
 tem au amore labunt: aut otio.

NOTE
TIORE
G
Joachim regis
Iuda venit
N. abucho
donosor rex
Babylonis hic
rusalem & ob

secit eam & tradidit dominus in manus
Joachim Regem Iude & partem vasorum
domus dei & asportavit ea in terram
Sennaar in domum dei sui & usque
sa intulit in domum thesauri dei sui Et
ait rex Aphanes preposito eunuchorum
ut introduceret de filiis Israel et de se-
mine regio & tyrannorum pueros in quibus
nulla esset macula decoros forma
et eruditos omni sapientia. cautos scientia
& doctos disciplina & qui possent
stare in palatio regis ut doceret eos literas
& linguam chaldeorum. Et constituit
eis rex Annonam per singulos dies
de cibis suis et uno unde bibat ipse
ut enutriti tribus annis postea staret

in conspectu regis fuerunt ergo inter
eos de filiis Iude Daniel Ananias Misael
& Azarias Et imposuit eis prepositus
eunuchorum nomina. Danieli Balthasar
Ananie Sidrac Misael Misac & Azarias
Abdenago. Proposuit autem Daniel
in corde suo ne pollueretur de mensa regis
neque de uno potus eius & rogavit
eunuchorum prepositum ne contaminaretur
Dedit autem deus Danieli gratiam
et misericordiam in conspectu principis
eunuchorum. Et ait princeps eunuchorum
ad Danielem. Timeo ego dominum meum
regem qui constituit vobis cibum & potum
qui si viderit vultus vestros meliores
pre ceteris adolescentibus coetuis vestris
condemnabitur caput meum regi
Et dixit Daniel ad Malassar quem
constituerat princeps eunuchorum
super Danielem Ananiam Misaelem et
Azariam. Tenta nos obsecro seruos tuos
dies decem & dentur nobis legumina
ad vescendum & aqua ad bibendum
& contemplare vultus nostros & vultus

puerorum. q̄ uescuntur cibo regio. & sic
uideri. facies cum seruis tuis. Qui audito
sermone huiusmodi tentauit eos diebus
decem. Post dies autem decem apparue-
runt uultus eorum meliores et corpule-
tiores p̄ omnes pueris q̄ uescuntur
cibo regio. Porro Malassar tollebat cibaria
et unum potus eorum. dabatq̄ eis le-
gumina. Pueris autem his dedit. deus
scientiam & disciplinam in omni libro &
sapientia. Danieli autem intelligentiam
omnium uisionum & somniorum. Compl-
tis itaq̄ diebus post quos dixerat Rex.
ut introducerentur. introduxit eos p̄-
positus eunuchorum in conspectu Na-
buchodonosor. Cuiq̄ eis locutus fuisset
Rex. non sunt inuenti tales de uniuersis
ut Daniel. Ananias. Misael. & Azar-
riah. Et steterunt in conspectu Regis.
& omne uerbum sapientie & intellectus
quod sciscitatus est ab eis Rex inue-
nit in eis decuplum sup̄ cunctos hariolos
& magos q̄ erant in uniuerso regno eius.
Fuit autem Daniel usq̄ ad annum pri-
mum Cyn regis.

IN anno secundo regni o-
Mabuchodonosor. uidit
Nabuchodonosor somnium.
& conterritus est. &
spiritus eius. & somnium eius fugit ab
eo. Precepit autem Rex. ut conuocaretur
harioli et magi & malefici & chaldei.
ut indicarent Regi somnia sua. Qui
cum uenissent steterunt coram Rege.
et dixit ad eos Rex. Vidi somnium. &
mente confusus ignoro quid uiderim.

Responderuntq̄ chaldei regi syrace.
Rex in sempiternum uiue. Dic somnium
seruis tuis. & interpretationem eius indi-
cabitur. Et respondens Rex ait chaldeis.
Sermo recessit a me. Nisi indicaue-
ritis mihi somnium et coniecturam eius.
peribitis uos. & domus uestre publicabitur.
Si autem somnium et coniectura
eius narraueritis. premia & dona et ho-
norem multum accipietis a me. Somnium
igitur & interpretationem eius indica-
te mihi. Responderunt secundo atq̄
dixerunt. Rex somnium dicat seruis
his. & interpretationem eius indicabimus.
Respondit Rex & ait. Certe noui.
q̄ tempus redimitis. scientes q̄ recesserit
a me sermo. Si ergo somnium non indi-
caueritis mihi. una est de uobis senten-
tia. q̄ interpretationem quoq̄ fallacem et
deceptionem plenam composueritis. ut
loquamini mihi. donec tempus pertran-
seat. Somnium itaq̄ dicite mihi. ut sciam
q̄ interpretationem quoq̄ eius ueram
loquamini. Respondentes ergo chaldei
coram Rege dixerunt. Non est homo
super terram q̄ sermonem tuum Rex pos-
sit implere. sed neq̄ Regum q̄quam ma-
gnus & potens uerbum huiusmodi
sciscitatur ab omni hariolo & mago &
chaldo. Sermo enim quem tu queris
Rex grauis est. nec reperietur quisq̄
qui indicet illum in conspectu Regis. ex-
ceptis dijs quorum non est cum homi-
nibus conuersatio. Quo audito Rex in
furore et in ira magna. precepit ut pe-
rissent omnes sapientes Babylonis. Et
egressa sententia sapientes interficieba-

tur. querebuntque Daniel & socij eius ut
perirent. Tunc Daniel requisivit de le-
ge atque sententia ab Arioch principe mi-
litię regis q̄ egressus fuerat ad interfici-
endos sapientes Babylonis. Et interroga-
uit eum q̄ a rege potestatem acceperat
quam ob causam tam crudelis sententia
a facie regis esset egressa. Cum ergo re-
iudicasset Arioch Danieli. Daniel in-
gressus rogauit Regem ut tempus da-
ret sibi ad solutionem indicandam regi.
Et ingressus est domum suam Ananię
et Misaeli Azarięque socijs suis indicauit
negocium ut querebant misericordias
a facie dei celi sup̄ sacramento isto &
non perirent Daniel et socij eius cum ce-
teris sapientibus Babylonis. Tunc Danie-
li mysterium per uisionem nocte reue-
latum est. Et benedixit Daniel deum
celi et locutus ait. Sit nomen domini
benedictum a seculo & usq̄ in seculum.
quia sapientia et fortitudo eius sunt &
ipse mutat tempora & etates. Transfert
regna atq̄ constituit. dat sapientiam sa-
pientibus & scientiam intelligentibus disci-
plinam. Ipse reuelat profunda & abscon-
dita & nouit in tenebris constituta &
lux cum eo est. Tibi deus patrum nostro-
rum confiteor atq̄ laudo q̄a sapientiam
et fortitudinem dedisti mihi & nunc
ostendisti mihi que rogauimus te. quia
sermonem regis aperuisti nobis. Post hec
Daniel ingressus ad Arioch quem con-
stituerat rex ut perderet sapientes Ba-
bylonis sic ei locutus est. Sapientes Ba-
bylonis ne perdas. introduce me in con-
spectu Regis & solutionem regi nar-

raho. Tunc Arioch festinus introduxit
Danielem ad regem & dixit ei. Inueni
hominem de filijs transmigrations yde
q̄ solutionem regi annuntiet. Respon-
dit rex et dixit Danieli cuius nome-
erat Balthasar. Putas ne uere potes in-
dicare somnium qd̄ uidi & interpre-
tationem eius. Et respondens Daniel
coram rege ait. Mysterium quod rex
interrogat sapientes magi et haruoli &
haruspices nequeunt indicare regi sed
est deus in celo reuelans mysteria qui
indicauit tibi rex Nabuchodonosor q̄
uentura sunt nouissimis temporibus.
Somnium tuum & uisiones capitis tui
in cubili tuo huiusmodi sunt. Tu rex
cogitare cepisti in stratu tuo qd̄ esset
futurum post hec & q̄ reuelat myste-
ria ostendit tibi que uentura sunt. o
Mihi quoq̄ non in sapientia que est in
me plusquam in cunctis uiuentibus sacrame-
tum hec reuelatum est sed ut interpre-
tatio regi manifesta fieret & cogitatio-
nes mentis tue scires. Tu rex uidebas.
Et ecce quasi statua una grandis. Sta-
tua illa magna & statua sublimis sta-
bat contra te et intuentis eius erat ter-
ribilis. Huius statue caput ex auro op-
timum erat. pectus autem et brachia de
argenteo. Porro uenter & femora ex cre-
tibus autem ferreis. Pedum quedam pars
erat ferrea quedam autem fictilis. Uide-
bas ita donec abscisus est lapis de
monte sine manibus & percussit statuam
in pedibus eius ferreis & fictilibus & co-
minuit eos. Tunc contrita sunt pariter
ferrum. testas. argentum et aurum.

et redacta quasi in fauillam est uic arce
que rapta sunt uento nullusq. locus in-
uentus est eis. Lapis autem q. percussit
statuam factus est mons magnus & is
pleuit uniuersam terram. hoc est som-
nium interpretacionem quocq. eius dicemus
coram te rex. Tu rex regum es &
deus caeli regnum et fortitudinem &
imperium & gloriam dedit tibi. & os
nia in qbus habitant filij hominum et
bestie regi uolueres quoq. celi dedit
in manu tua et sub ditione tua uniuersa
constituit. Tu es ergo caput aureum.
Et post te consurgit regnum aliud mi-
nus te argenteum et regnum tertium
aliud. et regnum quod imperabit uniuerse
terre & regnum quartum erit uelut
ferreum. Quomodo ferrum comminuit
& domat omnia sic comminuet & con-
teret omnia hec. Porro quia uidisti pe-
dum & digitorum partem testam fi-
guli & partem ferream regnum diuisu
erit quod tamen deplantatio ferri orie-
tur. Secundum q. uidisti ferrum mixtu
teste & luto et digitos pedum ex par-
te ferros & ex parte fictiles ex parte
regnum erit solidum & ex parte contri-
tum. Quod autem uidisti ferrum mix-
tum teste ex luto commiscebunt q. de
humano semini sed non adherent
sibi sicuti ferrum misceri non potest test.
In diebus autem regnorum illorum sus-
citabit deus caeli regnum quod in eter-
num non dissipabitur & regnum eius
alteri populo non tradetur. Comminuet
autem & consumet uniuersa regna
hec & ipsum stabit in eternum. Secun-

dum qd uidisti q. de monte abscessus e-
lapis sine manib. et comminuit teste
& ferrum & es & argentum et aure
deus magnus ostendit regi que uentura
sunt post ea. et uerum est somnium
& fidelis interpretatio eius. Tunc Rex
Nabuchodonosor cecidit in faciem su-
am & Danielem adorauit & hostias et
incensum precepit ut sacrificarent. Et
loquens ergo rex ait Danieli. Vere
deus uester deus decorum est & domi-
nus regum reuelans mysteria quonia
tu potuisti aperire hoc sacramentum.
Tunc Rex Daniel in sublime extulit
& munera multa & magna dedit ei.
Et constituit eum principem super
omnes puincias Babylonis & prefecit
eum & magistrum super cunctos sa-
pientes Babylonis. Daniel autem postu-
lauit a rege & constituit sup opera p-
uincie Babylonis Sidrac Misac & Ab-
denago. Ipse autem Daniel erat in fo-
ribus regis.

Nabuchodonosor Rex
fecit statuam auream al-
titudine cubitorum sexa-
ginta latitudine cubito-
rum sex & statuit eam in campo dura prouin-
cie Babylonis. Itaq. Nabuchodonosor rex
misit ad congregandos satrapas magistra-
tus & iudices duces & tyrannos optima-
tes et prefectos omnesq. principes re-
gionum ut conuenirent ad dedicationem
statue quam erexerat Nabuchodono-
sor Rex. Tunc congregati sunt satrape
magistratus & iudices duces & tyran-

et optimates q̄ erant in potestatib⁹ consti-
tuti & uniuersi principes regionum / ut
conuenirent ad dedicationem statue: qua
erexerat Nabuchodonosor rex. Stabant
autem in conspectu statue: quam posuerat
Nabuchodonosor Rex: & p̄ eo clamabat
ualenter. Vobis dicitur populus tribus
et linguis in hora qua audieritis sonitum
tube: & fistule: & cithare sambuce: &
psalterij & symphonie: & uniuersi gene-
ris musicorum. cadentes adorare statuam
auream quam constituit Nabuchodono-
sor rex. Siquis autem non p̄stratus ador-
uerit: eadem ora mittetur in fornacem
ignis ardentis. Post hec igitur statim ut au-
dierunt omnes populi sonitum tube: fistu-
le: & cithare sambuce: & psalterij sympho-
nie: & omnis generis musicorum: cadentes
omnes populi tribus & linguis adorauerunt
statuam auream. quam constitue-
rat Nabuchodonosor Rex. Statimque
in ipso tempore: accedentes uiri chaldei
accusauerunt iudeos dixeruntq; Nabu-
chodonosor regi Rex in eternum uiu-
t u rex posuisti decretum. ut omnis ho-
mo q̄ audierit sonitum tube: fistule: &
cithare sambuce: & psalterij symphonie:
et uniuersi generis musicorum. p̄sternat
se: & adoret statuam auream. si quis aut
nō p̄cudens adorauerit: mutatur in for-
nacem ignis ardentis. Sunt ergo uiri iu-
dei quos constituisti sup̄ opera regionis
Babylone: Sidrac: Misac: & Abdenago.
uiri isti contempserunt Rex decretu
tuum. Deos tuos non colunt: & statu-
am auream quam erexisti non adorant.
Tunc Nabuchodonosor in furore: & ira

precepit ut adducerentur Sidrac Misac
& Abdenago. Qui confestim adducti
sunt in conspectu regis pronuntiansq;
Nabuchodonosor Rex. ait eis. Vere-
ne Sidrac Misac et Abdenago deos me-
os non colistis. & statuam auream. quam
constitui non adoratis. Nunc ergo si estis
parati. quacūq; hora audieritis sonitum
tube: fistule: cithare sambuce: & psalte-
rij & symphonie: omnisq; generis musicorum:
p̄sternite uos & adorare statuam quam
feci. quam feci: q̄ si nō adoraueritis: ea-
dem hora mittentur in fornacem ignis ar-
dentis. Et quis est deus qui eripiet uos
de manu mea? Respondentes Sidrac
Misac: & Abdenago. dixerunt regi Nabu-
chodonosor. Non oportet nos de hac re
respondere tibi. Ecce enim d̄s noster
quem colimus potest eripere nos de ca-
mino ignis ardentis: & de manibus tuis
o rex liberare. Quod si noluerit: notum
tibi sit rex. quia deos tuos nō colimus. e-
statuam auream. quam erexisti non ado-
ramus. Tunc Nabuchodonosor repletus
est furore: & aspectus faciei illius im-
mutatus est super Sidrac Misac: & Ab-
denago. & precepit ut succenderetur
fornax septuplum q̄ succendi consueue-
rat. & uiris fortissimis de exercitu suo
iussit. ut ligatis pedibus Sidrac Misac:
& Abdenago mitterent eos in fornacem
ignis ardentis. Et confestim uiri illi uie-
ti cum brachijs suis & t̄iarijs et calciamen-
tis & uestibus missi sunt in medium for-
naxis ignis ardentis. Nam iussio regis ur-
gebat. Fornax autem succensa erat: tumi-
porro uiros illos q̄ miserant Sidrac Mi-

fac & Abdenago interfecit flamma o
ignis. Nam autem hi tres idest Sidrac i
Misac et Abdenago ceciderunt in me
dio camino ignis ardentis colligati. Que
sequuntur in hebreis uoluminibus non
repperi. Et ambulabant in medio in me
dio flame laudantes deum & benedi
centes domino. Stans autem Azarias or
uit sic. aperiensq. os suum in medio igni
ait. Benedictus es domine deus patrum
nostrorum & laudabile & gloriosum
nomen tuum in secula. quia iustus es
in omnibus que fecisti nobis & uniuersa
opera tua uera & uere tue recte & om
nia iudicia tua uera. Iudicia enim feci
sti iusta omnia que induxisti super nos
et super ciuitatem sanctam patrum nostrorum
hierusalem. quia in ueritate & in iudicio
induxisti omnia hec propter peccata
nostra. Peccauimus enim & inique cogi
mus recedentes a te & deliquimus in
omnibus & precepta tua non audiu
mus. nec obseruauimus. nec fecimus si
cut preceperas nobis. ut bene nobis es
set. Omnia ergo que induxisti super nos
& uniuersa que fecisti nobis. in uero
iudicio fecisti & tradidisti nos in ma
nibus inimicorum iniquorum & pessimo
rum preuaricatorumq. & regi iniusto
et pessimo ultra omnem terram. Et
nunc non possumus aperire os. Con
fusio et opprobrium facti sumus ser
uis tuis & his que colebant te. Ne qu
imus tradas in perpetuum propter no
men tuum & ne dissipas testamentum
tuum neque auferas misericordiam tuam.
A nobis propter Abraham dilectum tuum

um & Isaac seruum tuum & israel sac
tum tuum. quibus locutus es pollicens que
multiplicares semen eorum sicut stella
celi & sicut harenam que est in litto
re maris. quia domine immixti sumus
plusque omnes gentes. sumusque humile
in uniuersa terra. hodie propter pecca
ta nostra. Et non est in tempore hec
princeps & dux & propheta neque holo
caustum neque sacrificium neque oblatio
neque incensum neque locus primitiarum
coram te. ut possimus inuenire miseri
cordiam tuam. sed in anima contrita
& spiritu humilitatis suscipiamur. Sicut
in holocausto arietum et taurorum. et
sicut in milibus agnorum pinguium. sic
fiat sacrificium nostrum in conspectu
tuo hodie ut placeat tibi. quoniam non
est confusio confidentibus in te. Et nunc
sequimur te in toto corde & timemus te
& querimus faciem tuam. Ne con
fundas. sed fac nobiscum iuxta man
suetudinem tuam & secundum multi
tudinem misericordie tue. & erue nos
in mirabilibus tuis & da gloriam nomi
ni tuo domine & confundantur om
nes que ostendunt seruis tuis malum. Con
fundantur in omni potentia & rob
orum conteratur & sciant quia tu es
dominus deus solus et gloriosus super
orbem terrarum. Et non cessabant que
miserant eos ministri regis succende
fornacem napta et stupa & pice & i
malleolis. et effundebat flamma super
fornacem cubitis quadraginta nouem
& erupit & incendit quos repperit o
iuxta fornacem de chaldeis. Ange

lus autem domini descendit cum o
Azaria. et locus eius in fornacem. &
excussit flammam ignis de fornace. &
fecit medium fornacis. quasi uentum
roris flantem. & non tetigit eos omni
no ignis. neq; contristauit. nec quicq;
molestie intulit. Tunc hi tres quasi ex
uno ore laudabant. & glorificabant. &
benedicebant deum in fornace. dicen
tes. Benedictus es domine. deus patre
nostrorum. & laudabilis & gloriosus
et superexaltatus in secula. Et benedic
tum nomen glorie tue. sanctum. et la
udabile. & superexaltatum in omnibus
seculis. Benedictus es in templo sancto
glorie tue. & superlaudabilis. et super
gloriosus in secula. Benedictus es in
throno regni tui. et superlaudabilis. et su
perexaltatus in secula. Benedictus es
q; intuentis abyssos. & sedes super che
rubim. & laudabilis. et superexaltatus
in secula. Benedictus es in firmamen
to celi. & laudabilis. et gloriosus in se
cula. Benedicite omnia opera domini
domino. Laudate. et superexaltate eum
in secula. Benedicite angeli domini. &
domino. lau. & cetera. Benedicite ce
li domino. lau. Benedicite aque om
nes que super celos sunt domino. lau.
Benedicite omnes uirtutes domini do
mino. lau. Benedicite sol & luna do
mino. lau. Benedicite stelle celi do
mino. lau. Benedicite umber & ros
domino. lau. Benedicite omnes spiri
tus dei domino. lau. Benedicite ignis
& aestus domino. lau. Benedicite fri
gus. et estas domino. lau. Benedicite

rores & pruina domino. lau. Benedicite
gelu & frigus domino. lau. Benedicite
glacies. et nives domino. lau. Benedicite
noctes & dies domino. lau. Benedicite
lux. et tenebre domino. lau. Bene
dicite fulgura. et nubes domino. lau. Bene
dicite terra dominum. laudet. & super
exaltet eum in secula. Benedicite mo
tes & colles domino. lau. Benedicite u
niuersa in terra germinantia. domino.
lau. Benedicite fontes domino. lau. Be
nedicite maria. et flumina domino. lau.
Benedicite cete. & omnia. et que ino
uentur in aqs domino. lau. Benedicite
omnes uolucres celi domino. lau. Benedicite
h omnes bestie. & pecora domi
no. lau. Benedicite filij hominum domino.
lau. Benedicat spiritus dominum. laudet. et
superexaltet eum in secula. Benedicite si
cerdores domini domino. lau. Benedicite
serui domini domino. lau. Benedicite spiri
tus. et anime iustorum domino. lau. Be
nedicite sancti. & humiles corde. domi
no. lau. Benedicite A. nania. Azaria. Mi
sael domino. laudate. & superexaltate eum
in secula. qa eruit nos de inferno. & sal
uos fecit de manu mortis. & liberauit
de medio ardentis flammę. & de medio
ignis eruit nos. Confitemini domino. &
quonia bonus. quonia in seculum o
misericordia eius. Benedicite omnes re
ligiosi domino deo deorum. laudate. &
confitemini ei. qa in omnia secula mise
ricordia eius. Hucusq; in hebreo non
habetur. & que posuimus de theodoq
onis edicioe translata sunt. Tunc Na
buchodonosor Rex obstupuit. & surrex

propere & ait optinatis suis. Nonne tres viros misimus in medio ignis compeditos. Qui respondentes Regi dixerunt. Vire. Rex. Respondit Rex et ait. Ecce ego uideo viros quattuor solutos et ambulantes in medio ignis & nihil corruptionis in eis est & species quarti similis filio dei. Tunc accessit Nabuchodonosor ad ostium fornacis ignis ardentis et ait. Sidrac Misac & Abdenago serui dei excelsi egredimini et uenite. Statimque egressi sunt Sidrac Misac & Abdenago de medio ignis. Et congregati Satrape magistratus & iudices et potentes regis contemplantur viros illos quoniam nihil potestatis habuissent ignis in corporibus eorum & capillus capiti eorum non esset adustus & saraballa eorum non fuissent immutata & odor ignis non transisset per eos. Et erumpens Nabuchodonosor ait. Benedictus deus in eorum. Sidrac uidelicet Misac & Abdenago qui misit angelum suum & erunt serui sui qui crediderunt in eum & uerbum regis immutauerunt & tradiderunt corpora sua ne seruirent & ne adorarent omnem deum excepto deo suo. A me ergo positum est hoc decretum ut omni populus tribus & lingua quecumque locuta fuerit blasphemiam contra deum. Sidrac Misac & Abdenago disperat et domus eius uasdetur. Neque enim est alius deus qui possit ita saluare. Tunc Rex promouit Sidrac Misac et Abdenago in prouincia Babylonis.

Abuchodonosor Rex ex omnibus populis gentibus et linguis qui habitant in uniuersa terra. Pax uobis multiplicetur. Signa & mirabilia fecit apud me deus excelsus. Placuit ergo mihi predicare eius signa quia magna sunt & mirabilia eius quia fortia et regnum eius quia regnum sempiternum et potestas eius in generatione et generationem. Ego Nabuchodonosor quetus eram in domo mea & florens in palatio meo. Somnium uidi quod perterritum me & cogitationes in stratu meo & uisiones capitis mei conturbauerunt me. Et per me propositum est decretum ut introducerentur in conspectu meo cuncti sapientes Babylonis & ut solutionem somni indicarent mihi. Tunc ingrediebant harioli magi chaldei & haruspices & somnium narraui in conspectu eorum & solutionem eius non indicauerunt in donec collega ingressus est in conspectu meo Daniel cui nomen Balthasar secundum nomen dei mei qui habet spiritum deorum sanctorum in semetipso & somnium coram ipso locutus sum. Balthasar princeps hariolorum quoniam ego scio qui spiritum deorum sanctorum habeat in te & omne sacramentum non est impossibile tibi uisiones somniorum meorum quas uidi & solutionem earum narra. Visio capitis mei in cubili meo. Videbam et ecce arbor in medio terre & altitudo eius nimia. Magna arbor & fortis & proceritas eius contingens calum. Aspectus illius erat

usq; ad terminos uniuersę terre. folia eius
pulcherrima. & fructus eius nimius. &
esca uniuersorum in ea. Subter eam habi
tabant animalia et bestie. & in ramis eius
conuersabantur uolucres cęli. & ex ea uel
bat omnis caro. Videbam in uisione. ca
pitul mei sup stratam meam. et ecce uigil
& sanctus de celo descendit. clamauit fo
titer. & sic ait. Succidite arborem. et pro
cidite ramos eius. excutite folia eius. &
dispergite fructus eius. fugiant bestie
que subter eam sunt. et uolucres de ra
mis eius. Veruntamen germen radicem
eius in terra sinite. & alligetur uinculo fe
reo. & erit in herbis que foris sunt. &
rore cęli tingatur. & cum feris pars eius
in herba terre. Cor eius ab humano com
mutetur. & cor fere detur ei. et septem
tempora mutantur super eum. In ista ui
gilum decretum est. & sermo sanctorum
et petitio. donec cognoscant uiuentes. &
quoniam dominantur excelsus in regno
hominum. & cuiuscunq; uoluerit dabit il
lud. & humillimum hominem constitut
et sup eum. Hęc somnium uidi ego Na
buchodonosor Rex. Tu ergo Baltha
sar interpretationem narra festinus. quia
omnes sapientes regni mei non queunt
solutionem edicere mihi. Tu autem po
tes. quia spiritus deorum sanctorum in te
est. Tunc Daniel cuius nomen Baltha
sar. coepit intra semetipsum tacitus co
gitare quasi una hora. et cogitationes
eius conturbabant eum. Respondens
autem rex ait. Balthasar somnium et
interpretatio eius non conturbent te.
Respondit Balthasar. & dixit. Domine

mi. somnium his q; te oderunt. et inter
pretatio eius hostibus tuis sit. Arborem
quam uidisti sublimem. atq; robustam.
cuius altitudo pertingit ad cęlum. &
aspectus illius in omnem terram. & ra
mi eius pulcherrimi. & fructus eius ni
mius. & esca omnium in ea. subter ea
habitantes bestie agri. & in ramis eius
commorantes aues cęli. et rex. qui
magnificatus est. & inualuit. et ma
gnitudo tua creuit. & puenit usq; ad
cęlum. & potestas tua in terminos un
iuersę terre. Quod autem uidit rex
uigilum et sanctum descendere de cę
lo. & dicere. succidite arborem. et dissi
pate illam. attamen germen radicem
eius in terra dimittite. & uinciatu fer
ro. et erit in herbis foris. & rore cęli co
spargatur. & cum feris sit pabulum eius.
donec septem tempora mutantur super eum.
hec est interpretatio sententię altissimę.
que peruenit sup dominum meum. & e
gen. Eiciet te ab hominibus. & cum be
stis ferisq; erit habitatio tua. et foens
ut bos comedes. & rore cęli infunderis.
Septem quoq; tempora mutabuntur
super te. donec scias. q; dominetur ex
celsus sup regnum hominum. et cuiuscunq;
uoluerit det illud. Quod autem pre
cepit ut relinqueretur germen radicem
eius. id est arboris. regnum tuum tibi
manebit. postq; cognoueris potestatem
esse celestem. Quamobrem rex co
silium meum placeat tibi. & peccata tua
elemosyna redime. & iniquitates tuas im
sericordijs pauperum. forsitan ignoscat
deus delictis tuis. Omnia hęc uenerunt

super Nabuchodonosor Regem. Post
finem mensium duodecim in aula Baby-
lonis deambulabat. Respondit rex et
ait. Nonne hec est Babylon ciuitas ma-
gna quam ego edificauit in domum re-
gni in roborem fortitudinis mee et in
gloria decoris mei. Cuius sermo adhuc
esset in ore regis uox de celo ruit. Tibi
dicatur Nabuchodonosor Rex. Reg-
tuum transibit a te et ab hominibus eu-
cient te et cum bestijs et feris erit ha-
bitatio tua. fenum quasi bos comedes
et septem tempora mutabunt super te do-
nec scias quod dominetur excelsus in regno
hominum et cuiusque uoluerit det illi.
Eadem hora sermo completus est super
Nabuchodonosor et ex hominibus abie-
tus est et fenum ut bos comedit et ro-
re caeli corpus eius infectum est donec
capilli eius in similitudinem aularum
crescerent et unguis eius quasi ungue-
auum. Igitur post finem dierum ego
Nabuchodonosor oculos meos ad celum
leuaui et sensus meus reconditus est in
et altissimo benedixi et uiuentem in
sempiternum laudauit et glorificaui quia
potestas eius potestas sempiterna et
regnum eius in generatione et genera-
tionem et omnes habitatores terre ap-
eum in nihilum reputati sunt iuxta uo-
luntatem enim suam facit tam in uir-
tutibus caeli quam in habitatoribus terre et
non est qui resistat manui eius et dicat
quia quare fecisti. In ipso tempore sensus
meus reuersus est ad me et ad ho-
nozem regni mei decoremque perueni et
figura mea reuersa est ad me et op-

timates mei et magistratus mei reqsi-
erunt me et in regno meo restitutus
sum et magnificentia amplior addita
est mihi. Nunc igitur ego Nabuchodo-
nosor laudo et magnifico et glorifico
Regem caeli quia omnia opera eius ue-
ra et omnes uiae eius iudicia et gradi-
entes in superbia poterunt humiliare.

Althasar Rex fecit
grande conuiuium opti-
matibus suis mille et u-
nusquisque secundum suum
bibeat etatem. Precepit ergo iam te-
mulentus ut afferrentur uasa aurea et
argentea que asportauerat Nabucho-
donosor pater eius de templo quod fu-
it in hierusalem et biberent in eis rex et
optimates eius uxoresque eius et concubi-
ne. Tunc allata sunt uasa aurea que as-
portauerat de templo quae fuerat in
hierusalem et biberunt in eis rex et
optimates eius uxores et concubine il-
lius. Bibeant unum et laudabant de-
os suos aureos et argenteos et creos fe-
reosque ligneosque et lapideos. In eadem ho-
ra apparuerunt digiti quasi manus ho-
minis scribentis contra candelabrum in
superficie parietis aule regie. Et Rex
aspiciebat articulos manus scribentis.
Tunc facies regis commutata est et
cogitationes eius conturbabant eum
et compagines renum eius soluebantur
et genua eius ad se inuicem collidebant.
Exclamauit itaque rex fortiter ut in-
troducerent magos chaldeos et haruspi-
ces. Et proloquens Rex ait sapientibus

babylonis. Quicumq; legerit scripturam
hanc. et interpretationem eius manifesta
mibi fecerit. purpura uestietur. & tor-
quem auream habebit in collo. & ter-
tius in regno meo erit. Tunc ingressi
omnes sapientes regis non potuerunt
nec scripturam legere. nec interpretatio-
nem eius indicare. Rex. Unde rex.
Balthasar satis conturbatus est. & uul-
tus illius immutatus est. Sed et opti-
mates eius turbabantur. Regina autem
pro re. que acciderat regi et optimati-
bus eius. domum conuiuij ingressa. est.
et plouens ait. Rex in eternum ui-
ue. Non te conturbent cogitationes
tuas. neq; facies tua immutetur. Est i-
uir in regno tuo q; spiritum deorum
sanctorum habet in se. & in diebus pa-
tris tui scientia & sapientia inuenta
sunt in eo. Nam et Rex Nabucho-
donosor pater tuus principem magorum
incantatorum chaldaeorum. et babiloni-
cum constituit eum. Pater inq; tuus o
Rex. q; spiritus amplior et prudentia
intelligentiaq; et interpretatio somnio-
rum. et ostensio secretorum. ac solutio
ligatorum inuenta sunt in eo. haec est i
Danielle. cui rex imposuit nomen Bal-
thasar. Nunc itaq; Daniel uocetur. &
interpretationem narrabit. Igitur intri-
ductus est Daniel coram Rege. Ad
quem prefatus rex ait. Tu es Daniel
de filiis captiuitatis iude. quem addu-
xerat pater meus rex de iudaea. Au-
diui de te. quoniam spiritum deorum
habeas. & scientia intelligentiaq; ac
sapientia ampliores inuenta sunt in te.

Et nunc introgressi sunt in conspectu
meo sapientes magi ut scripturam hanc
legerent. & interpretationem eius indi-
carent mihi. & nequerunt sensum huius
sermonis edicere. Porro ego audiui de
te. q; possis obscura interpretari. & liga-
ta dissoluere. Si ergo uales scripturam
legere. et interpretationem indicare mihi
purpura uestieris. & torquem auream
circa collum tuum habebis. & tertius in
regno meo princeps eris. Ad que respon-
den Daniel ait coram Rege. Munera
tua sunt tibi. & dona domus tue alteri-
da. scripturam autem legam tibi. &
et interpretationem eius ostendam tibi.
O rex deus altissimus regnum et magni-
ficentiam gloriam et honorem dedit.
Nabuchodonosor patri tuo. & propter
magnificentiam quam dederat ei. uniu-
ersi populi tribus & lingue tremebant. et
metuebant eum. Quos uolebat interfici-
ebat. quos uolebat percutiebat. quos
uolebat exaltabat. & quos uolebat hu-
miliabat. Quando autem eleuatum est
cor eius. & spiritus illius obfirmatus e
ad superbiam depositus est de solio re-
gni sui et gloria eius ablata est. & a
filiis hominum et edus est. Sed et cor
eius cum bestijs positum est. & cum
onagris erat habitatio eius. Feenum q;
ut bestes comedebat. & rore celi corpus
eius infectum est. donec cognosceret
q; potestatem haberet altissimus in re-
gno hominum. & quicumq; uoluerit o-
suscitabit super illud. Tu quoniam filius e-
uis Balthasar non humiliasti cor tuus
cum scires hec omnia. sed aduersum do-

minatorem celi deuitas es. Et uasa do-
mus eius allata sunt coram te. & ex et
optimates tui & uxores tue & conex-
binæ tue uinum bibistis in eis. Deos quo-
argenteos et aureos et ceteros ferreos li-
gneosq; et lapideos q; non uident neq;
audiunt neq; sentiunt laudasti. Porro
deum q; habet flatum tuum in manu
sua & omnes uas tuas non glorificasti.
I. cetero ab eo missus est articulus manus
que scripsit hec quod exaratum est. H.
ec est autem scriptura que digesta e-
st. Mane thetel phares. Et hæc interpreta-
tio sermonis. Mane numerauit deus
regnum tuum & compleuit illud. The-
tel appensus est in statera & inuen-
tus est minus habens. Phares diuisum e-
regnum tuum & datum est medijs & p-
sis. Tunc uidente rege indutus est Da-
niel purpura & circumdata est torques
aurea collo eius & predicatum est de
eo q; haberet potestatem tertius in regno.
C. ad eam nocte interfectus est Balthasar.
rex chaldæus. et Darius medus successit
in regnum. annos natus est sexaginta
duos.

Lacuit Dario. et consti-
tuit super regnum Satria-
pas centum uiginti ut esse
in toto regno suo & super
eos principes tres ex quibus Daniel unus
erat. ut Satrias illis redderet rationem
& Rex non sustineret molestiam. Igitur
Daniel superabat omnes principes & Sa-
trapas. quia spiritus dei amplior erat in
illo. Porro Rex cogitabat constituere

eum super omnem regnum. Unde prin-
cipes et Satrias quærebant occasionem
ut inuenirent Danieli ex latere. Regis
nullamq; causam et suspicionem reperire
potuerunt. eo q; fidelis esset. et omnis
culpa et suspitio non inueniretur in eo.
Dixerunt ergo uiri illi. Non inuenie-
mus Danieli huic aliquam occasionem.
nisi forte in lege dei sui. Tunc principes
et Satrias surripuerunt Regi. & sic lo-
cuti sunt ei. Dari rex in æternum uiue.
Consilium inierunt omnes principes
regni tui magistratus et Satrias. sena-
tores et iudices ut decretum imperato-
rium exeat. et edictum ut omnis qui
petierit aliquam petitionem a quocunq;
deo et homine usq; ad triginta dies nisi
a te. Rex. mittatur in lacum leonum. Hinc
itaq; Rex confirma sententiam. & scri-
be decretum. ut non immutetur quod
statutum est a medijs & persis. nec p-
uaricari cuiq; liceat. Porro Rex Darius
proposuit edictum et statuit. Quod si
Daniel comperisset. id est constitutam
legem. ingressus est domum suam. &
fenestris apertis in coenaculo suo contri-
tissimè tribus temporibus in die fleete-
bat. genua sua & adorabat. confitebatq;
coram deo suo sicut et ante facere con-
sueuerat. Viri ergo illi curiosius inqui-
rentes inuenierunt Danielem orantem.
et obsecrantem deum suum. accedentes
locuti sunt. Regi super edicto. Rex nunq;
non constituisti. ut omnis homo q; roga-
ret quequam de dijs et hominibus usque
ad dies triginta. nisi te. Rex. mitteretur
in lacum leonum. Ad quod respondens

Rex ait. Verus sermo iuxta decretum Medorum atq. Persarum. quod preuarice non liceat. Tunc respondentes dixerunt coram Rege. Daniel de filiis captiuitatis Jude non curauit de lege tua et de edicto quod constituisti. sed tribus temporibus per diem orat obsecratione sua. Quod uerbum cum audisset Rex satis contristatus est. & pro Daniele posuit cor ut liberaret eum. & usq. ad occasum solis laborabat ut erueret illum. Vni autem illi intelligentes Regem dixerunt. Scito Rex quia lex Medorum atq. Persarum est ut omne decretum quod constituerit Rex non liceat immutari. Tunc Rex precepit & adduxerunt Danielem & miserunt eum in lacum leonum. Dixitq. Rex Danieli. Deus tuus quem colis semper. ipse liberabit te. Allatusq. est lapis unus et positus est super os lacu. quem obsignauit Rex anulo suo & anulo optimarum suorum. nequid fieret contra Danielem. Et abiit Rex in domum suam et dormiuit in coenaculo. ubi non sunt allati coram eo. insuper et sonus recessit ab eo. Tunc Rex primo diluculo consurgens festinus ad lacum leonum perrexit. appropinquansq. lacu Danielem uoce lachryabili inelamauit & affatus est eum. Daniel serue dei uiuentis. deus tuus cui tu seruis semper. putasne uoluit te liberare a leonibus? Et Daniel Regi respondens ait. Rex in eternum uiue. Deus meus misit angelum suum. et conclusit ora leonum. & non nocuerunt mihi. quia coram eo iustitia inuenta est in me. Sed & coram te Rex delictum non feci.

Tunc uehementer Rex gauisus est super eo. & Danielem precepit educi de lacu. Eductus est Daniel de lacu & nulla lesio inuenta est in eo. quia credidit deo suo. Subente autem Rege. adducti sunt uiri illi qui accusauerunt Danielem. & in lacu leonum missi sunt ipsi & filii et uxores eorum. & non puenerunt usq. ad pauimentum lacu. donec arripere eos leones & omnia ossa eorum comminuerunt. Tunc Darius Rex scripsit uniuersis populis Tribubus et linguis habitantibus in uniuersa terra. Pax uobis multiplicetur. A me constitutum est decretum ut in uniuerso imperio et regno meo tremiscant & paucant deum Daniel. Ipse est enim deus uiuentis et eternus in secula. & regnum eius non dissipabitur. & potestas eius usq. in eternum. Ipse liberator atq. saluator faciens signa et mirabilia in celo et in terra. qui liberauit Danielem de lacu leonum. Porro Daniel perseuerauit usque ad regnum Dary regnumq. Cyn perse.

Ne primo Balthasar Regis Babilonis Daniel somnium uidit. Visio autem capitis eius in cubili suo. Et somnium scribens breui sermone comprehendit summamq. perstringens ait. Si debam in uisione mea nocte & ecce quatuor uenti celi pugnabant in mari magno & quattuor bestie grandes ascendeabant de mari diuersimode inter se. Prima quasi leona & alas habebat aq. Aspiciebam donec euulserunt alae eius & sublata est de terra & super pedes quasi homo

stetit. & cor eius datum est ei. Et ecce
bestia alia similis urso in parte stetit. &
tres ordines erant in ore eius. & in den-
tibus eius. & sic dicebant ei. Surge comed'
carnes plurimas. Post hec aspicebam et
ecce alia quasi pedis. & alas habebat q'
si auis quattuor super se. Et quattuor
capita erant in bestia et potestas data e'
ei. Post hec aspicebam in uisione noctis.
& ecce bestia quarta terribil' atq' mira-
bilis & fortis nimis. Dentef ferreos ha-
bebat magnos comedens atq' comminues
& reliqua pedibus suis conculcans. Dissi-
milis autem erat ceteris bestijs. quas ui-
deram ante eam. & habebat cornua 1
decem. Considerabam cornua. & ecce
cornu aliud paruulum ortum est de o
medio eorum. & tria de cornibus primi
euulsa sunt a facie eius. Et ecce oculi
quasi oculi hominis erant in cornu isto.
& os loquens ingentia. Aspicebam do-
nec throni positi sunt. & antiquis die-
rum sedit. Vestimentum eius candidum
quasi nix. et capilli capitis eius quasi la-
na munda. Thronus eius flamme ignis.
rotes eius ignis accensus flumens igneus r'
pidusq' egrediebatur a facie eius. Mi-
lia milium ministrabant ei. & decies mi-
lia centena milia assistebant ei. Iudicium
sedit. & libri aperti sunt. aspicebam
propter uocem sermonum grandium q'
cornu illud loquebat'. Et uidi quonia
interfecta esset bestia. & perisset corpus
eius. & traditum esset ad comburendum
igni. aliarum quoq' bestiarum ablu-
ta esset potestas & tempora uite. con-
stituta essent eis usq' ad tempus et tps.

Aspicebam ergo in uisione noctis et ce-
ce cum nubibus celi quasi filius homini
ueniebat. & usq' ad antiquum dierum
peruenit. et in conspectu eius obtulerunt
eum. Et dedit ei potestatem & honore
& regnum. & omnes populi Tib' & li-
gue ipsi seruent. Potestas eius potesta'
eterna. que non auferetur. & regnum
eius qd non corrumpetur. Horrui spi-
ritus meus. Ego Daniel tertius sum in
his. & uisiones capitis mei conturbauerunt
me. Accessi ad unum de assistentibus. &
ueritatem querebam ab eo de omnibus
his. Qui dixi mihi interpretationem ser-
monum et docuit me. Hec quattuor
bestie magnae. quattuor sunt regna.
que consurgent de terra. Suscipient au-
tem regnum sancti dei altissimi. et ob-
tinebunt regnum usq' in seculum et se-
culum seculorum. Post hoc uolui dili-
genter discrete de bestia quarta. que e-
rat dissimilis ualde ab omnibus & ter-
ribilis nimis. Dentef et unguet eius fer-
rea comedeat. & comminuebat. et re-
liqua pedibus suis conculcabat. Et de
cornibus decem. que habebat in capite
& de alio quod ortum fuerat. ante quod
ceciderat tria cornua. & de cornu illo
quod habebat oculos et os loquens gran-
dia. & maius erat ceteris. Aspicebam.
et ecce cornu illud faciebat bellum ad-
uersus sanctos & preualebat eis. donec
uenit antiqui dierum. & iudicium de-
dit sanctis excelsi. & tempus aduenit.
& regnum obtinuerunt sancti. & sic a.
Bestia quarta regnum quartum. erit
in terra. quod maus erit omnibus regni

& deuorabit uniuersam terram & conculcabit et comminet eam. Porro cornua decem ipsius regni decem reges erunt & alius consurgens post eos & ipse potentior erit prioribus & tres reges humiliabit. Et sermones contra excelsum loquentur & sanctorum altissimi conterentur. Et peritabit quod possit mutare tempora et leges & tradentur in manu eius usque ad tempus et tempora & dimidium temporis & iudicium sedebit ut auferatur potentia et conteratur et disperat usque in finem.

Regnum autem & potestas et magnitudo regni que est subter omne celum datur populo sanctorum altissimi. cuius regnum regnum sempiternum est & omnes reges seruiant ei & obediunt ei. Hucusque finis uerbi. Ego Daniel multum cogitationibus meis conturbabar & facies mea mutata est in me: uerbum autem in corde meo conseruaui.

¶ In no tertio regni Balthasar Regis uisio apparuit mihi. Ego Daniel post id quod uideram in principio

uidi in uisione mea. cum essem in suis castris quod est in helia regione: uidi autem in uisione esse me super portam ulai & leuaui oculos meos & uidi. Et ecce aries instabat ante paludem habens cornua excelsa & unum excelsius altero atque succrescent

Postea uidi arietem cornibus uentilantem contra occidentem & contra aquilonem & contra meridiem. et omnes bestie non poterant resistere ei. neque liberari de manu eius: fecitque secundum uoluntatem suam

& magnificatus est. & ego intelligebam. Ecce autem hircus caprarum ueniebat ab occidentem super faciem totius terre & non tangebatur terram. Porro hircus habebat cornu in signo inter oculos suos & uenit usque ad arietem illum cornutum quem uideram stantem ante portam & cucurrit ad eum in impetu fortitudinis sue. O cuius appropinquasset prope arietem et feratus est in eum & percussit arietem & comminuit duo cornua eius & non poterat aries resistere ei. Cumque eum inisset in terram conculcauit & nemo quibat liberare arietem de manu eius. Hircus autem caprarum magnus factus est nimis. Cumque creuisset fractum est cornu magnum & orta sunt quattuor cornua subter illud per quattuor uentos celi. De uno autem ex eis egressum est in cornu unum modicum & factum est o grande contra meridiem et contra orientem et contra fortitudinem ead et dicitur de fortitudine & de stellis & conculcauit eas. Et usque ad principem fortitudinis magnificatum est & ab eo tulit uiginti sacrificium & decreuit locum sanctificationis eius. Robur autem datum est ei contra uiginti sacrificium propter peccata & prosternetur ueritas in terra & profirabitur & faciet. Et audiui unum de sanctis loquentem & dixit unus sanctus alteri. nescio cui loquenti. Usque quo uisio et uiginti sacrificium et peccatum desolationis que facta est & sanctuarium & fortitudo conculcabitur. Et dixit ei usque ad uesperam et mane duo milia trecenti & mundabitur sanctuarium. . . .

Factum est autem cum uiderem ego Daniel uisionem & querem intelligentiam. ecce stetit in conspectu meo quasi species uiri. Et audiui uocem uiri inter uas & clamauit & ait. Gabriel fac intelligere tibi uisionem. Et uenit & stetit iuxta ubi ego stabam. Cum uenisset pauens corruit faciem meam. Et ait ad me. Intellige fili hominis. quoniam in tempore finis complebitur uisio. Cum loqueretur ad me & collapsus sum pronus in terram. Et tetigit me & statuit me in gradibus meo dixitque mihi. Ego ostendam tibi que futura sunt in nouissimo maledictionis quoniam habet tempus finem suum. Aries quem uidi habere cornua rex medorum est atque persarum. Porro hircus caprarum & græcorum & cornu grande quod erat & quod erat inter inter oculos eius ipse est rex primus. Quod autem fracto illo surrexerunt quattuor pro eo quattuor reges de gente eius consurgent. sed non in fortitudine eius. Et post regnum eorum cum creuerint iniquitates consurgit rex impudens facie et intelligens propositiones. et roborabitur fortitudo eius. si non in urbe suis & supra quod credi potest uniuersa uastabit. et prosperabitur et faciet. Et interficiet robustos & populum sanctorum secundum uoluntatem suam & dirigetur dolus in manu eius & cor suum magnificauit & in copia rerum omnium occidit plurimos.

Et contra principem principum consurgit et sine manu conteretur. Et uisio uespere & mane que dicta est uera est. Tu ergo uisionem signa quia post multos dies erit.

Et ego Daniel languui et egrotavi per dies.

Cumq; surrexissem faciebam opera regis et stupebam ad uisionem & non erat qui interpretaretur.

In anno primo Dary filij Assueri de semine medorum q; imperauit super regnum chaldeorum anno uno regni eius ego Daniel intellexi in libri numerum annorum de quo factus est sermo domini ad hieremiam prophetam ut complerentur desolationis hierusalem septuaginta annu & posui faciem meam ad dominum deum meum rogare & deprecari in ieiunijs sacco & cinere & orari in dominum deum & confessus sum & dixi. Obsecro domine deus magne et terribilis custodiens pactum pactum & misericordiam diligentibus te & custodientibus mandata tua peccauimus iniquitatem fecimus impie egimus et recessimus & declinauimus a mandatis tuis ac iudicij. Non obediuimus seruis tuis prophetis q; locuti sunt in nomine tuo regibus nostris principibus nostris patribus nostris omniq; populo terre. Tibi domine iustitia nobis atque tuis confusio faciei sicut est hodie uro iuda et habitatoribus hierusalem & omni israel his q; prope sunt et his q; procul in uniuersis terris ad quas eiecisti eos propter iniquitates eorum in quibus peccauerunt. in te domine. Nobis confusio faciei regibus nostris principibus nostris & patribus nostris q; peccauerunt. Tibi autem domino deo nostro misericordia et propitiatio quia recessimus a te & non audiuimus uocem domini dei nostri ut ambularemus in

lege eius. quam posuit nobis per seruos suos
propheta. & omnis israel preuaricati
sunt legem tuam. & declinauerunt ne
audirent uocem tuam. et stillauit super
nos maledictio & detestatio quae scripta
est in libro Moysi serui dei. quia peccauimus
tibi. Et statuit sermones suos quos locutus
est super nos et super principes nostros
qui iudicauerunt nos. ut super induceret
in nos magnum malum. quale nunc fuit
sub omni caelo secundum quod factum est
in hierusalem. sicut scriptum est in lege Moysi.
Omne malum hoc uenit super nos. Et
non rogauimus faciem tuam domine deus
noster. ut reuerteremur ab iniquitatibus
nostris. & cogitaremus ueritatem tuam.
Et uigilauit dominus super malitiam & ad
duxit eam super nos. Iustus dominus deus
noster in omnibus operibus suis quae fecit.
Non enim audiuimus uocem eius. Et nunc
domine deus noster qui eduxisti populum
tuum de terra egypti in manu forti &
fecisti tibi nomen secundum diem hanc.
peccauimus. iniquitatem fecimus domine
in omnem iustitiam tuam. Auertatur
obsecro ira tua & furor tuus a ciuitate
tua hierusalem & a monte sancto tuo. Propter
peccata enim nostra et iniquitates pa
trum nostrorum hierusalem. & Populus tu
us in obprobrium sunt omnibus per circum
cutum nostrum. Nunc ergo exaudi deus
noster orationem serui tui & preces eius.
& ostende faciem tuam super sanctuarium
tuum quod desertum est. Propter te met
ipsum inclina deus meus aurem tuam et
audi. aperit oculos tuos et uide desolatio
nem nostram & ciuitatem super quam

inuocatum est nomen tuum. Neque enim
in iustificationibus nostris prosternimus pec
cante faciem tuam. si in miserationibus tuis
multis. Exaudi domine. placare domine.
attende & fac. Ne moreris propter teme
ipsum deus meus quia nomen tuum inuoca
tum est super ciuitatem & super popu
lum tuum. Cumque adhuc loquerer et ora
rem & confiterer peccata mea. & pecca
ta populi mei esset. ut prosternerem pre
ces meas in conspectu dei mei pro monte
sancto dei mei adhuc me loquentem in
oratione mea. ecce uir Gabriel. quem
uideram in uisione a principio cito uolans
tetigit me in tempore sacrificij uespertini
& docuit me & locutus est mihi. dixitque
Daniel nunc egressus sum ut docerem te
et intelligeres. Ab exordio precum tu
rum egressus est sermo. Ego autem ueni
ut indicarem tibi. quia uir desideriorum
es. Tu autem animaduerte sermonem. et
intellige uisionem. Septuaginta hebdoma
des abbreviate sunt super populum tu
um. & super urbem sanctam tuam. ut
sumetur preuaricatio & finem accipiat
peccatum & delcatur iniquitas. & addu
catur iustitia sempiterna. et impleatur
uisio & prophetia. & tingatur sanctus san
ctorum. Satis ergo & animaduerte ab ex
itu sermonis. ut iterum edificetur hie
rusalem usque ad christum ducentis hebdo
mades septem. & hebdomades sexaginta
ducentis erunt. & rursus edificabitur pla
tea & muri in angustia temporis. Et post
septem hebdomades sexaginta duas occidetur
christus. & non erit eius populus. qui
cum negaturus est. Et ciuitatem &

sanctuarum dissipabit populus cum
duce uenturo & finis eius uastitas. & post
finem belli statuta desolatio. Confirmabit
autem pactum multis hebdomas una
et in dimidio hebdomadis deficiet hostia
& sacrificium. et erit in templo abominatio
desolationis. & usq; ad consumationes
et finem perseverabit desolatio.

Nno tertio Ciri regis per
sarum uerbum reuelatum
est Danieli cognomento

Balthasar. & uerbum uere

et fortitudo magna. intellexitq; sermone.
I intelligentia enim est opus in uisione. In
diebus illis ego Daniel iugebam trimum
hebdomadarum diebus panem desiderabilem
non comedi. & caro. & uinum non
introierunt in os meum. Sed neq; ungue
to unctus sum. donec completeretur trimum
hebdomadarum dies. Die autem tricesima
et quarta mensis primi eram iuxta flumi
um magnum q; est tigris. & leuaui oculos
meos et uidi. Et ecce uir unus uestitus i
lineis. & renes eius accendi auro obrizo. &
corpus eius quasi chrysolitus. & facies ei
uis uelut spes fulguris. & oculi eius ut
lampas ardens. & brachia eius & que de
orsum usq; ad pedes quasi species. eris ca
dentis. & uox sermonum eius. ut uox
multitudinis. Vidi autem ego Daniel so
lus uisionem. porro uiri q; erant mecum
non uiderunt. sed terror nimius irruit
super eos. & fugerunt in absconditum.
Ego autem relictus solus uidi uisionem.
grandem hanc. & non remansit in me fo
ritudo. sed etiam spes mea unmutata est.

in me. & emarcui. nec habui ququam ui
rium. Et audiui uocem sermonum eius &
audiens uocem conuersatus super facie
meam. & uultus meus hæretat terre. Et ec
ce manus tetigit me. & crexit me super
genua mea. & sup; articulos manuum me
arum. & dixit ad me. Daniel uir deside
riorum intellige uerba que ego loquor
ad te. & sta in gradu tuo. Nunc enim
sum missus ad te. Cum dixisset mihi ser
monem istum steti tremens. & ait ad m.
Noli metueri Daniel. q; ex die primo
quo posuisti cor tuum ad intelligendū.
ut te affligeres in conspectu dei tui. &
uicta sunt uerba tua. & ego ueni propter
sermones tuos. Princeps autem regni pe
sarum restitit mihi uiginti et uno diebo.
Et ecce Michael unus de principibus pri
mis uenit in adiutorium meum. & ego
remansi ibi iuxta regem persarum. Ve
ni autem ut docerem te que uentura sūt
populo tuo in nouissimis diebus quorū
adhuc uisio in dies. Cūq; loqueretur mihi
huiusmodi uerbis deieci uultum meū
ad terram & tacui. Et ecce quasi simi
litudo filij hominis tetigit labia mea. &
aperiens os meum locutus sum & dixi ad
eum q; stabat contra me. Domine mi in
uisione tua dissoluit sunt compages mee.
& nihil in me remansit uirium. Et quo
modo poterit seruus domini mei loqui
cum domino meo. Nihil enim in me
remansit uirium. sed & halitus meus ince
cluditur. Rursum ego tetigit me q;
uisio hominis & confortauit me. & dixit
Noli timere uir desideriorum. pax ti
bi. confortare & esto robustus. Cumq;

loqueretur mecum conualui & dixi
Loquere domine mihi quia confortasti me.
Et ait. Nunquid scis quare uenerim ad te?
Et nunc reuertar ut preter aduersum prin-
cipem persarum. Cum enim egredere-
apparuit princeps grecorum ueniens.
Veritatem annuntiabo tibi quod expres-
sum est in scriptura ueritatis. & nemo est
aduersus meus in omnibus his. nisi Michae
princeps uester.

Go autem a primo anno
Dary medi stabam. ut co-
fortaretur et roboraretur.
Et nunc ueritatem annun-
tatio tibi. Ecce adhuc tres reges stabunt
in pside. & quartus ditabitur opibus ni-
my super omnes. & cum inualuerit di-
uitiis suis concitabit omnes aduersum
regnum greciae. Surgent uero rex for-
tis & dominabitur potestate multa. &
faciet quod plaueit ei. Et cum steterit
conteretur regnum eius & diuidetur
in quattuor uentos caeli. sed non in poste-
ros eius. nec secundum potentiam illius.
qua dominatus est. Lacerabitur enim
regnum eius etiam in externos exceptis
his. Et confortabitur rex austri. & de
principibus eius preualebit super eum.
Et dominabitur ditione. Multa enim do-
minatio eius. Et post finem annorum
federabuntur filii regis austri ueni-
et ad regem aqilonis facere amicitias
& non obtinebit fortitudinem brachy.
nec stabit semen eius. Et tradetur ipsa
et qui adduxerunt eam adolecentes eius
& qui confortabat eam in temporibus. Et

stabit de germine radicem eius planta-
tio. Et ueniet cum exercitu & ingredietur
prouinciam Regis aqilonis. et aburetur
eis & obtinebit. Insuper et decos eorum. &
sculptilia uasa quoque preciosa. auri et ar-
genti captiua ducet in egyptum. Ipse pre-
ualebit aduersus Regem aqilonis. Et
intrabit in regnum rex austri et reuertetur
ad terram suam. Filii autem eius pro-
uocabuntur & congregabuntur multitudine
exercituum plurimorum. Et ueniet
properans et inundans. & reuertetur &
concitabitur & congregietur cum robore
eius. Et prouocatus rex austri egre-
dietur & pugnabit aduersus regem aq-
lonis. et preparabit multitudinem nimiam
& dabit multitudinem in manu eius. &
capiet multitudinem & exaltabitur eo-
eius. & deiciet multa milia. sed non pre-
ualebit. Conuertetur enim rex a qui-
lonis & preparabit multitudinem mul-
to maiorem quam prius. Et in fine temporum
annorumque ueniet properans cum exer-
citu magno & opibus nimis. In tempo-
ribus illis multi consurgent aduersus re-
gem austri. filii quoque preuaricatorum.
populi tamen exellentur ut impleant uis-
sionem & corruent. Et ueniet rex a-
qilonis & comportabit aggerem. et
capiet urbes munitissimas. & brachia a-
ustri non sustinebunt. Et consurgent
electi eius ad resistendum. & non erit
fortitudo. Et faciet ueniens super eum.
iuxta placitum suum. & non erit qui
stet contra faciem eius. Et stabit in
terra inelicta & consumetur in manu eius
& ponet faciem suam ut ueniat ad te.

nendum uniuersum regnum eius. & re-
ta faciet cum eo. Et filiam foeminarum
dabit ei ut euerat illum. & non stabit.
nec illius erit. Et conuertet faciem suam
ad insulas. & capiet multas. et cessare
faciet principem obprobrii sui. Et obpro-
brium eius conuertetur in eum. Et con-
uertet faciem suam ad imperium terre
sue. & unpinget et corruet. et non ue-
nietur. Et stabit in loco eius uilissi-
mus et indignus decore regio. & in pa-
ucis diebus conteretur in furore. nec in
prelio. & stabit in loco eius despectus.
& non tribuetur ei honor regius. Et
ueniet clam. & obtinebit regnum in
fraudulenta. Et brachia pugnantis ex-
pugnabuntur. & facie eius & conteren-
tur. Insuper & dux fedelis. Et post
amicitias cum eo faciet dolum. & ascen-
det et supabit in modico populo. & ab-
dantes et uberes urbes ingredietur. Et
faciet que non fecerunt patres eius.
& patres patrum eius. Rapinas et
predam & diuitias eorum dissipabit.
et contra firmissimas cogitationes in-
bit. & hec usq; ad tempus. Et concu-
bitur fortitudo eius. & cor eius adue-
sum regem austri exercitu magno. Et
rex austri prouocabit ad bellum in
multis auxilijs & fortibus nimis & non
stabunt. quia inibunt aduersus eum co-
silia. Et comedentes panem cum eo con-
terent illum. exeratusq; eius opprimetur.
& cadent interfecti plurimi. Duorum
quoq; regum cor erit. ut malefaciant. &
ad mensam unam mendacium loquentur
et non proficiant. quia adhuc finis in-

aliud tempus. Et reuertetur in terram
suam cum opibus multis. & cor eius ad-
uersus testamentum sanctum. & faciet
& reuertetur in terram suam. Statuto
tempore reuertetur et ueniet ad austrum.
& non erit priori simile nouissimum.
Et ueniet super eum trices & roma-
ni & pereutietur et reuertetur. Et in-
dignabitur contra testamentum sanctu-
ary & faciet reuerteturq; & cogitabit
aduersum eos q; dereliquerunt testame-
tum sanctuary. Et brachia ex eo stabunt.
& polluent sanctuarium fortitudinis. &
auferent iugum sacriticum. & dabunt abo-
minationem in desolationem. Et impij in
testamentum simulabunt fraudulenter.
Populus autem sciens deum suum obti-
nebit et faciet. Et docti in populo do-
cebunt plurimos. & ruent in gladio &
in flamma. et in captiuitate. & in rapin-
dierum. Cuiq; corruerint subleuabitur
auxilio paruulo. & applicabuntur eis
plurimi fraudulenter. Et de crudelis
ruent. ut conflentur et eligantur. et
decallentur usq; ad tempus prefinitum.
quia adhuc aliud tempus erit. Et fa-
ciet iuxta uoluntatem suam rex. Et e-
leuabitur et magnificabitur aduersus om-
nem deum. Et aduersus deum deore
loquetur magna & dirgetur donec
compleatur iracundia. Perpetrata quip-
pe est dissinitio. Et deum patrum suo-
rum non reputabit. & erit in concupi-
scentijs foeminarum. nec quenq; decoris
curabit. q; aduersum uniuersa. confu-
get. Deum autem mozum in loco suo
uenerabitur. & deum quem ignorauit.

runt patres eius: colet auro et argento et lapide precioso rebusque preciosis. Et faciet ut inuiat Moazim cum deo alieno quem cognouit & multiplicabit gloriam & dabit eis potestatem in multis et terram diuidet gratuito. Et in tempore prefinito preliabitur aduersus eum rex exercitus & quasi tempestas ueniet contra illum Rex Aglonis in curribus et in equibus et in classe magna et ingredietur terras & conteret et transiet. Et introibit in terram gloriosam & multi conuentur: hic autem sole saluabuntur de manu eius: edo & Meab & principes filiorum Ammon. Et mittet manum suam in terras et terra Egypti non effugiet. Et dominabitur thesaurorum auri & argenti & in omnibus preciosis Egypti. Per Libyam quoque et ethiopiā transibit & fama turbabit eum ab oriente & ab Aglone & ueniet in multitudine magna ut conterat et interficiat plurimos. Et figet tabernaculum suum a peduo inter duo maria super montem inelutum et sanctum & ueniet usque ad summitatem eius & nemo auxiliabitur ei.

In tempore autem illo co-
surget Michael princeps
magnus qui stat pro filiis
populi tui & ueniet tem-
pus quale non fuit ab eo ex quo gen-
tes esse ceperunt usque ad tempus illud.
Et in tempore illo saluabitur populus tuus omnis qui inuentus fuerit scriptus est in libro. Et multi de his qui dormiunt in terra puluere euigilabunt alii in uita

eternam alii in obprobrium ut uideat
sp. Qui autem docti fuerint fulgebunt quasi splendor firmamenti & qui ad iustitiam erudiunt multos quasi stelle in perpetuas eternitates. Tunc autem Daniel claudet sermones & signa librum usque ad tempus statutum. Plurimi pertransibunt & multiplex erit scientia. Et uidi ego Daniel & ecce quasi duo alii stabant unus hinc super ripam fluminis & alius inde ex altera ripa fluminis. Et dixi uiro qui erat indutus lineis qui stabat super aquas fluminis. Usquequo finis horum mirabilium? Et audiui uirum qui indutus erat lineis qui stabat super aquas fluminis cum cleuasset dexteram et sinistram suam in caelum & iurasset per uiuentem in eternum quia in tempore et tempa et dimidium temporis. Et cum completa fuerit dispersio manus populi sancti complebuntur uniuersa hec. Et ego audiui & non intellexi. Et dixi. Domine mihi quid erit post hec? Et ait. Vade Daniel quia clausi sunt signati sermones usque ad prefinitum tempus. Et ligentur & dealbabuntur & quasi igni probabuntur multi. Et impii agent impij neque intelligent omnes impij. Porro docti intelligent & a tempore cum ablatum fuerit uisus sacrificium & posita fuerit abominatio in desolationem dies mille ducenti nonaginta. Beatus qui expectat & peruenit usque ad dies mille trecentos triginta quinque. Tu autem Daniel uade ad prefinitum & reqiesces & stabis in sorte tua in fine dierum. Huc usque Danielon in hebraico uolumine le-

gimus. cetera que sequuntur usq ad fi
nem libri de Theodotionis editione trañ
lata sunt.

¶ Erat uir habitans in Ba
bylone. & nomen eius Joa
chim. et accepit uxorem
nomine Susannam filiam
Helchit pulchram nimis et timentem de
um. Parentes enim illius cum essent er
dierunt filiam suam secundum legem o
Moysi. Erat autem Joachim diues ualde
et erat ei pomarium uicinum domus sue.
& ad ipsum confluebant iudæi eo qd esse
honorabilior omnium. Et constituti sũt
duo senes iudices in illo anno. de qbo locu
tus est dominus. qd egressa est iniquitas.
de Babylone a senioribus iudicibus q uo
debant regere populum. Ista frequen
tabant domum Joachim et ueniebant ad
eos omnes q habebant iudicia. Cum aut
populus reuertisset p meridiem ingredie
batur Susanna et deambulabat in poma
ria uiri sui. Et uidebant eam senes quo
tidie ingredientem & deambulantem. &
exarserunt in concupiscentia eius. Et e
uerterunt sensum suum. & declinauerũt
oculos suos. ut non uiderent celum. neq
recordarentur iudiciorum iustorie. Erũt
ergo ambo uulnerati amore eius. nec in
dicauerunt sibi uicissim dolorem suum.
E rubescebant enim iudicare sibi concupi
scentiam suam uolentes concubere cum
ea. Et obseruabant quotidie sollicitus.
uidere eam. Dixitq alter ad alterum ex
iuit domum. qd hora prandij est. Et egre
si recesserunt a se. Cumq reuertissent.

uenerunt in unum. & sciscitantes ab in
uicem confessi sunt concupiscentiam suã.
Et tunc in commune statuerunt temp
quando eam possent inuenire solam. Fac
tum est autem cum obseruarent diem ap
tum ingressa est aliquando sicut heri et
nudus certus cum duobus solis puellis. u
oluitq lauare in pomario. Et stus quip
pe erat. & non erat ibi quisq. p̄terea
duos senes absconditos. & contemplante
cam. Dixit ergo puellis. Afferte mihi
oleum et sinigmatum. & ostia pomarij cla
udite. ut lauet. Et fecerunt sicut pre
ceperat. clauseruntq ostia pomarij. & e
gresse sunt per posticum. ut afferrent q
uissetat. Nesciebantq senes intus esse ab
sconditos. Cum autem essent egressæ pu
ellæ. surrexerunt duo senes & accurre
runt ad eam et dixerunt. Ecce ostia
pomarij clausa sunt. & nemo nos uidet
et in concupiscentia tua sumus. Quamob
rem assentire nobis. & commiscere nobis
cum. Quod si nolueris dicemus contra
te testimonium q fuerit tecum iuuenis.
& ob hanc causam emiseris puellas a te.
Ingemuit Susanna et ait. Angustie sũt
mihi undiq. Si enim hec egero. mors in
est. si autem non egero non effugiam in
nus uestras. Sed melius est mihi absque
opere incidere in manus hominum. qd pec
care in conspectu domini. Et exclama
uit uoce magna Susanna. exclamauerũt
autem et senes aduersus eam. Et cucur
rit unus ad ostia pomarij & aperuit. Et
ergo audissent clamorem famuli domi
ni in pomario irruerunt per posticum ut
uiderent quidnam esset. Postquam aut

senes locuti sunt: erubuerunt serui uehe-
menter: quia nunquam dicitur fuerat sermo hu-
iusmodi de Susanna. Et facta est die
crastina. Cum uenisset populus ad Jo-
achum uirum eius: uenerunt duo presbyte-
ri pleni iniqua cogitatione: aduersus Su-
sannam. ut interficerent eam. Et dixerunt
coram populo. Mittite ad Susannam
filiam helchie uxorem Joachum. Et sta-
tim miserunt. Et uenit cum parentibus
et filiis & inuicem cognatis suis. Porro
Susanna erat delicata nimis et pulchra
specie. Et iniqui illi uiderunt: ut disco-
operiretur: erat enim cooperta: ut uel sic
satiarentur decore eius. Flebant igitur
sui: & omnes qui nouerant eam. Consurgen-
tes autem duo presbyteri in medio po-
puli posuerunt manus suas super caput eius.
Quae flens suspexit ad caelum. Erat enim
cor eius fiduciam habens in domino. Et
dixerunt presbyteri. Cum deambulares
in pomario soli ingressa est haec: cum de-
abus puellis & clausit ostia pomarii: &
dimisit a se puellas: uenitque ad eam ado-
lescens qui erat absconditus: & concubu-
it cum ea. Porro nos cum essemus in an-
gulo pomarii uidentes iniquitatem: cucur-
rimus ad eos: & uidimus eos pariter com-
misceri. Et illum quidem non quimus
comprehendere: quia fortior nobis erat:
& apertis ostio exiit. Hanc autem cum
apprehendissemus interrogauimus quae
nam esset adolescens: & noluit indicare
nobis. Huius rei testes sumus. Et reddidit
eis multitudo quasi senibus et iudicibus
populi: & condemnauerunt eam ad mor-
tem. Exclamauit autem uoce magna Su-

sanna & dixit. Deus aeternus qui abscondi-
torum est cognitor: qui nosti omnia antequam
fiant: tu scis quoniam falsum testimonium
tulerunt contra me: & ecce inuicem: cum
nihil horum fecerim: quae isti inuidiose con-
posuerunt aduersum me. Exaudiuit au-
tem dominus uocem eius. Cum duceretur
ad mortem suscitauit dominus spiritum
pueri iunioris: cuius nomen Daniel: et ex-
clamauit uoce magna. Mundus ego sum
& sanguine huius. Et conuersus omnis
populus ad eum dixit. Quis est iste ser-
uus: quem tu locutus es? Qui cum stare
in medio eorum ait. Sic fati filii Israel:
non iudicantes neque quod uerum est co-
gnoscentes: condemnastis filium Israel.
Reuertimini ad iudicium: quia falsum te-
stimonium locuti sunt aduersus eam. Re-
uersus est ergo populus cum festinatione:
Et dixerunt ei senes. Veni et sede in me-
dio nostrum: & iudica nobis: quia tibi de-
us dedit honorem senectutis. Et dixit
ad eos Daniel. Separate illos ab inuicem: pro-
cul: & diiudicabo eos. Cum autem diuisi
essent alter ab altero: uocauit unum de-
eis: & dixit ad eum. Inueterare dierum
malorum: nunc uenerunt peccata tua: quae
operabaris prius: iudicans iudicia iniusta:
innocentes opprimens: & dimittens noxios:
dicente domino: innocentem & iustum non
interficiet. Nunc ergo si uidisti eam: die
qua sub arbore uidens eos colloquentes si-
bi. Respondit. Sub corno. Dixit autem Daniel.
Reverte mentitus es in caput tuum. Ecce
enim angelus dei accepta sententia: abe-
scendet te: in medium. Et amoto eo iussit
uenire alium: & dixit ei. Semel chanaa: &

non iuda species decepit te: & concupiscentia subuertit cor tuum. Sic faciebatis filiabus israel. & ille timentes loquebantur uobis sed non filia iuda sustinuit iniquitatem uestram. Nunc ergo dic mihi sub qua arbore comprehenderis eos loquentes sibi.

Qui ait Sub primo. Dixit autem ei Daniel. Recte mentitus es & ex in caput tuum. Manet enim angelus dei gladium habens ut secet te medium. & interficiat uos. Et exlauiuit itaq; omnis coetus uoce magna et benedixerunt deum q saluat sperantes in se. Et consurrexerunt aduersus duos presbyteros. Conuicerat enim eos Daniel ex ore suo falsum dixisse testimonium. feceruntq; ei sicut male egerant aduersus proximum. ut facerent secundum legem moysi. & interfecerunt eos. Et saluatus est sanguis innocuus in die illa. helchias autem & uxor eius laudauerunt deum p filia sua Susanna cum Joachum marito eius & cognatis omnibus quia non est inuenta in ea res turpis.

Daniel autem factus est magnus in conspectu populi a die illa deinceps.



A Rex Astyages appositus est ad patres suos et suscepit Cyrus pater regnum eius. Erat autem Daniel conuiuia regis. & honoratus super omnes amicos eius. Erat quoque idolum apud Babylonios nomine Bel & impendebantur in eo per dies singulos simile Artabe duodecim & oues quadraginta uniusq; amphore sex. Rex quoque colebat eum. & ibat per singulos dies adorare eum. Porro DANIEL o adorabat deum suum. Dixitq; ei rex. Quid

non adoras Bel? Respondens ait ei. Quia non colo idola manufacta. sed uiuentem deum q creauit caelum et terram. & habet potestatem omnis carnis. Et dixit rex ad eum. Nonne uidetur tibi esse bel uiuens deus? An non uidetis qta comedat et bibit quotidie? Et ait Daniel arridens. Ne erres rex. Iste est enim intrinsecus brutus fornicosus. cretus neq; comedit. aliquid. Et iratus rex uocauit sacerdotes eius. & ait eis. Nisi dixeritis mihi. quis est qui comedat impensis has moriemini. Si autem ostenderitis quoniam bel comedat hec morietur Daniel. quia blasphemauit in bel. Et dixit Daniel regi. Fiat iuxta uerba tua. Erant autem sacerdotes bel sepeuaginta. exceptis uxoribus et paruulis & filiis. Et uenit rex cum Daniele in templum Belis. Et dixerunt sacerdotes Belis. Ecce nos egrediemur foras. & tu rex pone i escas & uinum miscet & claude ostium & signa anulo tuo. Et cum ingressus fueris mane. nisi inueniens omnia comesta a Bel morte moriemur. uel Daniel q mentitus est aduersum nos. Contemnebant autem quia fecerant sub mensa absconditum introitum. & per illum ingrediebant. semper & deuorabant ea. Factum est igitur postq; egressi sunt illi & rex posuit cibos ante Bel precepit Daniel pueris suis & attulerunt cinerem. & cribrauit per totum templum coram rege. & egressi clauserunt ostium & signantes anulo Regis abierunt. Sacerdotes autem ingressi sunt nocte iuxta consuetudinem suam et uxores & filii eorum. & comederunt omnia & biberunt. Surrexit autem Rex primo diluculo & dixit

niel cum eo Et ait Rex. Salua ne sunt
signacula Daniel. Qui respondit. Salua
Rex. Statimq; cum aperuisset ostium i
tutus rex mensam exclamauit uoce ma
gna. Magnus est bel & non est apud
te dolus quisq;. Et risit Daniel & tenu
it regem ne ingrederet intro & dixit.
E. ecce pauimentum. animaduerte cuius
uestigia sunt haec. Et dixit Rex. Vide
uestigia uirorum. et mulierum. et infan
tium. Et iratus est rex. Tunc apprehen
dit rex sacerdos et uxores et filios eorum.
et ostenderunt ei abscondita ostiola per
qua ingrediebantur & consumebant que
erant super mensam. Occidit ergo illos rex
& tradidit Bel in potestatem Daniel. q;
subuertit eum & templum eius. Erat
draco magnus in loco illo. & colebant eum
Babylonij. Et dixit rex Danieli. Cccc mi
non potes dicere. q; iste non sit deus ui
uens. Adora ego eum. Dixitq; Daniel re
gi. Dominum deum meum adoro. quia ipse
est deus uiuens. Iste autem non est deus
uiuens. Tu autem da mihi potestatem. &
interficiam draconem absq; gladio & fu
ste. Et ait rex. Do tibi. Tulit ergo Danc
picem & adipem & pilos et coxit panem.
fecitq; massas & dedit in os draconis. &
diruptus est draco. Et dixit Daniel.
E. ecce quem colebatis. Quod cum audissent
Babylonij. indignati sunt uehementer.
et congregati aduersum Regem dixerunt.
Iudaeus factus est Rex. Bel destruxit. &
draconem interfecit & sacerdotes occidit.
Et dixerunt cum uenissent ad regem Rex.
de nobis Danielem. alioq; interficiemus
te & domum tuam. Vidit ergo rex q; ir

ruerent in eum uehementer. necessitate
compulsus tradidit eis Danielem. Qui
miserunt eum in lacum leonum. et erat
ibi diebus sex. Porro in lacu erant leones
septem. & dabantur ei duo corpora quo
tidie. & due oues & tunc non data fut
cis. ut deuorarent Danielem. Erat autem
Abachue propheta in iudaea. & ipse coxe
rat pulmentum. & intruerat panes in al
ucolo & ibat in campum. ut ferret mes
soribus. Dixitq; angelus domini ad Abachue.
fer prandium quod habes in Babylonem.
Danieli q; est in lacu leonum. Et dixit.
Abachue. Domine Babylonem non uidi
& lacum nescio. Et apprehendit eum an
gelus domini in uertice eius. & portauit
eum capillo capitis sui. posuitq; eum in
Babylonia super lacum in imperio spiritus
sui. Et clamauit Abachue dicens. Daniel
serue dei tolle prandium quod misit ti
bi deus. Et ait Danieli recordatus est
mei deus & non dereliquisti diligentes
te. Surgens Daniel comedit. Porro ange
lus domini restituit Abachue confestim
in loco suo. Venit ergo rex die septimo.
ut lugeret Danielem. & uenit ad lacum
et introspectit. & ecce Daniel sedens in
medio leonum. Et exclamauit uoce mag
Rex dicens. Magnus es domine deus
Daniel. Et extraxit eum de lacu leonum.
Porro illosq; perditionis eius causa fuerat
intromisit in lacum. & deuorati sunt in
momento coram eo. Tunc rex ait. Pa
ueant habitantes uniuersam terram deum
Danielis. quia ipse est saluator & libera
tor. faciens signa & mirabilia in celo et in
terra. q; liberauit Danielem de lacu leonum.

NON IDEM OR
do est duodecim p
phetarum apud he
breos. qui est apud
nos. Vnde secundo
id quod ibi legitur.

hic quoque dispositi sunt. Osee comaticus e
& quasi per sententias loquens. Jobel pla
nus in principis. in fine obscurior. & usq
ad Malachiam habent singuli proprietate
tes suas. quem Esdras scribam legisq doc
torem hebrei autumant. Et quia longum
est nunc de omnibus dicere. hoc tamen uos o

Paula et Eustochium admonitas scire uolo
unum librum esse duodecim prophetarum
& Osee synchronon Esau. Malachiam. i
uero Aggei & Zachariae fuisse tempori
bus in quibus autem tempus non prefer
tur in titulo. sub illis eos regibus prophe
tasse. sub quibus & hi qui ante habent titu
los prophetauerunt.

REGULE SVT
he. sub quibus signi
ficationibus nomi
num. ad quas tribus
per prophetas sermo
domini dirigatur.

Quotiescunq ad decem tribus tenditur o

propheta. sub his nominibus designantur.
id est ephraim samaria israhel ioseph iezra
hel Bethel bethauen. & interdum iacob.
Quando autem ad duas loquitur tribus.
sub his nominibus sermo profertur. id est iuda
hierusalem beniamin domus dauid. & i
terdum iacob. Aliquotiens israhel ad totas
duodecim tribus refertur. Duplex est
apud hebreos sententia de his quattuor
uersibus qui in capite sunt prenotati. Ple
riq enim dicunt q ab Esdra scriba in om
nibus prophetis sic fuerit titulatum. ut
prescriptio uniuscuiusque nomine prophe
ta cuius sit sequens noscatur. Ipse est aut
Esdras. qui ultimus prophetarum Mala
chie nomine scribitur. Alij uero dicunt
q ab ipsis prophetis per spiritum sanctum.
ut caetera sunt conscripta.

TEMPORIBVS
Oziæ et ioathæ Achæ
& Ezechie regum
iuda. & hieroboam
fily iobe regis. Ose
filius Beeri ad pph
etiam dicendam spiritu sancto repletus est.

De memorato itaq numero regum Achaz
rex iuda. & hieroboam rex israel domi
num derelinquentes. ut historie regum
et palipomenon indicant. & israel idola
trie crimen imperio ac potestate sua admi
tere coegerunt. Propter quod deus ad
Osee hæc locutus est dicens. Accipe tibi
uxorem fornicariam siue fornicationum. &

fac filios fornicationum. fornicariam itaq;
non elocati corporis meretricem sed genti-
lem deam ignorantem appellat. que dei cre-
atoris sui amore contempto simulachrorum
se subiecit desideris. Sed cum dei precepto
ppheta in hac paruisse. conceptum ex ex-
filium sezrahel precepit nominare deo pol-
licente post breue tempus sanguinem sezra-
hel in domo leby uindicare. Cuius promi-
ssionis hanc causa est. Iheu per heluseum i-
re egyptum uincto ad defendendum sanguine
Naboth cuius sezrahel queq; nunc tempo-
ris metropolis erat. quem sezrahel achub
regis israel uxor intraxerat. sicut regum
historia exponit. Is cum grauitur iuxta
diuinum preceptum uindicandi sanguinis
causa in omnem memorati domum dese-
uisset. hoc pacto dominum dereliquisse
inuenitur. cuius pro ne pore hieroboam
q; ledione comprehensus est. originis
facta mutante. ac contra dei precepta et
religionem cum populo israel agente. san-
guis Naboth. qui in loco certe sezrahel
erat profusus in domo Iheuy patris memo-
rati. Hieroboam pro peccato redundatur.
significatur. Hic factum est ut ira dei ut
populo israel per denuntiationem pphete
processura deberetur. domui autem iude
misericordia ledione comprehensa ob hoc
promissa est. quia Ezechias rex iuda filius
Achaz sublatis idolis. que tam pater eius
q; ceteri reges consecrauerunt templum
dei purgasse & purificasse monstratur.



SECRETO
nominat ephraim &
mariam Joseph sezra-
hel & uxorem for-
nicariam. & fornicationis filios. & adul-

teram cubiculo clausam mariti multo tes-
pore sedere uiduam et sub ueste lugubr'
um ad se reditum prestolari.

[Faint, illegible text in the left margin]

[Faint, illegible text in the right margin]

VERBVS
DOMINI
quod factu
est ad Osee
filium Been
in diebus
Ozie Joathu
Achaz Eze

chae regum juda & in diebus Hieroboam filii loas regis israel. Principium loqueret domino in Osee. Et dixit dominus ad Osee. Vade sume tibi uxorem fornicationum & fac tibi filios fornicationum. quia fornicans fornicabitur terra a domino. Et abiit & accepit Gomer filiam Debelaim. et concepit & peperit ei filium. Et dixit dominus ad eum. Voca nomen eius Jezrahel. Quoniam adhuc modicum et iustitiam sanguinem Jezrahel super domum israel. & q̄sere faciam regnum domus israel. Et illa die conteram arcum israel in valle Jezrahel. Et concepit adhuc & peperit filiam. Et dixit ei. Voca nomen eius absq̄ misericordia. Quia non addam ultra misere

teri domui israel. sed oblivione obliviscor eorum. Et domui juda miserebor & salvabo eos in domino deo suo & non salvabo eos in arcu & gladio. et in bello. et in equis & in equitibus. Et ablaetantur & quae erat absq̄ misericordia. Et concepit & peperit filium. Et dixit ei. Voca nomen eius non populus meus. Quia vos non populus meus & ego non ero uester deus.

ET ERIT numerus filiorum israel quasi arena maris que sine mensura est & non numerabitur. Et erit in loco ubi dicetur eis non populus meus vos dicetur eis filii dei viventes. Et congregabuntur filii juda & filii israhel pariter & ponent sibi unum caput & ascendet de terra quia magnus dies Jezrahel. Dicite fratribus uestris populus meus & sorori uestre misericordiam consecuta. Judicate matrem uestram iudicate quoniam ipsa non uxor mea & ego non uir eius. Auferat fornicationes suas a facie sua &

adultera sua de medio uberum suorum. ne forte expoliam eam nudam. & statuam eam secundum diem natiuitatis sue. & ponam eam quasi solitudinem. & statuam eam uelut terra in uiam. & interficiam eam sicut filiorum illius non miserebor. quoniam filij fornicationum sunt. quia fornicata est mater eorum. Confusa est que concepit eos quia dixit. Vadam post amatores meos qui dant panes mihi. & aquas meas et lanam meam & linum meum. oleum meum & potum meum. Propter hoc ecce ego sepiam uiam tuam spiritus & sepiam eam maceris. Et semitas suas non inueniet. & sequetur amatores suos. & non apprehendet eos. & queret eos & non inueniet. Et dicet uadam et reuertar ad uirum meum priorem quia bene mihi erat. tunc magis quam nunc. Et hec nesciunt. quia ego dedi eum frumentum & uinum. et oleum. & argentum. & multiplicavi ei. & aurum. que fecerunt Baal. Ideo conuertar et sumam frumentum in tempore suo. & uinum meum in tempore suo. & liberabo lanam meam. et linum meum. que operiebant ignominiam eius. Et nunc reuelabo stultitiam eius in oculis in oculis amatorum eius. & uir non eruet eam de manu mea. Et cessare faciam omne gaudium eius. sollemnitatem eius neomeniam eius. sabbatum eius. & omnia festa temporaria eius. Et corrumpam uineam eius & uicum eius de quibus dixit. Mercedem habet meos sunt. quas dederunt mihi amatores mei. Et ponam eam in saltum. & comedet eam bestia agri. Et uisitabo super eam dies Baalim. & quibus accendebat incensum. & ornabatur in aure sua. & monili suo. & ibat post amatores suos. & mei obliuiscatur. dicit dominus. Propter hoc ecce ego lactabo eam. & ducam eam in solitudinem. Et loquar ad eam. & dabo ei uiatores eius ex eodem loco. & uallon achor ad aperendam spem. Et exnet ibi iuxta dies iuuentutis sue. & iuxta dies ascensionis sue de terra Egypti. Et erit in die illo. ait dominus. uocabit me uir meus. & non uocabit me ultra Baalim. Et auferam nomen Baalim de ore eius. & non recordabitur ultra. nomen eorum. & pereuriam eis foedus in die illa cum bestia agri. & cum uoluerit celi. & cum reptili terre. Et arcum et gladium. et bellum conteram de terra. & dormire eos faciam fiducialiter. Et sponsabo te mihi in sempiternum. & sponsabo te mihi in iustitia et iudicio. & in misericordia & miserationibus. & sponsabo te mihi in fide. et scies quia ego dominus. Et erit illa die exaudiam dicit dominus. & exaudiam celos. & illi exaudient terram. et terra exaudiet triticum et uinum. & oleum. & hec exaudient Jezabel. Et seminabo eam mihi in terram. & miserebor eius. que fuit absque misericordia. Et dicam non populo meo. populus meus est tu. & ipse dicet. Deus meus es tu.

Et dixit dominus ad me. Adhuc uade & dilige mulierem dilectam amico & adulteram. sicut diligit dominus filios israel. & ipsi respectant ad deos alienos. & diligunt uinacia uinarum. Et fodi eam mihi quindecim argenteis. & choro hordei. & dimidio choro hordei. Et dixit ad eam. Dies multos expectabis me. No

Et dixit dominus ad me. Adhuc uade & dilige mulierem dilectam amico & adulteram. sicut diligit dominus filios israel. & ipsi respectant ad deos alienos. & diligunt uinacia uinarum. Et fodi eam mihi quindecim argenteis. & choro hordei. & dimidio choro hordei. Et dixit ad eam. Dies multos expectabis me. No

fornicaberis & non eris uiro sed ego ex-
pedabo te. Quia dies multos sedebunt filij
israel sine rege & sine principe & sine sa-
crificio et sine altari & sine ephod & sine
theraphim. Et post hec reuertentur filij
isrl & querent dominum deum suum &
Dauid Regem suum & pauebunt ad domi-
num & ad bonum eius in nouissimo die.

Vdite uerbum domini fi-
ly isrl quia iudicium dno
cum habitatorib' terre. No
est enim uentus & non e-
misericordia & non est scientia dei in te-
ra. Maledictum et mendacium & homi-
cidium & furtum & adulterium inunda-
uerunt. et sanguis sanguinem tetigit. Prop-
ter hoc lugebit terra & infirmabitur om-
nis q' habitat in ea. In bestia agri & in
uolueri celi sed & pisces maris congre-
gabuntur. Veruntamen unusquisq' non
iudicet et non arguatur uir. Populus ri-
tuus sicut hi q' contradicunt sacerdoti.
Et corruet hodie & corruet etiam ppheta
tecum. Nocte tacere feci matrem tuam.
Conticuit populus meus eo q' non habuerit
scientiam. Quia tu scientiam repulisti. repel-
lam te ne sacerdotio fungaris mibi. Et obli-
ta es legis dei tui. obliuiscar filioeum tuore
et ego. Secundum multitudinem eorum
sic peccauerunt mibi gloriam eorum in o-
ignominiam commutabo. Peccata populi
mei comedent & ad iniquitatem eorum
subleuabunt animas eorum. Et erit sicut
populus sic sacerdos. Et uisitabo sup eum
uis eius & cogitationes eius reddam ei.
Et comedent & non saturabuntur. Formica

ti sunt & non cessauerunt. quoniam domi-
num dereliquerunt in non custodiendo.
Fornicatio & uinum et ebrietas auferunt
cor. Populus meus in ligno suo interrogauit
& baculus eius annuntiavit ei. Spiritus
enim fornicationum decepit eos. & forni-
cati sunt a deo suo. Super capita montium
sacrificabant & super colles accendebant
thymiana subtus quercum et populum
& terebinthum. quia bona erat umbra ex.
Ideo fornicabuntur filie uestre. & spon-
se uestre adulterix erunt. Non uisitabo
super filias uestras cum fuerint fornicate.
& super sponas uestras cum adulteraue-
rint. quoniam ipsi cum meretricibus con-
uertabantur & cum effeminatis sacrifica-
bant. & populus non intelligens uapul-
abit. Si fornicaris tu israel non delinqt
saltem iuda. Et nolite ingredi in galga-
la & ne ascenderitis in bethaun. neque
iuraueritis uiuit dominus. Quoniam si-
cut uacca lasciuens declinauit israel.
Nunc pascet eos dominus. quasi agnum
in latitudine. Particeps idolorum ephra-
im dimitte eum. Sepatum est conuiuius
eorum. fornicatione fornicati sunt. dile-
xerunt afferre ignominiam protectores
eius. Ligauit eum spiritus in alis suis &
confundentur a sacrificijs suis.

Vdite hoc sacerdotes & at-
tendite domus isrl. et do-
mus regis auscultate. quia
uobis iudicium est. Quoni-
am laqueus facti estis peculationi et sicut
rete expansum super thabor & uedinas
declinastis in profundum. Et ego erudi-

a facie terre dicit dominus congregans

hominem & pecus congregans uolatilia
caeli & pisces maris. Et ruinae impiorum
erunt. et disperdam homines a facie terre
dicit dominus. Et extendam manum m'
am super iudam & super omnes habit'
tores hierusalen. et disperdam de loco i-
hee reliquias Baal. & nomina edituorum
cum sacerdotibus. et eos q adorant super
tecta militiam caeli. & adorant & iurant
in domino & iurant in Melchon. et qui
auertuntur de post tergum domini. & q

non quaesierunt dominum. nec inuestiga-
uerunt eum. Silete & facio domini dei. i
qua uisita est dies domini. Quia prepara-
uit dominus hostiam. sanctificauit uoca-
tos suos. Et erit in die hostiarum domini ui-
sitato super principes & super filios re-
gis & super omnes qui indui sunt ueste pe-
regrina. Et uisitato super omnem qui ar-
rogantur ingreditur super lumen in die
illa qui complet domum domini de sui-
uinitate & dolo. Et erit in die illa dicit
dominus uox clamoris a porta piscium &
ululatus a secunda & contritio magna
a collibus. Ululate habitatores pile. Et
tunc omnis populus chanaan disperiet
omnes inuoluti argento. Et erit in tempo-
re illo serutabor hierusalem in lucernis. &
uisitato super uiros defixos in secibus suis.
qui dicunt in cordibus suis. Non faciet
bene dominus. & non faciet male. Et erit
fortitudo eorum in direptionem. & i
domus eorum in desertum. Et edificabit
domos & non habitabunt. & planctabunt
uineas et non bibent uinum earum. Iuxta
est dies domini magnus. iuxta est et ue-
loce nimis. Secunda dies domini amara. tribu-
labitur ibi fortis. Dies irae. dies illa. dies
tribulationis et angustiae. dies calamita-
tis & miseriae. dies tenebrarum et caligis.
dies nebulae & turbinis. dies tulle et clan-
goris super ciuitates munitas & super
angulos excelsos. Et tribulabo homines.
& ambulabunt ut caeci. quia domino pec-
cauerunt. Et effundetur sanguis eorum
sicut humus. & corpora eorum sicut ster-
cora. Sed et argentum eorum & aurum i
eorum non poterit liberare eos in die irae

domini. In igne = eli eius deuorabit omnis
terra. qui consumptionem eum festinatione
faciet cunctis habitantibus terram.

Onuenite congregamini o-
gms non amabit priusq. p-
tial uisio quasi puluerem
transcuntem diem antequa
ueniat super uos ira furoris domini anteq-
ueniat super uos ira indignationis domini.
Querite dominum omnes mansueti terrae.
quia iudicium eius estis operati. Querite i-
iustum. Querite mansuetum. si quo modo
abscondamini in die furoris domini. Quia
gaza destructa erit. et a scalon in deser-
tum. Azotum in meridie eijcient. & ac-
chalon eradicabitur. Ne qui habitatis fun-
culum maris gens perditionum. Verbum
domini super uos chanaan terra philistin-
rum. & disperdam te ita ut non sit inha-
bitator. Et erit funiculum maris requie-
pastorum & caula pecorum. Et erit fu-
niculus eius qui remanserit de domo iuda.
Ibi pascuntur in domibus a scalonis. ad ues-
peram requescent quia uisitabit eos dominus
deus eorum. & auertet captiuitatem eorum.
Audiui obprobrium moab & blasphemiam
filiorum ammon que exprobrauerunt po-
pulo meo. & magnificati sunt super ter-
minos eorum. Propterea uiuus ego dicit
dominus exercituum deus israel. Quia o-
moab & sedomia erit. & filij ammon
quasi gomorreis sicut spinarium. & acci-
in salis. & desertum usq. in eternum. Re-
liquae Populi mei diripient eos. residui
gentis mee possidebunt illos. haec est uen-
ticia pro superbia sua. qua blasphemauerunt

& magnificati sunt super populum domini
exercituum. Horribilis dominus super eos.
attenuabit omnes deos terre. Et adorabunt
eum uiri de loco suo omnes insule gentium.
Sed & uos ethiopes interfecisti gladio meo eri-
tis. Et extendet manum suam super aquilo-
nem & perdet Assur. Et ponet specio-
sam in solitudinem & in inuium & quasi
desertum. Et accubabunt in medio eius
greges omnes bestie gentium & onocrota-
lus & hericeus in luminibus eius morabuntur.
Vox cantantis in fenestra. coruus in super-
liminari. quoniam attenuabo robur eius.
Hec est ciuitas gloriosa habitans in confi-
dentia. quae dicebat in corde suo. Ego sum
& extra me non est alia amplius. Quomo-
do facta est in desertum cubile bestie.
Omnis qui transit per eam sibilabit. & moue-
bit manum suam.
Et prouocatrix et redemptrix
ciuitas columba. Non au-
diuit uocem. & non suscepit
disciplinam. In domino non
est confisi. ad deum suum non appropin-
quauit. Principes eius in medio eius. qua-
si leones rugientes. Iudices eius lupi uespe
non relinquebant in mane. Prophete ei
uesant uiri infideles. Sacerdotes eius pol-
luerunt sanctum. iniuste egerunt contra
legem. Dominus iustus in medio eius non
faciet iniquitatem. Mane mane iudicium
suum dabit in luce. & non abscondetur.
Nesciuit autem iniquus confusionem. Disp-
didi gentes & dissipati sunt anguli eorum.
Desertas feci uias eorum. dum non est qui
transit. Desolate sunt ciuitates eorum.

non remanente uiro neq. ullo habitatore.
Dixi. attamen timebis me. suscipies disci-
plinam. Et non peribit habitaculum eius.
propter omnia in quibus uisitauit eam.
Veruntamen diluculo surgentes corrupe-
runt omnes cogitationes suas. Quapropter
expecta me dicit dominus in die resur-
rectionis mee in futurum. quia iudicium
meum ut congregem gentes & colligam
regna. Et effundam super eos indigna-
tionem meam omnem iram furoris mei.
In igne enim zeli mei deuorabitur omnis
terra. Quia tunc reddam populis labium
electum ut inuocent omnes nomen domi-
ni & seruiant ei humero uno. Nitra. flv-
mina ethiopiae. unde supplices mei. filij di-
perforum meorum deferent munus mihi.
In die illa non confundetis super cunctis
adiuentionibus tuis. quibus prouocata
es in me. Quia tunc auferam de medio
tui magniloquos superbie tue. & non
adycies exaltari amplius in monte sanc-
to meo. Et derelinquam in medio tui po-
pulum pauperem et egenum & sperabit
in nomine domini. Reliquie israel non
facient iniquitatem. nec loquentur in
dauim. & non inuenietur in ore eorum
lingua dolosa. Quoniam ipsi pascentur
et accubabunt & non erit qui ex terre
at. Lauda filia syon. tubila iherusalem.
re & exulta in omni corde filia hierusalem.
Abstulit dominus iudicium tuum. auc-
tit inimicos tuos. Rex israel dominus in
medio tui. non timebis malum ultra. In
die illa dicetur hierusalem. Noli time-
re syon. non dissoluantur manus tue.
Dominus deus tuus in medio tui for-

tis ipse saluabit. Gaudebit super te in le-
citia. silebit in dilectione tua & exulta-
bit super te in laude. Nugas qui a lege
recesserant congregabo quia ex te erant
ut non ultra habeas super eis obprobrium.
Eccc ego interficiam omnes qui affluerunt
te in tempore illo & saluabo claudican-
tem & eam que cecida fuerant congre-
gabo. Et ponam eos in laudem et in no-
men in omni terra. confusionis eorum
in tempore illo quo adducam uos & in
tempore quo congregabo uos. Dabo eni
uos in nomen et in laudem omnibus popu-
lis terrae cum conuertero captiuitatem
uestram coram oculis uestris dicit do-
minus.

IEREMIAS

propheta ob causam
perituri Sedechie re-
gis ut historia libri
secundi palypomeno
indicat qui fidem
pmissam Nabuchodonosor regi dul-
deorum non seruauerat. Populum isrl
refert cum memorato Rege hierusalem
expugnata hierlm captiuum in Babylo-
nem fuisse perductum. Sed cum memo-
ratus populus multis temporibus idolis se-
uendo & effusione sanguinis innocen-
se grauer impiaffer. uolens deus gene-
rationem uniuersam eiusdem populi ob
causas memoratas penitus deperire. sep-
tuaginta annorum captiuitatem eundem
populum in regno chaldeorum statuit

sustinere. hac ratione ut completo nume-
ro annorum. nouus populus a memoratis
peccatis immunis ad reuocandam hierlm pe-
ueniret. Sexagesimo itaq; secundo anno
regno chaldeorum subuerso q; adhuc octo a-
ni restabant ad regnandum. quod etiam
secunda uisio Danielis ostendit. cum propter
causam sacrilegy que eadem uisione contine-
tur fuisse extinctum. Darius qui Medis
perabat. ut septima uisio Danielis osten-
dit. memoratus in regno successit. Cuius
primo anno regni. ut decima uisio Danie-
lis manifestat. Daniel supputatis annis ui-
dens appropinquare tempus reuersionis q;
per hierimum fuerat promissa orans tam-
pro se q; pro populo. eandem promissionem
a deo postulabit impleri. cui per Gabrie-
lem arcangelum in eadem uisione iuxta
preces eiusdem. uniuersa completa esse
deus dixit. Nam moriente supradicto
Dario rege Medorum. & succedente in
regno Cyro Rege persarum. pmissione
dei completa per eundem regem Popu-
lumq; isrl in hierusalem reductum histo-
ria secundi libri palypomenos. & mitui
Esdre prophete confirmant. Cuius a po-
pulo isrl et senioribus templum dei. edi-
ficari coepisset. mortuo Cyro rege ac re-
gnante Dario rege persarum q; memora-
to Cyro successerat. uicine gentes ciuita-
tis hierusalem ut idem Esdras refert. re-
stitutionem templi & ciuitatis resisten-
do impedire coeperunt. Qua ratione de-
territus populus isrl. reparationem su-
pradicti templi domini. nec dum iuxta
pmissionem concessa esse credebat. Propter
quod in secundo anno regni memorati

N ANNO
SECUN
do Darij re-
gis in men-
se sexto ve-
die una me-
sis factum e-
uerbum dñi
in manu Aggei prophete ad Zorobabel
filium Salathiel ducem iuda & ad Iesus
filium Josedech sacerdotem magnum di-
cens. Hec ait dominus exercituum dicit
P opulus iste dicit. Nondum uenit tē-
pus domus domini edificande. Et factum
est uerbum domini in manu Aggei
prophete dicens. Nunquid tempus uobis
est ut habitetis in domibus laqueatis &
domus ista deserta. Et nunc hec dicit
dominus exercituum. Ponite corda uestra
super uias uestras. Seminastis multum &
intulistis parum. Comeditis & non estis
satiati. Bibistis et non estis inebriati.
O peruistis uos & non estis calefacti. Et
qui mercedes congregauerunt. misit eas in

saeculum pertusum. Hec dicit dominus
exercituum. Ponite corda uestra super
uias uestras. Ascendite in montem por-
tate ligna & edificate domum & ac-
ceptabilis mihi erit & glorificabor dicit
dominus. Respexistis ad apli ecce factum
est mirum. Et intulistis in domum et ex-
sufflaui illud. Quam ob causam dicit do-
minus exercituum. Quia domus mea
deserta est & uos festinastis unusquisque
in domum suam. Propter hoc super uos p-
hibita sunt caeli ne darent rorem & ter-
ra prohibita est ne daret germen suum.
Et uocaui siccitatem super terram et super
montes & super triticum & super uinum
et super oleum et quaecumque profert humi
& super homines & super iumenta & se-
per omnem laborem manuum. Et audiuit
Zorobabel filius Salathiel & Iesus filius
Josedech sacerdos magnum et ceteri reliqui
populi uocem dei sui & uerba Aggei
prophete sicut misit dominus deus eorum
ad eos & timuit omnis populus a fa-
cie domini. Et dixit Aggeus nuntius

domini de nuntijs domini populo dicent.
Ego uobiscum sum dicit dominus. Et susci-
tauit deus spiritum Zorobabel filij Sala-
thiel ducis iuda et spiritum Iesv filij Jo-
sedech sacerdotis magni & spiritum reli-
quorum de omni populo & ingressi sunt
& faciebant opus in domo domini exe-
cituum dei sui.

N die uicesima et quar-
ta mensis in sexto mensi
anno secundo Darij Re-
gis in septimo mense uic-
sima et prima mensis factum est uer-
bum domini in manu Aggei prophete
dicens. Loquere ad Zorobabel filium
Salathiel ducem iuda & ad Iesum filium
Josedeck sacerdotem magnum & ad re-
liquos populi dicens. Quis in uobis est
derelictus q uidit domum istam in glo-
ria sua prima. Et quid uos uidetis huc
nunc. Nunquid non ita est quasi no-
sit in oculis uestris. Et nunc conforta-
re. Zorobabel dicit dominus & confor-
tare Iosiu filij Josedeck sacerdos magne &
confortare omnis populus terre dicit
dominus exercituum & facite quoniam
ego uobiscum sum dicit dominus exca-
cituum. Verbum quod pepigi uobiscum
cum egredereimini de terra egypti &
spiritus meus erit in medio uestrum.
Nolite timere qd huc dicit dominus exe-
cituum. A dhuc unum mollicum est &
ego commouebo celum & terram & ma-
re & aridam. Et mouebo omnes gentes
et ueniet desideratus cunctis gentibus.
Et implebo domum istam gloria dicit do-

minus exercituum. Meum est argentum
& meum est aurum dicit dominus exer-
cituum. Magna erit gloria domus istius
nouissime plusq; prime dicit dominus
exercituum. Et in loco isto dabo pacem
dicit dominus exercituum. In uicesima
& quarta noni mensis in anno secundo Da-
rij regis factum est uerbum domini ad
Aggeum prophetam dicens. Hec dicit
dominus exercituum. Interroga sacer-
dotes legem dicens. Si tulerit homo car-
nem sanctificatam in ora uestimenti sui
& tetigerit de summitate eius panem aut
pulmentum aut unum aut oleum aut o-
mnem abum nunquid sanctificabitur.
Respondentes autem sacerdotes dixe-
runt. Non. Et dixit Aggeus. Si teti-
gerit pollutus in anima ex omnibus his
nunquid contaminabitur. Et responde-
runt sacerdotes & dixerunt. Contami-
nabitur. Et respondit Aggeus & dixit.
Sic populus iste et sic gens ista ante faci-
em meam dicit dominus & sic omne o-
pus manuum eorum & omnia que obtu-
lerunt ibi contaminata erunt. Et nunc
ponite corda uestra a die hac & supra
ante & ponetur lapis super lapidem
in templo domini cum accedatis ad
aceruum uiginti modiorum & fient
decem & intratis ad torcular ut expri-
meretis quinquaginta lagenas et fiant
uiginti. Percussi uos uento urente &
aurugine & grandine omnia opera ma-
nuum uestrarum & non fuit in uobis q
reuerteretur ad me dicit dominus. Po-
nite corda uestra ex die ista & in futu-
rum a die uicesima et quarta noni men-

lis a die qua fundamenta iactata sunt in
templi domini ponite super cor uestrum.
Nunquid iam semen in germine est? Et
adhuc uinea & ficus et malgranatum
et lignum oliue non floruit. Ex die
ista benedicam. Et factum est uerbum
domini secundo ad Aggeum in uicesima
et quarta mensis dicens. Loquere ad Zo-
robabel Ducem iuda dicens. Ego moue-
bo celum pariter et terram & subuer-
tam solium regnorum & conteram for-
titudinem regni gentium. Et subuertam
quadrigam et ascensorem eius & descen-
dent equi & ascensores eorum uir in
gladio fratris sui. In die illo dicit domi-
nus exercituum assumam te Zorobabel
fili Salathiel serue meus dicit dominus
& ponam te quasi signaculum quia te e-
legi dicit dominus exercituum.

Aggeus

SECUNDO AN-
no Dary regis me-
dorum Aggeus et
Zachariam prophe-
tasse: lectiones eorun-
dem declarant. Sed
huc de causa Aggeus Zacharie in ordine
prophetarum prelati esse uidetur. quia
cum duobus mensibus ut predictorum lec-
tiones ostendunt in philosophia precessi-
uenerunt & ad reparationem templi
precepto dei populum animasse ut Esdras
refert dicens In secundo anno Dary re-
gis persarum prophetauerunt Aggeus

et Zacharias filius Aeldo prophete super
iudeos qui erant in iuda et iherusalem su-
per israel in nomine dei super eos. Tunc sur-
reuerunt Zorobabel filius Salathiel &
Iesus filius Iosedech & principes eius in-
choaueruntque edificare domum dei que e-
st in iherusalem. Quibus cum adessent prophe-
te exhortatione sua adiuuerunt eos. Nam
& populum israel ab imitatione patrum
delictorum per suam admonitionem idem
propheta cupiens reuocare uerbis lectione
comprehensus usus est. Vidi nocte & ecce
uir ascenderat super equum rubeum & c.
Vidit propheta uirum equo rubeo scien-
tem & stantem in medio myrteti umbrosi
cuius uisionis hec solutio est. Vir ascendit
equum rubeum licet angelus intelligat
tamen quia predicti coloris equum con-
scendere uisus est. uindictam sanguinis
cum gentem significat afferendam que
populum israel in captiuitatem redegit.
Nam et Esaias propheta per ruborem uesti-
mentorum inter gentes uindictam cum
sanguine a deo proferendam demonstrat
his uerbis usus est dicens. Quis est iste
qui uenit de edom tinctis uestibus de
bosra & c. Stantem uero in medio myr-
teti umbrantis qui dixit. Letitiam populo
affuturam per myrteti significationem uo-
luit designari. Eius ligni Moyses in le-
uitico cum faceret mentionem ait. Accipie-
tis die prima fructus ligni speciosi. ut le-
titiam populi per bene olentis ligni & spe-
ciosi umbraculum demonstraret. Sed huc
uisionem que liberationem populi & uin-
dictam de aduersariis affuturam demo-
strat ob hec nocte propheta se uidisse i

memoratur quia populum israel in prima liberatiōe de terra egypti noctu discessisse constat cuius exempli quia presens populus aliquam partem in se retinere uidebatur liberatio eiusdem ac reditus captiuitatis de terra chaldeorum per noctem prophetice est reuelata.

ZACHARIAS P.
memor domini sui m.
tiplez in propheta Ie.
sum cum uestibz sordid.
dis & lapidem oculor.

septem candelabrumq aureum cum totide lucernis quot oculis duas quocque oliuas a sinistris lampadis cernit & a dextris o & post equos rufos uarios albos & dissipatas quadrigas ex ephraim & equum de hierusalem pauperem regem uaticinatur et predict. R. egem sedentem sup pullum filium asine subuugat.

[Faint bleed-through text from the reverse side of the page, including a large initial 'Z' and other illegible words.]

N MEN-
SE OCTA-
in anno secu-
do Dary re-
gis factum
est uerbum
domini ad
Zachariam

filium Barachie filij Ado prophetam.
I ratus est dominus super patres uestros
iracundia. Et dices ad eos. Hec dicit
dominus exercituum. Conuertimini ad
me ait dominus exercituum. Et conuer-
tar ad uos dicit dominus exercituum.
N e sitis sicut patres uestri ad quos clama-
bant prophete priores dicentes. Hec di-
cit dominus exercituum. conuertimini
de uis uestris malis & cogitationibus
uestris pessimis & non audierunt neq;
attenderunt ad me dicit dominus. Pres
uestri ubi sunt & prophete. Nunquid
in sempiternum uiuent. Veruntamen uer-
ba mea et legitima mea que mandauit
uis meis prophetis. nunquid non compre-

henderunt patres uestros. Et conuer-
si sunt & dixerunt. Sicut cogitauit do-
minus exercituum. facere nobis secundu-
uam nostras & secundum aduentiones
nostras fecit nobis in die uicesima et
quarta undecim mensis Sabbath in an-
no secundo Dary factum est uerbum
domini ad Zachariam filium Barachie
filij Ado prophetam dicens. Vidi per
noctem. & ecce uir ascender per equum
rufum & ipse stabat inter myrteta que
erant in profundo & post eum equi ru-
fi uarij et albi. Et dixi. Quid sunt isti do-
mine mi. Et dixit ad me. angelus do-
mini q loquebatur in me. Ego ostendam
tibi quid sint hec. Et respondit uir qui
stabat inter myrteta & dixit. Ista sunt
quos misit dominus ut perambulent
terram. Et responderunt angelo dñi.
qui stabat inter myrteta & dixerunt.
Perambulauimus terra & ecce omnis te-
ra habitatur & qesit. Et respondit
angelus domini & dixit. Domine exer-
cituum usq; quo tu non miseraberis hieitj

et urbium iuda quibus iratus es. Iste sepe
gesinus annus est. Et respondit dominus
angelo q loquebatur in me uerba bona
uerba consolatoria. Et dixit ad me an
gelus q loquebatur in me. Clama dicens
Hec dicit dominus exercituum. Zelatus
sum hierusalem et syon zelo magno. Et
ira magna ego irascor super gentes opule
tas quia ego iratus sum parum ipsi uero
adiuuerunt in malum. Propterea hec
dicit dominus. Reuertar ad hierusalem
in misericordis & domus mea edificabitur
in ea ait dominus exercituum &
perpendicularum extendetur sup hierusa
lem. Adhuc clama dicens. Hec dicit do
minus exercituum. Adhuc affluent ci
uitates mee bonis & consolabitur adhuc
dominus syon & eliget adhuc hierusa
lem. Et leuaui oculos meos et uidi et
ecce quattuor cornua. Et dixi ad an
gelum q loquebatur in me. Quid sunt
hec? Et dixit ad me. Hec sunt cornua
que uentilauerunt iudam et israel
et hierusalem. Et ostendit mihi dominus quatuor
fabros. Et dixi. Quid isti ueniunt
facere? Qui ait dicens. Hec sunt cornua
que uentilauerunt iudam per singulos
uiros & nemo eorum leuaui caput suum
Et uenerunt isti detertere eos ut deter
rere. ut deiciant cornua gentium que
leuauerunt cornua super terram iuda
ut dispergerent eam.

Et leuaui oculos meos &
uidi & ecce uir & in
manu eius funiculus me
sorum. Et dixi. Quo te

uadis? Et dixit ad me. Ut metur hie
rusalem & uideam quanta sit longitudo eius
& quanta latitudo eius. Et ecce angelus q
loquebatur in me egrediebatur & alius
angelus egrediebatur in occursum eius &
dixit ad eum. Curte loquere ad pueru
istum dicens. Absq muro habitabitur hie
rusalem pre multitudinem hominum & in
mentorum in medio eius. Et ego ero in
dominus murus ignis in circuitu & in glo
ria ero in medio eius. O o o fugite de ter
ra aquilonis dicit dominus quoniam in
quattuor uentos exli dispsi uos dicit do
minus. O syon fuge que habitas apud fili
am babilonis. quia hec dicit dominus exe
rcituum. Post gloriam misit me ad gen
tes que spoliauerunt uos. Qui enim teti
gerit uos tangit pupillam oculi mei. quia
ecce ego leuaui manum meam super eos &
erunt prede his qui seruebant sibi. et
cognoscetis quia dominus exercituum mi
sit me. Lauda & letare filia syon quia
ecce ego uenio et habitabo tui ait domi
nus. Et applicabuntur gentes multe ad
dominum in die illa & erunt mihi in
populum. Et habitabo in medio tui &
scies quia dominus exercituum misit me
ad te. Et possidebit dominus iudam pa
tem suam in terram sanctificata et eliget
adhuc hierusalem. Sileat omnis caro a facie
domini quia consurrexit de habitaculo
sancto suo.

Et ostendit mihi dominus
jesum sacerdotem magnum
stantem coram angelo do
mini et sachan stabat ad

dexteris eius ut aduersaretur ei. Et dixit dominus ad Sathan. Incepit dominus in te Sathan et incepit dominus in te q̄ elegit Hierusalem. Nunquid non iste torrus est erutus de igne? Et Iesus erat indutus uestibus sordidis & stabat ante faciem angeli. Qui respondit & ait dominus qui stabant coram se dicens. Auferte uestimenta sordida ab eo. Et dixit ad eum. **E**cce abstuli a te iniquitatem tuam et induite mutatoris. Et dixit. Ponite cydarium mundum super caput eius. Et posuerunt cydarium super caput eius mundum et induerunt eum uestibus. Et angelus domini stabat & contestabatur angelus domini Iesum dicens. Hæc dicit dominus exercituum. Si uis meis ambulaueris & custodiam meam custodieris. tu quoque iudicabis domum meam et custodies ostia atriæ meæ & dabo tibi ambulantes de his qui nunc hic assistunt. Audi Iesus sacerdos magne ty et amici tui qui habitant coram te. quia uiri portendentes sunt. **E**cce ego adducam seruum meum orientem quia ecce lapis quem dedi coram Iesu super lapidem unum septem oculi sunt. **E**cce ego celabo sculpturam eius. ait dominus exercituum & auferam iniquitatem terræ illius in die una. In die illa dicit dominus exercituum uocabit uir amicum suum subter uincam & subter ficum. **T**reuerus est angelus qui loquebatur in me & suscitauit me quasi uirum & suscitatur de somno suo. **E**t dixit ad me. Quid tu tu des? Et dixit

Vidi & ecce candelabrum aureum totum et lampas eius super caput ipsius & septem lucernas eius super illud & septem infusoria lucernis que erant super caput eius & duæ oliuæ super illud una a dextris lampadis & una a sinistris eius. Et respondi & aio ad angelum qui loquebatur in me dicens. Quid sunt hæc domine mi? Et respondit angelus qui loquebatur in me & dixit ad me. Nunquid nescis quid sunt hæc? Et dixi. Non domine mi. Et respondit & ait ad me dicens. Hæc est uerbum domini ad Zorobabel dicens. Non in exercitu nec in robore sed in spiritu meo dicit dominus exercituum. Quis tu magnus coram Zorobabel in planum? Et eclucet lapidem primarium & exequabit gratiam gratiæ eius. Et factum est uerbum domini ad me dicens. Manus Zorobabel fundauerunt domum istam & manus eius perficient eam & scietis quia dominus exercituum misit me ad uos. Quis enim despicit dies paruos? Et letabuntur & uidebunt lapidem stantem in manu Zorobabel. Septem sunt isti oculi domini qui discurrent in uniuersam terram. Et respondi & dixi ad eum. Quid sunt duæ oliuæ istæ ad dexteram candelabri & ad sinistram eius? Et respondi secundo & dixi ad eum. Quid sunt duæ spicæ oliuarum que sunt iuxta duo rostra aurea in quibus sunt infusoria ex auro? Et ait ad me dicens. Nunquid nescis quid sunt hæc? Et dixi. Non domine mi. Et dixit. Isti sunt duo filij olei qui assistunt dominatori uniuersæ terræ.

T conuersus sum & leuaui
oculos meos & uidi et
ecce uolumen uolans. Et
dixit ad me: Quid tu ui
des? Et dixi: Ecce ego uidi uolumen uo
lans. Longitudo eius uiginti cubitorum &
latitudo eius decem cubitorum. & dixit ad
me: Hæc est maledictio que egreditur
super faciem omnis terre: quia omnis fur si
cut: ibi scriptum est: iudicabitur et omnis
iurans ex hoc similiter iudicabitur. Et ducit
illud dicit dominus exercituum & ueniet
ad domum furis & ad domum iurantis in
nomine meo mendaciter & commorabitur
in medio domus eius & consumet eam et
ligna eius et lapides eius. Et egressus est
angelus qui loquebatur in me: & dixit ad
me: Leua oculos tuos et uide: Quid est
hoc quod egreditur? Et dixi: Quid nam
est? Et ait: Hæc est amphora egredietis.
Et dixit: hæc est oculus eorum in uniuersa
terra. Et ecce talentum plumbi porta
batur & ecce mulier una sedens in medio
amphore. Et dixit: hæc est impietas. Et
proiecit eam in medio amphore & misit
massam plumbeam in os eius. Et leuaui o
culos meos & uidi & ecce duæ mulieres
egredientes & spiritus in alis earum. Et
habebant alas quasi alas milui & leuaue
runt amphoram inter terram et celum.
Et dixi ad angelum qui loquebatur in me:
Quo iste deferunt amphoram? Et dixit
ad me: Ut edificetur ei domus in terra
Sennaar & stabilatur et ponatur ibi se
per basem suam.

T conuersus sum & leuaui
oculos meos & uidi et
ecce quattuor quadrigæ
egredientes de medio de
orum montium & montes montes erit.
In quadriga prima equi rufi. in quadri
ga secunda equi nigri. in quadriga tertia
equi albi & in quadriga quarta equi u
ry & fortes. Et respondi & dixi ad an
gelum qui loquebatur in me: Quid sunt hæc
domine in? Et respondit angelus & ait
ad me: Isti sunt quattuor uenti celi qui
egreduntur ut stent coram dominatore
omnis terre. In qua erant equi nigri egre
diebatur in terram aqilonis & albi egre
si sunt post eos & uary egressi sunt ad
terram austrum. Quæ autem erant robustissi
mi exierunt & querebant ut & disci
rent per omnem terram. Et dixit: Ite
& perambulate terram. Et perambulaue
runt terram. Et uocauit me & locutus
est ad me dicens: Ecce qui egreduntur
in terram aqilonis. requescere fecerunt spi
ritum meum in terra aqilonis. Et factu
est uerbum domini ad me dicens: Sume
& transmigratione ab oldai et a Thobia
& ab jdaia et uenies tu in die illa & in
trabis domum josiæ filij Sophonie qui
uenerunt de Babylone & sumes aurum
& argentum & facies coronas et pones
in capite jesu filij josedech sacerdotis ma
gni & loquens ad eum dicens: Hæc ait
dominus exercituum dicens: Ecce uis
orientis nomen eius. & subter eum orientis
& edificabit templum domino & ipse
extruet templum domino. Et ipse por
tabit gloriam & sedebit et domina

bitur super solio suo. Et erit sacerdos super solio suo. & consilium pacis erit inter illos duos. Et coronæ erunt Helem & Thobie & Jdaie & Hen filio Sophonie memoriale in templo domini. Et qui procul sunt uenient & edificabunt in templo domini. Et scietis quia dominus exercituum misit me ad uos. Erit autem hoc si auditu audieritis uocem domini & uerba uestri.

Et factum est in anno quinto Dary regis factum est uerbum domini ad Zachariam in quarta mensis nomi q. est casleu. Et miserunt ad domum dei Saraiar & Tognomelech & uiri q. erant cum eis ad peccandum faciem domini. ut dicerent sacerdotibus domus domini exercituum & prophetis loquentes. Nunquid flendum est tibi in quinto mense. ut sanctificare me debeo. sicut feci iam multis annis. Et factum est uerbum domini exercituum ad me dicens. Loquere ad omnem populum terre & ad sacerdotes dicens. Cum ieiunaretis & plangeretis in quinto & septimo per hos septuaginta annos nunquid ieiunium ieiunastis mihi. Et cum comedistis & bibistis. nunquid non uobis comedistis & uobismetipsis bibistis. Nunquid non sunt uerba que locutus est dominus in manu prophetarum priorum cum adhuc hierusalem habitaretur & esset opulenta. & ipsa. et urbes in circuitu eius & ad austrum in campestribus habitaretur. Et factum est uerbum domini

ad Zachariam dicens. Hæc dicit dominus exercituum dicens. Iudicium uerum iudicate & misericordiam & misericordiam facite unusquisque cum fratre suo. Et uiduam & pupillum et aduenam & pauperem nolite calumniari & malum uiri fratri suo non cogitet in corde suo. Et noluerunt attendere. et auerterunt seculam recedentes & aures suas aggrauauerunt ne audirent. et cor suum posuerunt ut adamantem ne audirent legem et uerba que misit dominus exercituum in spiritu suo sancto per manum prophetarum priorum. Et facta est indignatio magna a domino exercituum. Et factum est sicut locutus sum & non audierunt. sic clamabunt. et non exaudiam dicit dominus exercituum. Et disperi eos per omnia regna que nescierunt. et terra desolata est ab eis eo q. non esset transiens & reuertens & posuerunt terram desiderabilem in desertum.

Et factum est uerbum domini exercituum dicens. Hæc dicit dominus exercituum. Zelatus sum syon zelo magno. et indignatione magna. zelatus sum eam. Hæc dicit dominus exercituum. Reuersus sum ad syon & habitabo in medio hierusalem. Et uocabitur hierusalem ciuitas ueritatis & mons domini exercituum mons sanctificatus. Hæc dicit dominus exercituum. Adhuc habitabunt senes & anus in plateis hierusalem & uir baculus in manu eius pro multitudine dierum. Et platee ciuitatis con-

plebuntur infantibus & puellis ludentibus
in plateis eius. Hæc dicit dominus exerci-
tuum. Si uidebitur difficile in oculis
reliquiarum populi huius in diebus illis
nunquid in oculis meis difficile erit. dicit
dominus exercituum. Hæc dicit dominus
exercituum. Ecce ego saluabo populum
meum de terra orientis & de terra occi-
sus solis & adducam eos et habitabunt
in medio hierusalem et erunt mihi in popu-
lum & ego ero eis in deum in ueritate &
in iustitia. Hæc dicit dominus exerciti-
um. Confortentur manus uestre quia auditi
in his diebus sermones istos per os prophe-
tarum in die quo fundata est domus
domini exercituum ut templum edific-
retur. Siquidem ante dies illos merces
hominum non erat nec merces iumento-
rum erat neque introeunti neque exeunti
erat pax prope tribulationem & dimisi om-
nes homines unumquemque contra proximum
suum. Nunc autem non iuxta dies pri-
ores ego faciam reliquijs populi huius
dicit dominus exercituum. sed semen pa-
cis erit. Vinea dabit fructum suum &
terra dabit germen suum. Et caeli da-
bunt rorem suum et possidere faciam
reliquias populi huius uniuersa hæc.
Et erit sic erit maledictio in gentibus
domus iuda et domus israel. sic saluabo
uos & eritis benedictio. Nolite time-
re. Confortentur manus uestre quia
hæc dicit dominus exercituum. Sicut
cogitavi ut affligerem uos cum ad ir-
cundiam prouocassent patres uestri me
dicit dominus & non sum misertus. sic
conuersus cogitavi in diebus istis ut be-

nefaciam domum iuda et hierusalem.
Nolite timere. Hæc sunt ergo uerba quae
facietis. Loquimini ueritatem unusquisque
cum proximo suo. Veritatem et iudicium
pacis iudicate in portis uestris & unusquisque
que malum contra amicum suum ne co-
gitetis in cordibus uestris & iuramentis
mendace ne diligatis. Omnia enim hæc
sunt quae celi dicit dominus. Et factum
est uerbum domini exercituum ad me
dicens. Hæc dicit dominus exercituum.
Ieiunium quarti et ieiunium quinti & iei-
unium septimi & ieiunium decimi erit
domui iuda in gaudium et letitiam et
in solemnitates preclaras. Veritatem tamen
et pacem diligite. Hæc dicit dominus
exercituum. Usque quo ueriant populi &
habitent in ciuitatibus multis et uadant
habitantes unus ad alterum dicentes.
Eamus & deprecemur faciem domini
& queramus dominum exercituum. Va-
dam etiam ego. Euenient populi mul-
ti & gentes robusti ad querendum do-
minum exercituum in hierusalem et depre-
candam faciem domini. Hæc dicit domi-
nus exercituum. In diebus illis in quibus
apprehendent decem homines ex omnibus
linguis gentium et apprehendent sumbram
uiri iuda dicentes. ibimus uobiscum.
Audiuimus enim quoniam deus uobiscum est.

Nus uerbi domini in te-
ra. A drach & Damasci re-
quia eius quia dominus
est oculus hominis et om-
nium tribuum israel. Emath quoque in-
terminus eius & tyris et syon. A sup

serunt quippe sibi sapientiam ualde. Et edificauit Tyrus munitionem suam. & conueruauit argentum quasi humum. et aurum ut lutum platearum. Ecce dominus possidebit eam. & percutiet in mari fortitudinem eius. et hæc igni deuorabit. **V**idebit Ascalon et timebit. & Gaza & dolebit nimis. & Accaron. quoniam confusa est spes eius. Et peribit rex de Gaza. et Ascalon non habitabitur. Et sedebit separator in Azoto. & disperdam superbis philistinorum. Et auferam sanguinem eius de ore eius. & abominatioes eius de medio dentium eius. Et relinquet etiam ipse deo nostro. & erit quasi dux in iuda. & Accaron quasi Jebuseus. Et circūdabo domum meam. ex his qui militant mihi euntes. & reuertentes. & non transibit super eos ultra exactor. quia nunc uidi in oculis meis. Exulta satis filia syon. uibila filia hierusalem. Ecce rex tuus uenit. et iustus. et saluator. ipse pauper. & ascēdens super asinam. & super pullum filii asine. Et disperdam quadrigam ex ephraim. & equum de hierusalem. & dissipabitur arcus belli. Et loquetur pacem gentibus. & potestas eius a mari usque ad mare. et a fluminibus usque ad fines terre. **T**u quoque in sanguine testis tui emisisti uictos tuos de lacu in quo est aqua. Et nūc timini ad munitionem uncti spei. Hoc die quoque amuntians duplicia releda tibi. quoniam extendi mihi iudam quasi arcum impleui ephraim. Et suscitabo filios tuos syon super filios tuos grecia. & ponam te quasi gladium fortium. Et dominus deus super eos uidebitur. et exibit

ut fulgur iaculum eius. Et dominus deus in tuba canet. & uadet in turbine austri. Dominus exercituum proteget eos. & deuorabunt. & subiciant lapidibus funde. Et bibentes inebriabunt quasi a uino. & replebuntur ut phiale. & quasi cornua altaris. Et saluabit eos dominus deus eorum in die illa. ut grege populi sui. quia lapides sancti deuabuntur super terram eius. Quid enim bonum eius est. & quid pulchrum eius. nisi frumentum electorum. & uinum germinat uirgines.

Et tunc a domino pluuiam in tempore serotino. & dominus faciet niuem et pluuiam uirginis. & dabit eis singulis herbam in agro. Quia simulacra locuta sunt inutile. & diuini uiderunt mendacium. & somnatores locuti sunt frustra. et uane consolabantur. Jecireo adducti sunt quasi grex. affligentur quia non est eis pastor. Super pastores natus est furor meus. et super hircos uisitabo. Quia uisitauit dominus exercituum gregem suum domum iuda. & posuit eos quasi equum glorie sue in bello. Ex ipso angulus. & ex ipso paxillus. ex ipso arcus prelii. & ex ipso egredietur omnis exactor sit. Et erunt quasi fortes calcantes lutum in medio uiarum in philio. Et bellabunt quia dominus cum eis. & confundentur ascensores equorum. Et confortabo domum iuda. & domum ioseph saluabo. Et conuertam eos quia miserebor eorum. et erunt sicut fuerunt.

in hierusalem. Et erit in die illa ponam hierusalem
lapidem oneris cunctis populis. Omnes autem
qui leuabunt eum in consensione lacerabunt
et colligentur aduersus eam omnia regna
terre. In die illa dicit dominus percussam
omnem equum in stuporem. & ascensorem
eius in amentiam. Et super domum iuda
aperiam oculos meos. & omnem equum
populorum percussam excitate. Et di-
cent duces iuda in corde suo conforten-
tur mihi habitatores hierusalem in domino
exercituum deo eorum. In die illa ponam
duces iuda sicut eamini ignis in lignis
& sicut facem ignis in foeno & deuora-
bunt ad dexteram et ad sinistram omnes
populos in circuitu. Et habitabitur ierusa-
lem rursus in loco suo in hierusalem. et salua-
bit dominus tabernacula iuda sicut in pri-
ncipio ut non magnifice gloriatur domus
dauid & gloria habitantium hierusalem con-
tra iudam. In die illo proteget dominus
habitatores hierusalem. Et erit qui offendent
ex eis in die illa quasi dauid & domus
dauid quasi dei sicut angelus domini in
conspectu eius. Et erit in die illa queram
conterere omnes gentes que ueniunt con-
tra hierusalem. et effundam super domum da-
uid et super habitatores hierusalem spiritum
gratie et precum. Et aspicient ad me qui
confixerunt & plangent eum plandem quasi
super unigenitum. & dolebunt super eum
ut doleri solet in morte primogeniti. In
die illa magnus erit plandus in ierusa-
lem sicut plandus ad remmon in campo
magedon. Et plangent terre familie et
familie seorsum. Familie domus seorsum
dauid & mulieres eorum seorsum fami-

lie domus nabab seorsum & mulie-
res eorum seorsum familie domus leui se-
orsum & mulieres eorum seorsum. Familie
semei seorsum & mulieres eorum seorsum.
Omnes familie relique familie et familie
seorsum & mulieres eorum seorsum.

In die illa erit fons patris
domini domini dauid &
habitatio ierusalem in
absolutionem peccatoris &
menstruat. Et erit in die illa dicit do-
minus exercituum disperdam nomina iero-
solorum de terra & non memorabuntur ul-
tra. Et pseudo prophetas & spiritum im-
mundum auferam de terra. Et erit cum
prophetauerit quispiam ultra. dicent ei pater
eius & mater eius qui genuerunt eum. No-
uies quia mendacium locutus es in nomi-
ne domini. Et configent eum pater eius
et mater eius genitores eius cum propheta-
uerit. Et erit in die illa confundentur
prophete unusquisque ex uisione sua cum
prophetauerit. nec operientur pallio fac-
ieno ut mentiantur. Sed dicet non sum
propheta. Homo agricola ego sum. quo-
niam adam exemplum meum ab adole-
scentia mea. Et dicet ei Quid sunt pla-
ge iste in medio manuum tuarum? Et
dicet. His plagatus sum in domo eorum
qui diligebant me. Franea suscitare super
pastorem meum & super iurum colere-
tan mihi dicit dominus exercituum. Re-
cite pastorem. & dispergent oues. Et
conuertam manum meam ad paruulos.
Et erunt in omni terra dicit dominus
partes due in ea dispergentur & defu-

erunt & tertia pars relinquetur in ea.
Et ducam tertiam partem per ignem. et unam
eos sicut unetur argentum et probabo eos si-
cut probatur aurum. Ipse uocabit nomen
meum. & ego exaudiam eum. Et ducam
populum meum. & ipse dicet dominus
deus meus.

Cecidit dies domini ueniunt
dicit dominus. & diuiden-
tur spolia tua in medio tui.

Et congregabo omnes gen-
tes ad hierusalem in prelium. et capietur
ciuitas. & uastabuntur domus. & muli-
res uiolabuntur. Et egredietur media pars
ciuitatis in captiuitatem. & reliquum po-
puli non auferetur ex urbe. Et egredietur
dominus et preliabitur contra gentes illas.
sicut preliatus est in die certaminis. Et
stabunt pedes eius in die illa. super mon-
tem oliuatum. qui est contra hierusalem. i.
ad orientem. Et scindetur mons oliua-
rum ex media parte. super ad orientem et
ad occidentem precepto grandi ualde.

Et sepabitur medium montis ad aqilonem
& medium eius ad meridiem. Et fugietis
ad uallem montium eorum. quoniam con-
iungetur uallis montium usque ad proximum.

Et fugietis sicut fugistis a facie tremo-
tus in diebus osie regis iuda. Et ueniet
dominus deus meus. omnesque sancti cum eo.

Et erit in die illa non erit lux. sed fri-
gus & gelu. Et erit dies una que nota
est domino. non dies neque nox. & in te-
pore uesperti erit lux. Et erit in die illa
exibunt aque uiue de hierusalem. Me-
dium earum ad mare orientale. & me-

dium earum ad mare nouissimum. In esta-
te & in hyeme erunt. & erit dominus rex
super omnem terram. In die illa erit domi-
nus unus. et erit nomen eius unum. Et re-
uertetur omnis terra usque ad desertum de-
colle remmon ad austrum hierusalem. Et ex-
tabitur et habitabit in loco suo a porta
Beniamin usque ad locum porte prioris. &
usque ad portam angulorum. & a turri An-
nebel usque ad torcularia regis. Et habitabunt
in ea. & Anathema non erit amplius.
Sed sedebit hierusalem secuta. & hec erit
plaga qua percutiet dominus omnes gen-
tes que pugnaverunt aduersus hierusalem.
Tabescent caro uniuscuiusque. stantis super
pedes suos. & oculi eius tabescent in fora-
minibus suis. et lingua eorum contabescent
in ore suo. In die illa erit tumultus domi-
ni magnus in eis. & apprehendet uir manum
proximi sui. & conseruetur manus eius super
manum proximi sui. Sed et iudas pugnabit
aduersus hierusalem. Et congregabuntur diuitie
omnium gentium in circuitu. aurum et ar-
gentum. & uestes multe satis. Et sic erit
ruina. et equi et muli & camelus & asinus. et
omnium uimentorum que fuerunt in ca-
stris illis. sicut ruina hanc. Et omnes qui reli-
qui fuerint de uniuersis gentibus que ue-
nerunt contra hierusalem. ascendent ab
anno in annum. ut adorent regem do-
minum exercituum. & celebrent festi-
tatem tabernaculorum. Et erit qui non
ascenderint de familia terre ad hierusa-
lem. ut adorent Regem dominum exer-
cituum. non erit super eos imber. Quod
& si familia egypti non ascenderit. &
non uenerit. nec super eos erit. Sed erit

ruina qua percutiet dominus omnes gen-
tes. quae non ascenderint ad celebranda
festiuitatem tabernaculorum. Hoc erit pec-
catum aegypti. & hoc peccatum omnium
gentium quae non ascenderint ad celebra-
dam festiuitatem tabernaculorum. In die
illa erit quod super fratrem equi est sem
domino. & erunt letetes in domo domini
quasi phiale coram altari. Et erit lebes in
bierim. & in iuda sanctificatus domino occi-
ditum. Et uenient omnes immolantes &
sument ex eis & coquent in eis. Et non
erit mercator ultra in domo domini exer-
citiuum in die illo.

DEVS PER
MOYSEN Populo Is-
rael praeceperat sa-
cerdotes taberna-
culi sui omni cor-
porali uitio libero

hostias omni uitio uacuas sibi offerre. Quae
legem suam ad regendum populum ob-
haec dederat. ut per sacrificiorum oblatio-
nem internuntij dei & hominum facti po-
pulum praeceptum caelestibus facerent obe-
dite. Unde sacerdotes angelos dei esse. &
haec in loco scriptura testatur. Sed quia ta-
ta muneri gratiam contemnent. supra-
dictus populus ac sacerdotes sacrificia ui-
tio deturpata. ipsis criminibus atque impie-
tibus maculati deo offerre coeperunt. &
deus per malachiam prophetam deus popu-
lum suum Israel increpans ait. Dilexi uos
dicit dominus. Et dixistis. In quo dilexi

sti nos? Nonne frater erat Esau Jacob
dicit dominus & dilexi iacob. Esau autem
odio habui. Esau autem fratrem iacob no-
iniqua aut spontanea uoluntate odio ha-
bitum a deo. uel sine meriti gratia iacob
dilectum manifestum est. cum secundus
praescientiam suam Esau quidem effusioem
fratrem sanguinis concupiscere. iacob autem
in sui cognitionem obseruandam legem de-
siderare cognoscere. Cuius rei gratia. si
praedicto usus est exemplo dicens. Dilexi
iacob. Esau autem odio habui. Quamuis ex
operibus memoratorum quorum liber Gene-
sesis meminit. in quo unusquisque eorum fu-
turum erat proposito manifeste constaret.
ut scriptum est. Creuerunt pueri & erat
Esau homo agrestis sciens uenari. iacob au-
tem homo simplex manens in tabernaculo.
Nam reliqua quae lectione comprehensa
sunt praetuaricationem populi israel in obser-
uandis sacrificijs dei increpationem in eu-
dem. quod deos alienos coluerit. significant.

M

ALACHIAS aperte & i
fine omnium prophetarum di-
cit de abiectioe israel & uo-
catione gentium. Non est
mibi aut uoluntas in uobis dicit dominus
exercituum & munus non suscipiam de ma-
nu uestra. Ab ortu enim solis usque ad occi-
sum magnum est nomen meum in gentibus
& in omni loco sacrificatur & offertur no-
mini meo oblatio munda.

NVS VE

BI DOMI

ni ad israel

in manu. i

Malachie

prophete.

Dilexi uos

dicit domi

nus. Et dixistis In quo dilexisti nos?

Nonne frater erat Esau Jacob dicit domi

nus. Et dilexi Jacob Esau autem odio ha

bui? Et posui Scyr montes eius in solitu

dinem. & hereditatem eius in dracones de

serti. Quod si dixerit Idumea destructi fi

mus. sed reuertentes edificabimus quae. i

destructa sunt. haec dicit dominus exer

cituum. Isti edificabunt. et ego destrux

Et uocabuntur termini impietatis. & popu

lus cui iratus est dominus usq. in eternu.

Et oculi uestri uidebunt. & uos dicent. o

Magnificetur dominus super terminum isrl.

Filius honorat patrem. & seruus dominus

suum. Si ergo pater ego sum. ubi est ho

nor meus. & si dominus ego sum. ubi e

tumor meus dicit dominus exercituum.

ad uos. o sacerdotes q. despicitis nomen.

meum. & dixistis. in quo despectumus. i

nomen tuum. Offeratis super altare meum

panem pollutum. Et dicitis. In quo pol

lutimus te? In eo q. dicitis. mensa domi

ni despecta est. Si offeratis excem ad im

molandum. nonne malum est? Et si of

feratis claudum & languidum. nonne i

malum est? Offer illud duci tuo. si pla

euertit. ei. aut si suscepit. faciem tuam di

cit dominus exercituum. Et nunc depre

camini uultum dei. ut misereatur uestri

de manu enim uestra. factum est hoc. si

quomodo suscipiat facies uestras dicit do

minus exercituum. Quia in uobis q. clauda

ostia. & incendat altare meum. gratuito.

Non est imbi uoluntas in uobis dicit domi

nus exercituum. & munus non suscipiam

de manu uestra. Ab ortu enim solis usq.

ad occasum magnum est nomen meum in

gentibus. & in omni loco sacrificatur. & i

offeritur nomini meo oblatio munda. qm

magnum est nomen meum in gentibus. o

dicit dominus exercituum. Et uos polli-
istis illud in eo q̄ dicitis mensa domini
contaminata est. & q̄d super ponitur co-
tempibile est cum igne q̄ illud deuorat
& dixistis. Ecce de labore. Et suffla-
stis illud dicit dominus exercituum. Et
intulistis de rapinis claudum et languidū
et intulistis minus. Nunquid suscipiam il-
lud de manu uestra. dicit dominus exer-
cituum. A maledictus dolosus q̄ habet in
grege suo masculum et uotum faciens in-
molat debile domino. Quia rex magnus
ego dicit dominus exercituum. & nome-
meum horribile in gentibus.

ET nunc ad uos mandatum
hęc o sacerdotes. Si nolue-
ritis audire. & si nolueri-
tis ponere super cor ut
deditis gloriam nomini meo. ait dominus o
exercituum. mittam in uos egestatem. &
maledicam benedictionibus uestris. & ma-
ledicam illis. quoniam non posuistis super
cor. Ecce ego proieciam uobis brachium.
& dispergam super uultum uestrum ster-
cus solennitatum uestrarum. & assumer
uos secum. Et scietis q̄a misi ad uos me-
datum istud. ut esset pactum meum. cui
leui dicit dominus exercituum. Pactum
meum fuit cum eo utroq̄ et pactis. & dedi
a timorem et timuit me. & a facie nomi-
nis mei pauebat. Lex ueritatis fuit in ore
eius. & iniquitas non est inuenta in labijs e-
ius. In pace & in equitate ambulauit mecum.
& multos auertit ab iniquitate. Labia enim
sacerdotis custodiunt scientiam. & legem
requerunt ex ore eius. q̄a angelus domini

exercituum est. Vos autem recessistis de-
uia & scandalizastis plurimos in lege. Irru-
tum fecistis pactum leui. dicit dominus
exercituum. Propter quod et ego dedi uos
contemptibiles. & humiles omnibus popu-
lis. sicut non seruastis iuas meas. & acce-
pistis faciem in lege. Nunquid pater unus
omnium nostrum. Nunquid non deus un-
creauit nos. Quare ego despiciet unusquisq̄
uestrum fratrem suum uiolans pactum. &
pactum nostrorum. Transgressus est. iuda
et abominatio facta est in isrl. & in hiero-
solymsa contaminauit iudas sanctificationem
domini quam dilexit. & habuit filiam
dei alieni. Disperdet dominus uirum q̄
fecerit. hęc magistrum et discipulum de
tabernaculo iacob. & offerentem munus
domino exercituum. Et hęc rursum fe-
cistis. Operiebatis lachrymis altare dni.
fletu & mugitu. ita ut non respiciam ul-
tra ad sacrificium. nec accipiam placabile
qd de manu uestra. Et dixistis. Quam
ob causam. Ita dominus testificatus est
inter te. & uxorem pubertatis tue. quam
tu despexisti. Et hęc particeps tua. &
uxor foederis tui. Nonne unus fecit. et
residuum spiritus eius est. Et qd unus
quirit. nisi sanguis dei. Custodite ergo
spiritum uestrum. & uxorem adolescen-
tie tue. noli despiciere. Cum oculo habue-
ris dimittit. dicit dominus deus israel. Ope-
riet autem iniquitas uestimentum eius. di-
cit dominus exercituum. Custodite spiri-
tum ur̄m. & nolite despiciere.

Laborare fecistis dominum
in sermonibus uestris & i
dixistis In quo cum fecim
laborare Ideo q dicitis

Omnis q facit malum bonus est in conspec
tu domini & tales ei placent Aut certe
ubi est deus iudicij Ecce ego mittam a
ngelum meum & preparauit uiam ante fa
ciem meam Et statim ueniet ad templum
suum dominator quem uos queritis & i
angelus testamenti quem uos uultis Ecce
uenit dicit dominus exercituum Et q
poterit cogitare diem aduentus eius Et
quis stabit ad uidendum eum Ipse enim
quasi ignis conflans & quasi herba fullo
rum Et seclabit conflans et emundans
argentum et purgabit filios leui Et co
labit eos quasi aurum & quasi argentum
et erunt domino offerentes sacrificia ius
tissima Et placebit domino sacrificium
iuda et hierusalem sicut dies seculi &
sicut anni antiq Et accedam ad uos in
iudicio & ero testis uelox maleficis &
adulteris & peruris & q calumniantur
mercedem mercenarijs & humiliant ui
duas et pupillos & opprimunt peregre
num nec timuerunt me dicit dominus
exercituum Ego enim dominus et nomen
mutor & uos filij iacob non estis conspici

A diebus enim patrum uestrorum recessistis
a legitimis meis & non custodistis Re
uertimini ad me et reuertar ad uos di
cit dominus exercituum & dixistis In
quo reuertemur Si affiget homo deum
quia uos configitis me Et dixistis In qu
configimus te In decimis et in primitijs
Ct in penuria uos maledicti estis et me uo

uos configitis gens tota Inferte omnem
decimam in horreum meum & sit cibus i
domo mea & probate me super hoc dicit
dominus Si non aperuero uobis cataracta
caeli & effuero uobis benedictionem usque
ad abundantiam Et increpabo pro uobis
deuorantem & non corrumpet fructum
terre uestrae nec erit sterilis uinex i agro
dicit dominus exercituum Et beatos uo
dicent omnes gentes Eritis enim uos ter
ra desiderabilis dicit dominus exercituum
Inualuerunt super me uerba uestra dicit
dominus Et dixistis Qd locuti sumus i
contra te Dixistis Vanus est q seruit
deo & qd emolumentum qa custodimus
precepta eius et qa ambulauimus iustas
coram domino exercituum Ergo nunc
beatos dicimus arrogantes Siquidem edifica
ti sunt facientes impietates & tentauerunt
deum & salui facti sunt Tunc locuti sunt
tumentes deum unusquisq cum proximo
suo Et attendit dominus et audiuit &
scriptus est liber monumenta coram co
mentibus dominum et cogitantibus nomen
eius Et erunt mihi ait dominus exercituum
in die qua ego facio in speculum et
paream eis sicut pareo uir filio suo seruon
ti sibi Et conuertimini et uidebitis qd
fit inter iustum et impium et inter ser
uientem deo & non seruientem ei

Ecce enim dies ueniet suc
censa quasi caminus & e
runt omnes superbi et o
nes facientes impietatem
stipula & inflammabit eos dies ueniens
dicit dominus exercituum que non de

relinquet eis radicem et germen Et or-
 ctur uobis timentibus nomen meum sol
 iusticie & sanctas in pennis eius Et egre-
 diemini et salietis sicut utulus de armo
 to et calcabitis impios cum fuerint eius
 sub planta pedum uestrorum in die qua
 ego factio dicit dominus exercituum
 Mementote legis moysi serui mei quam ma-
 dau et in ore ad omnem israel precepit
 et iudicia Cccc ego mitam uobis Heli-
 am prophetam anteq ueniat dies domini ma-
 gnus et horribilis Et conuertet cor
 patrum ad filios et cor filiorum ad pa-
 tres eorum ne forte ueniam et percutias
 terram a nathemate

M

ACHABEOR
 libri duo prenotar
 prelia inter hebre-
 orum duces gen-
 temq perfarum
 pugnam quoq sub
 batorum & nobiles machabei ducis tri-
 umphos ex cuius nomine et libri ydem sunt
 nuncupati Hec quoq historia continet et
 inelyta illa gesta machabeorum fratrum
 q sub Antiocho rege pro sacris legibus di-
 ra tormenta perpassi sunt Quos mater pia
 dum diuersis supplicijs urgerentur non
 solum non fleuit sed et gaudens hortabatur
 ad gloriam passionis

ACHABEOR
 libri duo non ha-
 beant in canone
 hebreorum tamen
 ab ecclesia inter di-
 uinorum uolumi-

num annotantur historias Prenotant
 autem prelia inter hebreorum duces ge-
 tesq perfarum pugnam quoq sabbatorum
 & nobiles machabei triumphos Foedus
 quoq amicitiarum cum romanoz duci-
 bus atq legationum Machabei septem fra-
 tres ab una machabea nomine genti cy-
 tocientel legem patris traditorem non
 manducantes carnem porcine Ob hoc b
 Antiocho rege seussimo in Antiochia ma-
 tyry gloria coronati sunt cum matre su-
 atq sepulti cum magna ueneratione ibi
 quiescunt

T F A C

T V M E

postquam

percussit

Alexan-

der Phil-

pi maced-

q primus

regnauit in greca egressus de terra ce-
thi Darium regem persarum et macedone
constituit prelia multa & obtinuit om-
nium munitioes. et interfecit reges terre
Et pertransiit usq. ad fines terre. & acce-
pit spolia multitudinis gentium et silu-
it terra in conspectu eius. Et congrega-
uit uirtutem et exercitum fortem nimis.
& exaltatum est et eleuatum cor eius et
obtinuit regnoe gentium & tyrannos &
facti sunt illi in tributum. Et post hec
decidit in lectum & cognouit quia mo-
reretur. Et uocauit pueros suos nobiles
q. secum erant nutriti a iuuentute sua.
et diuisit illis regnum suum cum adhuc
uiuere. Et regnauit Alexander anni

duodecim & mortuus est. Et obtinue-
runt pueri ois regnum unusquisq. in lo-
co suo. & imposuerunt omnes sibi diade-
mata post mortem eius. & filij eorum
post eos annis multis & multiplicata sunt
mala in terra. Et exijt ex eis radix pecc-
ti Antiochus illustris filius Antiochi regi-
q. fuerat Rome obses & regnauit in
anno centesimo trigesimo septimo regni
grecorum. In diebus illis exierunt ex isrl
filij iniqui & suaserunt multis dicentes.
Eamus & disponamus testamentum cum
gentibus que circa nos sunt. quia ex quo
recessimus ab eis inuenerunt nos multa
mala. Et bonus uisus est sermo in oculis
eorum. Et destinauerunt alij de populo
et abierunt ad regem & dedit illis pote-
statem. ut facerent iustitiam gentium.
Et edificauerunt gymnasium in hieroso-
lymis secundum legem nationum. & fecer-
unt sibi preputia. & recesserunt a testa-
mento sancto. & iuncti sunt nationibus &
uenundati sunt ut facerent malum. Et po-
ratum est regnum in conspectu Antiochi.

& coepit regnare in terra egypti ut re-
gnaret super duo regna. Et intrauit in
egyptum in multitudine grau in curribus
& elephantis & equitibus & copiosa nauis
um multitudine. Et constituit bellum
aduersus ptolomeum regem egypti &
ueritus est ptolomeus a facie eius & fe-
git. Et ceciderunt uulnera multi. Et
comprehendit ciuitates munitas in terra
egypti & accepit spolia terre egypti.
Et conuertit Antiochus postq̄ percussit e-
gyptum in centesimo et quadragesimo et
tertio anno & ascendit ad israel & ascen-
dit hierosolimam in multitudine grau.
Et intrauit in sanctificationem cum super-
bia & accepit altare aureum & cande-
labrum luminis & uniuersa uasa eius &
mensam propositionis & libatoria & pha-
las & mortariola aurea et uelum et coro-
nas et ornamentum aureum quod in facio
templi erat & comminuit omnia. Et acce-
pit argentum et aurum & uasa concupi-
sabilia & accepit thesauros occultos quos
inuenit et sublatis omnibus abiit in terra
suam. Et fecit cedon hominum & leuitus
est in superbia magna. Et factus est plac-
tus magnus in israel & in omni loco con-
uenerunt. Principes et seniores et iu-
uvenes & uirgines infirmati sunt & specio-
sitas mulierum immutata est. Omnis in-
ritus sumpsit lamentum & que sedebant
in thoro maritali lugebant. Et commota
est terra super habitantes in ea & uniuersa
domus iacob induit confusionem. Et
post duos annos dierum misit rex prince-
pem tributorum in ciuitates iuda et ue-
nit hierusalem cum turba magna. Et loc-

cus est ad eos uerba pacifica in dolo & cre-
diderunt ei. Et irruit super ciuitatem
repente & percussit eam plaga magna et
perdidit populum multum de israel. Et
accepit spolia ciuitatis & succendit eam
igni. Et destruxit domos eius et muros
eius in circuitu & captiuas duxerunt mu-
lieres et ratos et pecora possederunt. Et
edificauerunt ciuitatem Dauid muro ma-
gno et firmo et turribus firmis & facta e-
illis in arcem. Et posuerunt illic gentem
peccatricam uiros iniquos & conualuerunt
in ea. Et posuerunt arma et eleas & con-
gregauerunt spolia hierusalem & reposue-
runt illic & facti sunt in laqueum mag-
num. Et factum est hoc ad insidias sanctificationis
& in dyabolum malum israel. Et effude-
runt sanguinem innocentem per filium sancti-
ficationis. Et contaminauerunt sanctifi-
cationem. Et fugerunt habitatores hierusa-
lem propter eos & facta est habitatio exte-
riorum & facta est extra seminum suo &
nati eius reliquerunt eam. Sanctificatio
eius desolata est sicut solitudo dies festi-
eius conuersi sunt in ludum. Sabbata eius
in obprobrium honores eius in nihilum.
Secundum gloriam eius multiplicata est
ignominia eius & sublimitas eius conuer-
sa est in ludum. Et scripsit rex Antio-
chus omni regno suo ut esset omnis po-
pulus unus. Et reliquerunt unusquisque
legem suam & conseruerunt omnes gene-
tes secundum uerbum Regis Antiochi.
Et multi de israel conseruerunt ei & sacri-
ficauerunt idolis & conseruerunt sab-
batum. Et misit rex Antiochus libros per
manus nuntiorum in hierusalem & in-

vid. p. c. i. v. i.

omnes ciuitates iudee: ut sequerentur
leges gentium terrarum: & prohiberent holo-
causta et sacrificia: & placationes fieri in
templo dei: et prohiberent celebrari sabba-
tum et dies solennes. Et iussit conquinari
sancta: & templum sanctum israel. Et
iussit edificari aras et templa: & idola: &
immolari carnes suillas et pecora commu-
na: & relinquere filios suos in arcibus: &
conquinari animas eorum in omnibus immu-
ditatis et abominationibus: ita ut obliuiscerentur
legem et immutarent omnes iusti-
ficationes dei. Et quicumque non fecissent secun-
dum uerbum regis Antiochi morentur.
S
ecundum omnia uerba hec scripsit omni-
regno suo: et preposuit princeps Populo q
hec fieri cogitauerunt. Et iusserunt ciuitatibus
iudee sacrificare. Et congregati sunt mul-
ti de populo ad eos q dereliquerant legem
domini: et fecerunt mala super terram: &
effugauerunt populum israel in absconditis
et in absconditis fugitiuorum locis. Die quinta
decima mensis celsu: quinto et quadra-
gesimo: et centesimo anno: edificauit rex
Antiochus abominandum idolum desola-
tionis super altare dei: & per uniuersas ci-
uitates iudee in circuitu edificauerunt a-
ras: & ante ianuas domorum et in plateis
incendebant thura: et sacrificabant. Et li-
bros legis dei combusserunt igni scindere-
tes eos: & apud quemcumque inueniebantur
libri testamenti domini: et quicumque obser-
uabant legem domini secundum eledum
regis trucidabant eum. In uirtute sua fa-
ciebant hec populo israel q inueniebantur
in omni mense in ciuitatibus. Et quinta &
uicesima die mensis sacrificabant super aras

que erat contra altare: & mulieres que cir-
cuncidebant filios suos trucidabantur secun-
dum iussu regis Antiochi. Et suspende-
bant pueros a ceruicibus per uniuersas do-
mos eorum: et eos q circunciderant illos tra-
cidabant. Et multi de populo israel dif-
fimerunt apud se: ut non manducarent in
munda: et elegerunt magis mori q abis in
conquinari immundis: & noluerunt infrin-
gere legem dei sanctam: & trucidati sunt.
Et facta est ira magna super populum istum
uide:

IN diebus illis surrexit Ma-
tathias filius iohannis filij
Symeonis sacerdos: & filij
ioani ab hierusalem: et co-
secit in monte Moelun. Et habebat filios
quinq; iohanna q cognominabatur Cael-
dis: & Simonem qui cognominabatur
Thasi: & iudam qui uocabatur Machabeus:
& Eleazarum q cognominabatur Abaron:
& ionatham qui cognominabatur Apphus.
Hi uiderunt mala que fiebant in populo
iuda et in hierim. Et dixit Mathathias:
Ve mihi. Ut qd natus sum uidere contri-
tionem populi mei: & contritionem ciuita-
tis sancte: & sedere illie cum datur in ma-
nibus inimicorum. Sancta in manu extraxerunt
facta sunt: templum eius sicut homo
ignobilis. Vasa glorie eius captiua captiua
abducta sunt: trucidati sunt senes eius in
plateis: & iuuenes eius occiderunt in gla-
dio inimicorum. Que gens non hereditauit
regnum eius: & non obtinuit spolia eius.
Omnis compositio eius ablata est. Que tra-
libera facta est ancilla. Et ecce sancta nra
et pulchritudo nostra: et claritas nostra:

desolata est & congnauerunt eam ge-
tes. Quo ergo nobis adhuc uiuere? Et
scidit uestimenta sua Matathias & filij
eius & operuerunt se cilicis & planxe-
runt ualde. Et uenerunt illis q. missi
erant a rege Antiocho ut cogerent eos
q. confugerant in ciuitatem mochin im-
lare & accendere thura & a lege dei
discedere. Et multi de populo israel co-
sentientes accesserunt ad eos. sed Mata-
thias et filij eius constanter steterunt.
Et respondentes q. missi erant ab Antiocho
dixerunt Matathie. Princeps et clarissi-
mus & magnus es in hac ciuitate. & orna-
tus filius & fratribus. Ergo accede prior
et fac iussu regis sicut fecerunt omnes
gentes et uiri iuda & q. remanserunt in
hierusalem & eris tu & filij tui inter ami-
cos regis et amplificatus auro et argento
et muneribus multis. Respondit Mata-
thias & dixit magna uoce. Et si omnes
gentes Regi Antiocho obediunt ut disce-
dant unusquisq. a seruitute legis patrum
suorum & consentiant mandatis eius. e-
go & filij mei et fratres mei obediemus
legi patrum nostrorum. Propitius sit no-
bis deus non est nobis utile relinquere
legem et iustitias dei. Non audiemus
uerba regis Antiochi nec sacrificabimus o-
transgredientes legis nostre mandata
ut eamus altera uia. Et ut cessauit loq-
uerba hec accessit quidam iudeus in om-
nium oculis sacrificare idolis sup aram in
ciuitate mochin secundum iussu regis. Et
uidit Matathias et doluit & coneremue-
runt renes eius. Et accensus est furor
eius secundum iudicium legis & insilens

crucidauit eum super aram. Sed et uir
quem rex Antiochus miserat qui cogebat
immolari. cecidit in ipso tempore. et aram
destruxit. & zelatus est legem sicut fe-
cit phinices Zambri filio Salom. Et excla-
mauit Matathias uoce magna in ciuitate
dicens. Omnis q. zelum habet legis statu-
testamentum exeat post me. Et fugit ipse
& filij eius in montes & reliquerunt que-
cumq. habebant in ciuitate. Tunc descen-
derunt multi querentes iudicium et iusti-
tiam in desertum. & seclerunt ibi ipsi et
filij eius & mulieres eorum & pecora eorum
quoniam inundaauerunt super eos mala.
Et renuntiatum est uiris regis et exer-
citu q. erant in hierusalem ciuitate. Dauid
quoniam discessissent uir quidam qui
dissepauerunt mandatum regis in loca oc-
cultis in deserto. & absissent post illos o-
multi. Et statim perrexerunt ad eos et
constituerunt aduersus eos in prelium in
die sabbatorum. Et dixerunt ad eos.
Resistitis et nunc adhuc. Exite & fa-
cite secundum uerbum regis Antiochi et
uiuete. Et dixerunt. Non exhibimus
neq. faciemus uerbum Regis ut pollua-
mus diem sabbatorum. Et coneritauerunt
aduersus eos prelium. Et non responde-
runt eis nec lapidem miserunt in eos nec
oppilauerunt loca occulta dicentes. Morna-
mur omnes in simplicitate nostra & teste-
erunt super nos celum & terra q. inuiste-
perditis nos. Et intulerunt illi bellum
sabbatis & mortui sunt ipsi et uxores eo-
rum & filij eorum et pecora eorum usq.
ad mille animas hominum. Et cognouit
Matathias et amici eius & luctum habu-

erunt super eos ualde. Et dixit uir pro
ximo suo. Si omnes fecerimus sicut fratres
nostri fecerunt & non pugnauerimus ad
uersus gentes pro animabus nostris et iusti
ficationibus nostris citius disperdent nos a
terra. Et cogitauerunt in die illa dicen-
tes. Omnis homo quicumque uenerit ad nos
in bello die sabbatorum pugnemus adue-
sus eum et non moriemur omnes sicut mo-
turi sunt fratres nostri in occultis. Tunc con-
gregata est ad eos synagoga iudeorum for-
tis uiribus ex israel. omnis uoluntarius in
lege & omnes qui fugiebant a malis addi-
ti sunt ad eos. & facti sunt illis ad firma-
mentum et collegerunt exercitum. & per-
cusserunt peccatores in ira sua. & uirum
quos in indignatione sua. & ceteri fugerunt
ad natiues ut caderent. Et circumiit Ma-
tathias & amici eius & destruxerunt i-
aras & circumdolerunt pueros in circuncisios
quoetquo inuenerunt in finibus israel in-
fortitudine. Et persecuti sunt filios se-
perbiae & prosperatum est opus in manibus
eorum. Et obtinuerunt legem de manibus
gentium & de manibus regum. et non de-
derunt cornu peccatorum. Et appropin-
quauerunt dies Matathie moriendi. &
dixit filiis suis. Nunc confortata est super-
bia et castigatio & tempus uersionis &
ira indignationis. Nunc ergo filii emula-
tores estote legis & date animas uestras
pro testamento patrum & memento-
re operum patrum que fecerunt in genera-
tionibus suis & accipietis gloriam magnam
et nomen eternum. Abram nomen in-
tentatione inuentus est fidelis & reputa-
tum est ei ad iustitiam. Ioseph in tem-

porum angustie sue custodiuit mandata
et factus est dominus egypti. Phinees
pater noster zelando zelum dei accepit
testamentum sacerdotum. eternus Iesus de-
impleuit uerbum factus est dux in israel.
Caleph dum testificatur in ecclesia acce-
pit hereditatem. Dauid in sua misericor-
dia consecutus est sedem regni in seculis.
Ishai dum zelat zelum legis receptus
est in celum. Ananias & saris & mis-
hel credentes liberati sunt de flamma.
Daniel in sua simplicitate liberatus est de
ore leonum. Et ita cogitate per genera-
tionem et generationem quia omnes qui
sperant in eum non infirmantur. Et a ue-
bis uiri peccatoris ne timeatis quia glo-
ria eius steruus et uermis est. Hec die extol-
litur & eris non inuenietur quia conuer-
sus est in terram suam & cogitatio eius
perijt. Vos ergo filii confortamini et uni-
liter agite in lege quia cum feceritis que
uobis precepta sunt in lege & domino
deo uestro in ipsa gloriosi eritis. Et ecce
Simon frater uester scio quod uir consilij est
ipsum audite semper & ipse erit uobis
pater. Et iudas machabeus fortis uiri-
bus & uiuentute sua sit uobis princeps
militum & ipse agat bellum populi. Et
adductis ad uos omnes factores legis &
iudicate populi uestri. Retribuite re-
tributionem gentibus & intendite in pre-
ceptum legis. Et benedixit eos & appo-
situs est ad patres suos. Et defunctus est
anno centesimo quadragesimo sexto &
sepultus est & filij suis in sepulchris pa-
trum suorum in bethan & planxerunt
cum ois israel plandebat magno.

Turrexit Judas quocumque
batur Machabeus filius eius
pro eo & adiuuabat
eum omnes fratres eius &
uniuersi qui se uinxerant prius & preliabatur
prelium sicut cum letitia. Et dilatauit
gloriam populo suo & induit se lorica
sicut gigas. Et succinxit se arma bellica
sua in preliis. & protegebat castra
gladio suo. Similis factus est leoni in
operibus suis. Et sicut catalus leonis rugiens
in uenatione. Et persecutus est iniquos
persecutus eos. & qui conturbant populum
suum. eos succendit flammis & repulsi
sunt inimici eius pro timore. Et omnes
operari iniquitatis conturbati sunt. & di
recta est salus in manu eius. Et exacer
babit reges multos. & letificabit iacob
in operibus suis. & in seculum memoria
eius in benedictione. Et perambulabat in
ciuitates iudee. et perdidit impios ex eis.
& auertit iram ab israel. Et nominatus
est usque ad nouissimum terre. & congregauit
perantes. Et congregauit a polio
nisi gentes. & a samaria uirtutem mulex.
et magnam ad bellandum contra israel.
Et cognouit Judas et exiit obviam illi. &
percussit et occidit illum. Et ceciderunt
multi. & reliqui fugerunt. & accepit
spolia eorum. Et gladium Apollonii ab
stulit. Judas & erat pugnans in eo omni
bus diebus. Et audiuit Seron princeps ex
citus syrie qui congregauit Judas congrega
tionem fidelium & ecclesiam secum. & ait.
Faciam tibi nomen & glorificabor in regno.
et debellabo Judam & eos qui cum ipso sunt.

quia spernebant uerbum regis. Et pre
parauit se. & ascenderunt cum eo castra
impiorum fortes auxiliari ut facerent
uindictam in filios israel. Et appropin
quauerunt usque Bethoron. et exiit Ju
das obviam illis cum paucis. Ut autem
uiderunt exercitum uenientem sibi ob
uiam. dixerunt iudei. Quomodo poterimus
pauci pugnare contra multitudinem hanc
tantam et tam fortem? Et nos fatigati
sumus ieiunio hodie. Et ait Judas. facile
est concludi multos in manu paucorum.
& non est differentia in conspectu dei ce
li liberare in multis et in paucis. quoniam
nos in multitudine exercitus uictoria bel
li. sed de celo fortitudo est. Ipsi uenit
ad nos in multitudine contumaci et sup
bia ut disperdant nos et uxores nostras et
filios nostros & ut spolient nos. Nos uero
pugnabimus pro animabus nostris et legibus
nostris. & ipse dominus conteret eos an
te faciem nostram. Vos autem ne time
ritis eos. Ut cessauit autem loqui. insiluit
eos subito. & contritus est Seron et exc
itus eius in conspectu ipsius. et persecutus
est eum in descensu Bethoron usque in cam
pum. Et ceciderunt ex eis octingenti
uiri. reliqui autem fugerunt in terram phi
listinam. Et cecidit timor iudee. ac fratrum
eius & formido super omnes gentes in
circuito eorum. & peruenit ad regem.
nomen eius. et de preliis iudee narrabant
omnes gentes. Ut audiuit autem Rex
Antiochus sermones istos iratus est animo.
& misit & congregauit exercitum uni
uersi regni sui castra fortia ualede. Et sp
ruit erarium suum. & dedit stipendia.

exercituum in annum et mandauit illis ut
essent parati ad omnia. Et uidit quod defe-
cit pecunia de thesauris suis & tributa
regionis modica propter dissensionem &
plagam quam fecit in terra ut tollerent legiti-
ma que erant primis diebus. Et cum uen-
iret non haberet et semel & bis in sumptus
& donaria que dederat ante larga manu
et abundauerat super reges qui ante eum
fuerant. Et consternatus erat animo ual-
de & cogitauit in se perfidem et accipere
tributa regionum et congregare argentus
multum. Et reliquit Lyfiam hominem nobi-
lem de genere regali super negocia regis
a flumine euphratem usque ad flumen egyp-
ti & ut nutrebat antiochum filium suum
donec rediret. Et tradidit ei mediam
exercituum et elephantes & mandauit ei
de omnibus que uolebat & de inhabitanti-
bus iudam et hierusalem & ut mitteret
ad eos exercituum ad conterendam et exci-
pandam uirtutem israel & reliquias hieru-
salem et auferendam memoriam cose-
de loco & ut constitueret habitatores fili-
os alienigenas in omnibus finibus eorum
& sorte distribueret terram eorum. Et
rex assumpsit partem exercitus residui
& exiit ab Antiochia ciuitate regni sui
anno centesimo et quadragesimo septimo
et transiit euphratem flumen & pe-
rambulabat superiores regiones. Et elegit Ly-
sias prolem eum filium Dorimini & Ni-
canorem & Gorgiam uiros potentes ex
amicis regis & misit eum cum quadragin-
ta milia uirorum & septem milia equum
ut uenirent in terram iuda et disperde-
rent eam secundum uerbum regis. Et

processerunt ut irent cum uniuersa uir-
tute sua et uenerunt & applicuerunt Am-
maum in terra campestris. Et audierunt
mercatores regionum nomen eorum &
acceperunt argentum et aurum multum
uidelicet & pueros et uenerunt in castra ut
acciperent filios israel seruos & additi sunt
ad eos exercitus syrie et terre alienige-
narum. Et uidit iudas & fratres eius quod
multiplicata sunt mala et exercitus appli-
cabat ad fines eorum et cognouerunt ue-
ba regis que mandauit populo facere
in interitum & consumationem. Et dice-
runt unusquisque ad proximum suum.
Crigamus deiectionem populi nostri &
pugnemus pro populo nostro & sanctis
nostris. Et congregatus est conuentus
ut essent parati in prelium & ut orarent
et peterent misericordiam et misericordiam.
Et hierusalem non habitabatur sed erat si-
cut desertum. Non erat qui ingrederetur
et egrederetur de natis eius & sanctum
conculcabatur. Et filii alienigenarum erant
in arce ibi erat habitatio gentium. Et
ablata est uoluptas a iacob & defecit
ibi tibia & cithara. Et congregati sunt
& uenerunt in Masphat contra hierusalem
quia erat locus orationis in Masphat ante
in israel. Et ieiunauerunt illa die & in-
duerunt se cilicis & onerem imposuerunt
capiti suo & sciderunt uestimenta sua.
Et expandeunt libros legis de quibus scri-
tabantur gentes similitudinem simulacrorum
suorum & attulerunt ornamenta sacer-
dotalia et primitias & decimas et susci-
tauerunt nazarios qui impleuerant dies.
Et clamauerunt uoce magna in celum.

dicentes. Quid faciemus istis & quo eoducemus. Et sancta tua conculeata sunt et contaminata sunt. & sacerdotes tui facti sunt in ludum et in humilitatem. Et ecce nationes conuenerunt aduersum nos ut nos disperdant. Tu scis que cogitant in nos. Quomodo poterimus subsistere ante faciem eorum. nisi tu deus adiuues nos. Et tibus exclamauerunt uoce magna. Et post hec constituit iudas duces populi. Tribunos et centuriones. & pentacontarchos et decuriones. Et dixit his que edificabant domos & spondebant uxores & plantabant uineas & formidolosos. ut redirent unusquisque in domum suam secundum legem. Et mouerunt castra. & collocauerunt ad austrum Ammaim. Et ait iudas. Accingimini & estote filij potentes. & estote parati in mane ut pugnetis aduersus nationes has que conuenerunt disperdere nos & sancta nostra nostra. quoniam melius est nos mori in bello. quam uidere mala gentis nostre et sanctorum. Sicut autem fuerit uoluntas in celo sic fiat.

Assumpsit Gorgias quinque milia uirorum & mille equos electos. Et mouerunt castra nocte ut applicarent ad castra iudeorum & percuterent eos subito. Et filij que erant ex arce erant illis duces. Et audiuit iudas et surrexit ipse et potentes percutere uirtutem exercitus unius regis. que erant in Ammaim. Adhuc enim dispersus erat exercitus castris. Et uenit Gorgias in castra iude nocte. &

neminem inuenit. Et que rebat eos in montibus. quoniam dixit fugiunt hi a nobis. Et cum dies factus esset. apparuit iudas in campo cum tribus milibus uirorum tantum. que tegumenta et gladios non habebant. Et uiderunt castra gentium ualida & loricatorum et equitatus in circuitu eorum. et hi dedit ad prelium. Et ait iudas uiris que secum erant. Ne timueritis multitudinem eorum & impetum eorum ne formidatis. Mementote qualiter salui facti sunt patres nostri in mari rubro. cum sequeretur eos pharaon cum exercitu multo. Et nunc clamemus in celum. et miserebitur nostri dominus. & memorabitur testamenti patrum nostrorum. & conteret exercitum istum ante faciem nostram hodie. & scient omnes gentes quia est deus que redimat et liberet israel. Et leuauerunt alienigenae oculos suos & uiderunt eos uenientes ex aduerso. Et exierunt decem castris in prelium. & tuba cecinerunt hi que erant cum iuda. Et congressi sunt. & contrite sunt gentes & fugerunt in campum. Nouissimi autem ceciderunt in gladio. & persecuti sunt eos usque. Gezeron & usque in campos iudum & et azon et jammix. et ceciderunt ex illis usque ad tria milia uirorum. Et reuersus est iudas et exercitus eius sequens eum. Dixitque ad populum. Non concupiscatis spolia. quia bellum contra nos est. & Gorgias et exercitus eius prope nos in montibus. sed statim nunc contra inimicos nostros et expugnet eos & sumetis postea spolia secum. Et adhuc loquitur iuda. hec ecce apparuit pars quaedam prospiciens de monte. Et uidit Gorgias

q̄m fugam conuersi sunt sui & succensa
sunt castra. fumus enim q̄ uidebat̄ decla
rabat quod factum est. Q̄b̄ illi conspec
tis timuerunt ualde aspicientes simul et i
iudam & exercitum in campo paratum ad
prelium. Et fugerunt omnes in campo ali
enigenarum. & iudas reuersus est ad spolia
castrorum & acceperunt aurum multum &
argentum et hyacinthum & purpuram ma
rinam & opes magnas & conuersi hymnum
canebant et benedicebant in celum quo
niam bonus est quoniam in seculum mise
ricordia eius. Et facta est salus magna in
israel in die illa. Quicumq̄ autem alieni
genarum euaserunt uenerunt & nuntia
uerunt lysie uniuersa que acciderant. Q̄
bus ille auditis consternatus animo desi
cebat quia non qualia uoluit talia con
tigerunt in israel & qualia mandauit i
rex. Et sequenti anno congregauit Lysi
as uirorum electorum sexaginta milia &
equitum quinq̄ milia & equum quinq̄
milia ut debellare eos. Et uenerunt in
iudeam & castra posuerunt in Bethoron
& occurrit illis iuda cum decem milibus
uiris. Et uiderunt exercitum fortem et
orauit & dixit. Benedictus es saluator
israel q̄ contriuisisti impetum potentis in
manu serui tui Dauid & tradidisti caste
alienigenarum in manu Ionathe filij Saul
et armigeri eius. Et clude exercitum istu
m in manu populi tui israel & confundant̄
in exercitu suo et eq̄tib̄. Da illis formi
dinem & tabefac audaciam uirtutis eorū
& commoucantur contritione sua. Deice
illos gladio diligentium te & collaudent̄
te omnes q̄ nouerunt nomen tuum in hy

nis. Et commiserunt prelium & ceci
derunt de exercitu Lysie quinq̄ milia uir
orum. Videns autem Lysias suorum fu
gam & iudeorum audaciam & q̄ parati
sunt aut uiuere aut mori fortiter abijt
antiachiam et elegit milites ut multipli
cati rursus uenirent in iudeam. Dixit aut̄
iudas & fratres eius. Ecce contriti sunt
inimici nostri ascendamus nunc mudare
sancta & renouare. Et congregatus est
omnis exercitus & ascenderunt in mon
tem syon & uiderunt sanctificationem
desertam et altare prophanatum & por
tas coeustas & in atrijs uingulta nata sicut
in saltu uel in montibus & pastophora
diruta. Et soderunt uestimenta sua &
planxerunt planctu magno & imposue
runt cinerem super caput suum & ceci
derunt in faciem sup̄ terram & execta
mauerunt tubis signorum & clamaue
runt in celum. Tunc ordinauit iudas uir
os ut pugnarent aduersus eos q̄ erant
in arce donec emundarentur sancta. Et
elegit sacerdotes sine macula uoluntate
habentes in lege dei & mundauerunt i
sancta & tulerunt lapides contaminatio
nis in locum immundum. Et cogitauit i
do altari holocaustorum quod prophanatum
erat quid de eo faceret. Et inquit illi i
consilium bonum ut destrueret illud ne
forte illis esset in obprobrium quia conta
minauerunt illud gentes & demoliti sūt
illud. Et reposerunt lapides in monte
domus in loco apto quoad usq̄ ueniret i
propheta & responderet de eis. Et acce
perunt lapides integros secundum legem
et edificauerunt altare nouum secundu

illud quod fuit prius & edificauerunt
sancta & que intra domum erant intrin
secus et edem & atria sanctificauerunt.
Et fecerunt uas sancta noua & intulerunt
candelabrum et altare incensorum et me
sam in templum. Et incensum posuerunt su
per altare & accenderunt lucernas que su
per candelabrum erant & lucebant in tes
plo. Et posuerunt super mensam panes & appenderunt uelamina & consumauerunt
omnia opera que fecerant. Et ante marty
rium surrexerunt quinta & uicesima die
mensis nomi hic est mensis casleu centesi
mi quadagesimi octauo anni & obtulerunt
sacrificium secundum legem super altare
holocaustorum nouum quod fecerunt. Secun
dum tempus & secundum diem in qua con
taminauerunt illud gentes in ipsa renoua
tum est in canticis & cytharis & cyrnis et
cymbulis. Et cecidit omnis populus in facies
et adorauerunt et benedixerunt in exlum
cum qui prosperauit eis. Et fecerunt dedi
cationem altaris diebus octo & obtulerunt
holocausta cum letitia & salutaria laudis.
Et ornauerunt faciem templi coronis aureis
& scutulif & dedicauerunt portas & pasto
phoria & imposuerunt eis ianuas. Et facta
est letitia in populo magna ualde & ade
sum est obprobrium gentium. Et statuit
judas et fratres eius & uniuersa ecclesia
israel ut agatur dies dedicationis altaris
in temporibus suis ab anno in annum per
dies octo a quinta & uicesima die mensis
casleu cum letitia & gaudio. Et edifica
uerunt in tempore illo montem syon &
per circuitum muros altos & turres fir
mas nequando uenirent gentes & con

cularent eos sicut antea fecerunt. Et col
locauit illic exercitum ut seruariet eum
& munuit eum ad custodiendam bethse
ram ut haberet populus munitionem con
tra faciem Idumee.

Factum est ut audierunt
gentes in circuitu quia edi
ficatum est altare & sancti
ficatum sicut prius itaque
sunt ualde & cogitabant tollere genus Ja
cob qui erant inter eos & ceperunt occide
re de populo et persequi. Et debellabat iuda
filios esau in Idumea & eos qui erant in
Arabithane quia circumsedebant israelitas &
percussit eos plaga magna. Et recordatus est
malitiam filiorum Bex qui erant populo in
laqueum & in scandalum insidiantes ei in
uia. Et conclusi sunt ab eo in turribus &
applicuit ad eos & anathematizauit eos &
incendit turres eorum igni cum omnibus qui
in eis erant. Et transiit ad filios Ammo
& inuenit manum fortem & populum co
piosum & Timotheum ducem ipsorum.
Et commisit eum eis proelia multa & con
triti sunt in conspectu eorum et percus
sit eos & cepit Iazer & filias eius & re
uersus est in iudeam. Et congregatae sunt
gentes quae sunt in Galaad aduersus isra
elitas qui erant in finibus eorum ut tollerent
eos & fugerunt in Dathemam munitionem
& miserunt literas ad iudam et fratres
eius dicentes. Congregatae sunt adue
sum nos gentes per circuitum ut nos aufe
rant & parant uenire & occupare muni
tionem in quam confugimus. & Timotheus
est dux exercitus eorum. Nunc ergo ue

ni et eripe nos de manibus eorum quia cecidit multitudo de nobis. Et omnes fratres nostros qui erant in locis tubin interfecti sunt & captiuas duxerunt uxores eorum & natos & spolia & peremerunt illic fere mille uiros. Et adhuc epistole legebantur. Et ecce alij nuntij uenerunt de Galilea cecissis tunicis nuntiantes secundum uerba hec dicentes conuenisse aduersum se a ptolemaide & tyro & sidone & repleta est omnis Galilea alienigenis ut nos consumant. Ut audiuit autem Judas et Populus sermones istos conuenit ecclesia magna cogitare quod facerent fratribus suis qui in tribulatione erant & expugnabantur ab eis. Dixitque Judas Simoni fratri suo. Elige tibi uiros et uade & libera fratres tuos in Galilea ego autem et frater meus Ionathas ibimus in Galaaditibus. Et reliquit Iosephum filium Zacharie & Azariam duces populi cum residuo exercitus in Iudea ad custodiam & precepit illis dicens. Preestote Populo huic & nolite bellum committere aduersum gentes donec reuertamur. Et dati sunt Simoni iugeri tria milia ut iret in Galileam. Jude autem octo milia in Galaaditibus. Et abiit Simo in Galileam & commisit prelia multa cum gentibus. Et contrita sunt gentes a facie eius & persecutus est eos usque ad portam Ptolemaidis. Et ceciderunt de gentibus fere tria milia uiuorum & accepit spolia eorum. Et assumpsit eos qui erant in Galilea & in Arabis cum uxoribus & natis & omnibus que erant illis & adduxit in Iudeam cum letitia magna. Et Judas Machabeus & Ionathas frater eius

transierunt Jordanem & abierunt uiam trium dierum in desertum. Et occurrerunt eis Nabuthai & susceperunt eos pacifice & narrauerunt eis omnia que acciderant fratribus eorum in Galaaditide et quia multi ex eis comprehensi sunt in Basara et Bosor et in Alunis et in Casphor & Mager & Carnaim. Hec omnes ciuitates munitae & magnae. Sed et in ceteris ciuitatibus Galaaditidis tenentur comprehensi. Et in crastinum constituerunt ad mouere exercitum ciuitatibus his & comprehendere et tollere eos in una die. Et conuertit Judas et exercitus eius uiam in desertum Bosor repente & occupauit ciuitatem et occidit omnem masculum in ore gladij & accepit et accepit omnia spolia eorum et succendit eam igni. Et surrexerunt inde nocte & ibant usque ad munitiorem. Et factum est diluculo cum eleuassent oculos suos & ecce populus multus cuius non erat numerus portantes scilas et machinas ut comprehenderent munitiorem et expugnarent eos. Et uidit Judas quia cepit bellum & clamor belli ascendit ad caelum sicut tuba & clamor magnus de ciuitate. Et dixit exercitus suo. Pugnae hodie pro fratribus uestris. Et uenit tribus ordinibus post eos & exclamauerunt tubis & clamauerunt in oratione. Et cognouerunt castra Timothei quia Machabeus est & refugerunt a facie eius. Et percusserunt eos plaga magna et occiderunt ex eis in die illa fere octo milia uiuorum. Et diuertit Judas in Maspha et expugnauit & cepit eam & occidit omnem masculum eius et sumpsit spolia eius et succendit eam.

dit eam igni. Inde perrexit et cepit. i.
casbon. & maged. et Bosor. & reliquas
ciuitates galaaditidis. Post hec autem
uerba congregauit Timotheus exercitū
alium & castra posuit contra rāphon trās
torrentem. Et misit Judas speculari exer-
citum. & renuntiauerunt ei dicentes qd
conuenerunt ad eum omnes gentes que
in circuitu nostro sunt. & exercitus mul-
tus nimis. Et Arabas conduxerunt in
auxilium sibi. & castra posuerunt trās
torrentem. parati ad te uenire in pre-
lium. Et abiit Judas obuiam illis. Et ait
Timotheus principibus exercitus sui. Cum
appropinquauerit Judas et exercitus eius
ad torrentem aque. si transierit ad nos
prior non poterimus sustinere eum. qd
potens poterit aduersum nos. Si uero ti-
muerit transire. & posuerit castra extra
flumen. transiretemus ad eos. & poteris
aduersus illum. Ut autem appropinqua-
uit Judas ad torrentem aque. statuit ser-
bas populi secus torrentem. & mandauit
eis dicens. Neminem hominum reliqueri-
tis. sed ueniant omnes in prelium. Et
transiretauit ad illos prior. & omnis po-
pulus post eum. Et contrite sunt omnes
gentes a facie eorum. & proiecerunt ar-
ma sua. et fugerunt ad pbanum quod e-
rat in carnaim. Et occupauit ipsam ciuita-
tem et pbanum succendit igni cum om-
nibus que erant in ipso. Et oppressa est car-
naim. & non potuit sustinere contra fa-
ciem Jude. Et congregauit Judas uniuersos
israelitas que erant in galaaditide. &
minimo usq. ad maximum. & uxores eo-
rum. & natos & exercitum magnum. i.

ualde. ut uenirent in terram Jude. Et uo-
nerunt usq. ephron. & hec ciuitas magna
in ingressu posita. munita ualde. Et non
erat declinare ab ea. dextra uel sinistra.
sed per medium iter erat. Et incluserunt
sequebant in ciuitate. & obstruxerunt po-
tas lapidibus. Et misit ad eos Judas uer-
bis pacificis dicens. Transeamus per ter-
ram uestram ut eamus in terram nostrā.
et nemo uobis nocebit. tantum pedibus
transibimus. Et nolabant eis aperire. Et
precepit Judas predicari in castris. ut
applicarent unusquisque in quo erat loco. Et
applicuerunt se uim uirtutis. & oppugn-
uit ciuitatem illam tota die. et tota nocte.
Et tradita est ciuitas in manu eius. i.
Et peremerunt omnem masculum in ore
gladii. et eradicauit eam. & accepit o-
spolia eius. & transiit per totam ciuita-
tem super interfectos. Et transgressi sunt
Jordanem in campo magno contra faciem
bethsan. Et erat Judas congregans exte-
rios et exhortabatur populum per totam
uiam donec uenirent in terram. & ascen-
derunt in montem syon cum letitia &
gaudio. & obtulerunt holocausta. qd ne-
mo ex eis occidisset. donec reuerterentur
in pacem. Et in diebus quibus erat Judas &
Jonathas in terra galaad. & Simon fra-
ter eius in galilea contra faciem prole-
maidis. audiuit Iosephus Zacharie fi-
lius. & Azarias princeps uirtutis res-
bene gestas. & prelia que facta sunt. et
dixit. faciamus et ipsi nobis nomen.
& eamus pugnare aduersus gentes que
in circuitu nostro sunt. Et precepit his. i.
que erant in exercitu suo & abierunt o-

Jammam et exiit Gorgias de ciuitate
& uiri eius obuiam illis in pugnam. Et
fugati sunt Iosephus et Azarias usq; in fi-
nes Iudee. & ceciderunt illa die de po-
pulo Israel ad duo milia uiri. Et facta
est plaga magna in populo quia audie-
runt Judam & fratres eius existimante
fortiter se facturos. Ipsi autem non erat
de semine uirorum illorum. per quos sa-
lus facta est in Israel. Et uiri Juda ma-
gnificati sunt ualde in conspectu omnis
Israel et gentium omnium ubi audiebatur
nomen eorum. Et conuenerunt ad
eos fausta acclamantes. Et exiit Ju-
das & fratres eius et expugnabant filios
Esau in terra que ad austrum est. &
percussit Chebron & filias eius. & mu-
ros eius & turres eius succendit igne in
circuitu. Et mouit castra ut iret in ter-
ram alienigenarum. et perambulabat sa-
mariam. In illa die ceciderunt sacerdotes
in bello dum uolunt fortiter facere. dum
sine consilio exeunt in prelium. Et de-
clinauit Judas in Azotum in terram alic-
nigenarum & diruit aras eorum. & spo-
lia decorum suorum succendit igni. et ce-
pit spolia ciuitatum. & reuersus est in
terram Iudae.

¶ Rex Antiochus per-
ambulauit superiores regio-
nes. Et audiuit esse ci-
uitatem elimaidem in
perside nobilissimam et copiosissimam in
gento et auro. templumq; in ea locuplex
ualde. Et illic uelamina aurea & lorice
et scuta que reliquit Alexander philip-

pi rex Macedo q; regnauit primus in
Grecia. et uenit. & querebat capere ci-
uitatem. & deprederam eam et non potu-
it. quoniam innotuit sermo his q; erant
in ciuitate. Et insurrexerunt in prelium
et fugit inde. & abiit cum tristitia ma-
gna. & reuersus est in Babyloniā. &
uenit q; nuntiaret ei in perfide. quia fu-
gata sunt castra que erant in terra Ju-
da. & q; abiit Lysias cum uirtute for-
ti i primis et fugatus est a facie Iude-
orum. & inualuerunt armis et uiribus
& spolijs multis que ceperunt de castris
que exciderunt. & q; diruerunt abo-
minatione quam edificauerat sup alta-
re. quod erat in hierusalem. & sanctific-
tionem sicut prius circudederunt muris
excellis. sed et Bethsuram ciuitatem suam.
Et factum est ut audiuit Rex sermoes
istos exiit. & commotus est ualde. &
decidit in lectum. et incidit in languore
pre tristitia. q; non est factum sicut
cogitabat. Et erat illic p dies multos q;
renouata est in eo tristitia magna. & a-
bitratus est se mori. Et uocauit omnes
amicos suos. & dixit illis. Recessit so-
nus ab oculis meis. & coneci & corruj
corde pre sollicitudine. Et dixi in
corde meo in quam tribulationem deue-
ni. & in quos fluctus tristitie. in qua
nunc sum. q; iocundus eram et dilec-
tus in potestate mea. Nunc uero re-
misco malorum que feci in hierusa-
lem. unde & abstuli omnia spolia au-
rea & argentea que erant in ea. & mis-
si auferre habitantes Iudaeam. sine causis.
Cognoui ergo q; propterea inuenerunt

me mala ista: et ecce perco tristitia magni
in terra aliena. Et uocauit philippum unum
de amicis suis & preposuit eum super uniuersum
regnum suum. Et dedit ei chadema
& stolam suam et anulum: ut adduceret
Antiochum: ut adduceret Antiochum fi-
lium suum: et nutrirer eum et regnaret.
Et mortuus est illic Antiochus Rex an-
no centesimo quadragesimo nono. Et co-
gnouit Lysias quoniam mortuus est rex
et constituit regnare Antiochum filium
eius quem nutruerat adolescentem & uo-
cauit nomen eius eupatorem. Et hi qui
erant in arce conuenerunt: isit in circui-
tu sanctorum: & querebant eis mala
semper ad firmitamentum gentium. Et co-
gitauit Judas disperdere eos & conuocauit
uniuersum populum ut obsiderent eos.
Et conuenerunt simul et obsederunt eos
anno centesimo quinquagesimo: & fecerunt
balistas et machinas. Et exierunt
quidam ex eis qui obsidebant: & aduincere-
runt se illis aliqui imperii ex israel: & abi-
erunt ad regem: & dixerunt: Quousque
non facis iudicium: et uindictas fratres
nostros? Nos decreuimus seruire patri-
tuo & ambulare in preceptis eius: & obsequi
quod edictis eius: & filii populi nostri propter
hec alienabant se a nobis. Et quousque in-
ueniebantur ex nobis interficiebantur:
et hereditates nostre diripiebantur. Et
non ad nos tantum extenderunt manum: sed
& in ceteros fines nostros. Et ecce applicue-
runt hodie ad arcem in hierusalem occu-
pare eam: & munitionem in Bethsuram in-
uenerunt. Et nisi preuenieris eos uelociter
maiora quam hec facient: & non poteris ob-

neri eos. Et iratus est rex ut hec au-
diuit & conuocauit omnes amicos suos
& principes exercitus sui & eos qui super
egres erant. Sed et de regnis alijs & de
insulis maritimis uenerunt ad eum exer-
citus conductitius. Et erat numerus exer-
citus eius centum milia peditum et uigi-
ti milia equum: & elephanti triginta duo.
Iussit ad prelium. Et uenerunt per Ieru-
salem & applicuerunt ad Bethsuram: &
pugnauerunt dies multos: & fecerunt
machinas. Et exierunt et succenderunt
casignum: et pugnauerunt ualenter. Et re-
cessit Judas ab arce et mouit castra ad
Bethzacharam contra castra regis. Et
surrexit Rex ante lucam et conuocauit
exercitum in impetum contra uiam Bethza-
charam. Et comparauerunt se exercitus in
prelium: & tubis cecinerunt. Et elephanti
ostenderunt sanguinem uisus et mori
ad acuos eos in prelium. Et diuiserunt
bestias per legiones: & astiterunt sin-
gulis elephantis mille uiri in loriceis cor-
cateratis: & galee: erant in capitibus eorum:
& quingenti egres ordinati uniuersis bestie
electi erant. Hi ante tempus ubique erant
bestia ibi erant: & quousque ibat ibant:
& non discedebant ab ea. Sed et turres
lignee super eos firme protegentes super
singulas bestias: & super eas machinæ. Et
super singulas uiri uirtutis triginta duo:
qui pugnabant desuper: & unus magister
bestie. Et residuum equitatum hinc & inde
statuit in duas partes: tubis exercitus
unum commouere et perurgere constipatos
in legionibus eius. Et refulsit sol in
clypeos aureos & creos resplenderunt

montes ab eis & resplenduerunt sicut
lampades ignis. Et distincta est pars
exercitus regis per montes excelsos &
alia per loca humilia. Et ibant caute &
ordinate. Et commouebantur omnes inha-
bitantes terram a uoce multitudinis co-
rum & incessu turbe & collisione ar-
morum. Erat enim exercitus magnus
ualde & fortis. Et appropiauit Judas &
exercitus eius in prelium. & ceciderunt
de exercitu eius sexcenti uiri. Et ui-
dit Eleazar filius Saura unam de bestis
isloricatam loriceis regis & erat eminent
super ceteras bestias. Et uisum est ei
q. in ea esset Rex. & dedit se ut libe-
raret populum suum. et acquireret sibi no-
men eternum. Et cucurrit ad eam au-
dacter in medio legionis interficiens a
dextris & a sinistris. et cadebant ab
eo huc atq. illuc. Et uit sub pedes ele-
phantis & supposuit se ei & occidit eum
& cecidit in terram super ipsum & mor-
tuus est illic. Et uidentes uirtutem re-
gis et impetum exercitus eius. diuerse-
runt se ab eis. Castra autem Regis ascen-
derunt contra eos in hierusalem. & appli-
cuerunt castra regis ad iudeam et mon-
tem syon. Et fecit pacem cum his qui e-
rant in Bethsura. & exierunt de ciuita-
te. quia non erant eis sibi alimenta. con-
clusis. quia sabbata erant terre. Et com-
prehendit rex Bethsuram. & constituit
ibi custodiam seruare eam. Et conuer-
tit castra ad locum sanctificationis dies
multos. Et statuit illic balistas et ma-
chinas & ignis iacula & tormenta ad la-
pides iactandos & spicula et scorpiones.

ad mittendas sagittas & fundibula. Fe-
cerunt autem et ipsi machinas aduersus
machinas eorum & pugnaverunt dies
multos. Et sec. autem non erant in ciuita-
te. eo q. septimus annus esset & q. reman-
serant in iudea de gentibus consumpsert
reliquias eorum. quae repositae fuerant.
Et remanserunt in sanctis uiri pauci quo-
niam obtinuerant eos famel. & dispersi
sunt unusquisque in locum suum. Et
audiuit Lysias q. philippus quem consti-
tuerat rex Antiochus cum adhuc uiuere
ut nutreret Antiochum filium suum &
regnaret. reuersus est a perside & me-
dia. & exercitus q. abierat cum ipso. &
quia querit suscipere regni negocia. Et
festinauit ire et dicere ad regem et de-
ces exercitus. Deficimus quotidie & die
nobis modica est. & locus quem obside-
mus est munitus. et incumbit nobis or-
dinare de regno. Nunc itaq. demus dex-
tras hominibus istis. & faciamus cum illis
pacem. & cum omni gente eorum. et co-
stituiamus illis ut ambulent in legitimis.
sicut prius. Propter legitima enim ipsorum
que despeximus nati sunt. & fecerunt
omnia haec. Et placuit sermo in conspec-
tu regis et principum. & misit ad eos
pacem facere. et exeperunt illam. et ui-
rauit illis rex. & exierunt de munitio-
ne. Et intrauit rex in montem syon. &
uidit munitioem loci. & rupit ciuium iu-
ramentum qd. iurauit. et mandauit des-
trueri murum in gyro. Et discessit fe-
stinanter & reuersus est Antiochiam.
et inuenit philippum dominantem ciui-
tati. & pugnauit aduersus eum. & ce-

cupauit ciuitatem.

Nono centesimo quinquagesimo & primo. cccij. Demetrius Seleuci filius ab urbe roma & ascendit & pauca uis in ciuitatem maritima & regnauit illic. Et factum est ut ingressus est domum regni patrum suorum. comprehendit exercitum Antiochum et Lysiam ut adducerent eos ad eum & res ei innotuit & ait. Nolite mihi ostendere faciem eorum. Et occidit eos exercitus. Et sedit Demetrius super sedem regni sui & uenerunt ad eum uiri iniqui & impij ex israel & Alchimus dux eorum quod uolebat fieri sacerdos. Et accusauerunt populum apud regem dicentes. Perdidit Judas & fratres eius amicos tuos & nos disperdidit de terra nostra. Nunc ergo mitte uirum cui credis ut eam et uideat exterminium omne quod fecit nobis in regionibus Regis & puniat omnes amicos eius & adiutores eorum. Et elegit rex ex amicis suis Barchidem quod dominabatur trans flumen magnum in regno et fidelem regi & misit eum ut uideret exterminium quod fecit Judas. Sed et Alchimum impium constituit in sacerdotem & mandauit ei facere ultionem in filios israel. Et surrexerunt & uenerunt cum exercitu magno in terram juda et miserunt nuncios & locuti sunt ad Judam et ad fratres eius uerbis pacificis in dolo & non intenderunt sermonibus eorum. Viderunt enim quia uenerunt cum exercitu magno & con-

uenerunt ad Alchimum et Barchidem congregatio scribarum requirere quae iusta sunt. Et primi asside qui erant in filiis israel et exquirebant ab eis pacem. Dixerunt enim homo sacerdos de semine Aaron. uenit non decipiet nos. Et locutus est eum eis uerba pacifica & iurauit illis dicens. Non inferemus uobis malum neque amicis uestris. Et crediderunt ei & comprehendit ex eis sexaginta uiros & occidit eos una die secundum uerbum quod scriptum est. Carnes sanctorum tuorum et sanguinem ipsorum effuderunt in circuitu hierusalem & non erat qui sepelleret. Et incubuit timor et tremor in omnem populum quia dixerunt. Non est ueritas & iudicium in eis. & transgressi sunt enim constitutum et iusiurandum quod iurauerunt. Et mouit Barchides castra ab hierusalem et applicauit in Bethzeca & misit & comprehendit multos ex eis qui se refugiuerant & quosdam de populo mactauit & in puteum magnum proiecit & commisit regionem Alchimino & reliquit cum eo auxilium in adiutorium ipsi. Et abiit Barchides ad regem. Et satis agebat Alchimus pro principatu sacerdotum sui & conuenerunt ad eos omnes qui perturbabant populum suum & obtinuerunt terram juda et fecerunt plagam magnam in israel. Et uidit Judas omnia mala quae fecit Alchimus & qui cum eo erant filii israel multo plus gentes. Et exiit in omnes fines iudee in circuitu & fecit uindictam in uiros desertores & cessauerunt ultra exire in regionem. Vidit

autem Alchimus q̄ preualuit iudas et
q̄ cum eo erant. & cognouit q̄ non po-
test sustinere eos. & regressus est ad re-
gem. et accusauit eos multis criminibus.
E misit rex Nicanorem unum ex prin-
cipibus suis nobilioribus qui erat inimici-
tas exercens contra israel. & mandauit
ei euertere populum. E uenit Nicano-
r in hierusalem cum exercitu magno. & i-
misit ad iudam et ad fratres eius uer-
bis pacificis cum dolo dicens. Non sit
pugna inter me & uos. Veniam cum ui-
ri paruos ut uideam facies uestras cum
pace. E uenit ad iudam. et salutaue-
runt se inuicem pacifice. & hostes para-
ti erant rapere iudam. E motuit ser-
mo iude. quoniam cum dolo uenerat
ad eum et conterritus est ab eo. & am-
plius noluit uidere faciem eius. Et co-
gnouit Nicanor quoniam denudatum
est consilium eius. et exiit obuiam.
iude in pugnam iuxta chapharsalama.
Et ceciderunt de nicanoris exercitu sepe-
tingua milia uiri. & fugerunt in ciuita-
tem Dauid. Et post hec ascendit Ni-
canor in montem syon. & exierunt de
sacerdotibus populi salutare cum in pace
& demonstrare ei holocaustomata que
offerebant pro rege. & irridens spreuit
eos & polluit. & locutus est superbe. &
iurauit cum ira dicens. Nisi traditus fe-
rit iudas et exercitus eius in manus
meas. continuo cum regressus fuero in
pace succendam domum istam. Et exi-
it cum ira magna. et intrauerunt sacer-
dotes. & steterunt ante faciem altaris
templi. & flentes dixerunt. Tu domine

elegisti domum istam ad inuicendum.
nomen tuum in ea. ut esset domus ora-
tionis et obsecrationis populo tuo. Fac ut
dicam in homine isto. & exercitus eius.
et cadant in gladio. Memento blasphemias
eorum. & ne dedens eis ut permaneat.
Et exiit Nicanor ab hierusalem et castra
applicuit ad Bethoron. & occurrit illi ex-
ercitus syrie. Et iudas applicuit in adan-
sa cum tribus milibus uiris. Et orauit iudaeus
et dixit. Quis erant ad regem Semma-
cherib domine. q̄ blasphemauerunt te.
exiit angelus et percussit ex eis centum
& octoginta quinq̄ milia. sic conterere exer-
citum istum in conspectu nostro hodie. et
sciunt ceteri q̄ male locutus est super
sancta tua. et iudica illum secundum
malitiam illius. Et commiserunt exercitus
prelium tertiadecima die mensis Adar.
& contrita sunt castra Nicanoris et ce-
cidit ipse primus in prelio. Ut autem ui-
dit exercitus eius q̄ cecidisset Nicanor
proiecerunt arma sua et fugerunt. & per-
secuti sunt eos uiam unius diei ab A-
dazer usque quo ueniatur in gazara. & ubi
occiderunt post eos cum significationibus.
Et exierunt de omnibus castellis iudee
in arcibus. & uentilabant eos cornibus. &
conuertebantur iterum ad eos. Et cecide-
runt omnes gladio. & non est reli-
ctus ex eis nec unus. Et acceperunt spolia
eorum in preclam. & caput Nicanoris
amputauerunt et dexteram eius quam
extenderat superbe. & attulerunt. & i-
suspenderunt contra hierusalem. Et le-
taturus est populus ualde. & egerunt chi-
em illam littera magna. Et constituit

agi omnibus annis diem istam tertide-
cuna die mensis Xdar. & filius terra
Juda dies paucos.

Et audiuit Judas nomen
Romanorum. quia sunt po-
tentes uiribus & aequantur
ad omnia que postulant
ab eis. & quecumque accesserunt ad eos statu-
erunt eum eis amicitias. et quia sunt poten-
tes uiribus. Et audierunt prelia eorum &
uirtutes bonas quas fecerunt in galatia
quia obtinuerunt eos & duxerunt sub tri-
butum. Et quanta fecerunt in regione
hispanie & que in potestatem redegerunt
metalla argenti & auri que illis sunt. &
possederunt omnem locum consilio suo
& patientia locaque longe erant ualde
ab eis. & reges que superuenerant eis
ab extremis terre contriuerunt. & per-
cusserunt eos plaga magna. Ceteri autem
dant eis tributum omnibus annis. Et Phi-
lippum persem ceterorum regem & ceteros
que aduersus eos arma tulerant contri-
uerunt in bello & obtinuerunt eos. O-
mnibus autem Antiochum magnum regem & sic
quia eis pugnam intulerat habens centum uir-
ginti elephantes & equitatum et currus
et exercitum magnum ualde contritum
ab eis. & quia ceperunt eum uiuam & sta-
tuerunt ei ut daret ipse & que regnarent
post ipsum tributum magnum. & da-
ret obsides. & constitutum et regionem
indorum. et medos & lydos de optimis
regionibus eorum. et acceptas eas ab eis de-
derunt eunem regi. Et quia qui erant
apud helladam uoluerunt ire & tollere

eos. & innotuit sermo his & miserunt
ad eos ducem unum et pugnaverunt con-
tra illos & ceciderunt ex eis multi. & cap-
tius duxerunt uxores eorum et filios
et diripuerunt eos. & terram eorum pos-
sederunt. & destruxerunt muros eorum
et in seruitutem redegerunt illos usque
in hunc diem. Et residua regna et insu-
las que aliquando restiterant illis exte-
minauerunt. & in potestatem redegerunt.
Cum amicitias autem suis & que in ipsis reges
habebant conseruauerunt amicitiam &
obtinuerunt regna que erant proxima. et
que erant longe. quia quecumque audiebant
nomen eorum timebant eos. Quibus uero
uellent auxilio esse ut regnarent regna-
bant. Quos autem uellent regno detur-
bant. et exaltati sunt ualde. & in om-
nibus istis nemo portabat chadema. nec
induebatur purpura. ut magnificaretur
in ea. Et quia curiam fecerunt sibi. & que
tidie consulebant trecentos uiginti con-
siliu[m] agentes semper de multitudine. ut
que digna sunt gerant. et committunt
uni homini magistratum suum per singu-
los annos dominari uniuersa terre sue.
et omnes obediunt uni. & non est inui-
dia neque zelus inter eos. Et elegit Judas
Eupolemiu[m] filium Iohannis filij Jacob.
et Iasonem filium Eleazari. & misit eos
Romanam constituere eum illis amicitiam
& societatem. & ut auferrent ab eis tri-
butum grecorum. quia uiderunt quod in se-
uitutem premerant regnum Israel. Et
abierunt Romanam uiam multam ualde. &
introierunt curiam. & dixerunt Judas
sachabeus. & fratres eius & populus.

judaeorum miserunt nos ad uos statuere
uobiscum societatem et pacem. & conscri-
bere nos socios & amicos uestros. Et pla-
cuit sermo in conspectu eorum. Et hec re-
scriptum quod rescripserunt in tabulis. et
& miserunt in hierusalem. ut esset apud
eos ibi memoriale pacis et societatis. Be-
ne sit Romanis et genti judaeorum in
mari et in terra in eternum. gladiusque
et hostis procul sit ab eis. Quod si inste-
rit bellum Romanis prius aut omnibus so-
cys eorum in omni dominatione eorum au-
xilium feret gens judaeorum. per tempus
dictauerit corde pleno. Et prestantibus
non dabunt neque subministrabunt trita-
cum arma pecuniam nauis. sicut placuit
Romanis. & custodiunt mandata eorum. et
nihil ab eis accipientes. Similiter autem et
si genti judaeorum prius acciderit bellum
adiuuabunt. Romanis ex animo prout
tempus eis permiserit. & adiuuantibus non
dabitur triticum arma pecunia nauis si-
cut placuit Romanis. & custodient man-
data eorum absque dolo. Secundum hec
uerba constituerunt Romanis populo ju-
daeorum. Quod si post hec uerba. hi aut
illi addiderint. aut demerint. ad hec aliquid
uoluerint. facient ex proposito suo. & si
quaeque addiderint. uel dempserint.
rata erunt. Sed de malis que rex De-
metrius fecit in eos scripsimus et dice-
tes. Quare grauasti iugum tuum super
amicos nostros et socios iudeos. Si en-
go iterum adierint nos aduersum te. fa-
ciemus illi iudicium. et pugnabimus te
cum mari terra.

Et terea ut audiuit De-
metrius quia cecidit Ni-
canor et exercitus eius in
paxlo. apposuit Barchides
et Alchimum rursus mittere in iudeam
& dextrum cornu cum illis. Et abierunt
uiam que ducit in galgala. et castra po-
suerunt in masaloth que est in arbellis
& occupauerunt ea. & peremerunt ani-
mas hominum multas. In mense primo de-
m centesimi et quinquagesimi et secundi
applicuerunt exercitum ad hierusalem. et
surrexerunt. et abierunt in Berta uigin-
timitia uirorum. et duomilia equitum. Et
judas posuerat castra in laisa. et tria mila
uiri electi cum eo. Et uiderunt multitu-
dinem exercitus quia multi sunt. & timu-
erunt ualde. & multi subtraxerunt se
de castris. & non remanserunt ex eis ni-
si octingenti uiri. Et uidit iudas quod de-
fluxit exercitus suus. et bellum perur-
gebat eum. & contractus est corde. quia
non habebat tempus congregandi eos. et
dissolutus est. & dixit his qui residui erant.
Surgamus et eamus aduersarios nostros
si poterimus pugnare aduersus eos. Et
aduertebant eum dicentes. Non poteri-
mus. sed liberemus animas nostras. modum
et reuertamur ad fratres nostros. & non
inferamus crimen glorie nostre. Et mo-
uit exercitus de castris. & steterunt il-
lis obuiam. Et diuisi sunt equites in du-
as partes fundibularum & sagittarum pra-
bant exercitum. & primi certaminis os-
nes potentes. Barchides autem erat in
dextro cornu et praemauit legio ex de-
abus partibus. & clamabant tubis. Ex-

*in tali propo-
sitione ad
nos non
fuerit
aliquid
de eo
si
pro
fuerit
ut
appo-
sit*

clamauerunt autem et hi qui erant ex parte iude etiam ipsi & commota est terra a uoce exercituum & commissum est praelium ad mane usque ad uesperam. Et uidit iudas quia firmior est pars exercitus Bachidis in dextris et conuenerunt cum ipso omnes constantes corde & contrita est dextra pars ab eis & persecutus est eos usque ad montem Azon. Et qui in sinistro cornu erant uiderunt quod contritum est dextrum cornu. et secuti sunt post iudam & eos qui cum ipso erant x. tergo. Et in grauatum est praelium. et ceciderunt uulnerati multi ex his et ex illis. Et iudas cecidit. & ceteri fugerunt. Et Ionathas et Simon tulerunt iudam fratrem suum. et sepelierunt eum in sepulchro patrum suorum in ciuitate Mochin. et fleuerunt eum omnis populus israel plandem magno. & lugebant dies multos & dixerunt. Quomodo cecidit potens qui saluus faciebat populum israel. Et cetera uerba bellorum iude. et uirtutes quas fecit & magnitudinis eius non sunt descripta multa cum erant ualde. Et factum est post obitum iude emerferunt iniquitate omnibus finibus israel. et exorti sunt omnes qui operabantur iniquitatem. In diebus illis facta est famel magna ualde. & tradidit se Bachidi omnis regio eorum & ipsis. Et elegit Bachides uiros impios & constituit eos dominos regionis. et exquirebant et persecutabantur amicos iude & adducebant eos ad Bachidem. & uindicabat in illos et illudebat. Et facta est tribulatio magna in israel qualis non fuit ex die qua non est uisus propheta.

in israel. Et congregati sunt omnes amici iude. & dixerunt Ionathe. Ex quo frater tuus iudas defunctus est. uir similis ei non est qui exeat contra inimicos nostros Bachidem. et eos qui inimici sunt gentis nostre. Nunc itaque te hodie eligimus esse pro eo nobis in principem. et ducem ad bellandum bellum nostrum. Et suscepit Ionathas tempore illo principatum. & surrexit loco iude fratris sui. Et cognouit Bachides. & querebat eum occidere. Et cognouit Ionathas et Simon frater eius. & omnes qui cum eo erant. & fugerunt in desertum theue. & condescenderunt ad aquam lacus Asphar. Et cognouit Bachides. & die sabbatorum uenit ipse et omnis exercitus eius trans iordanem. Et Ionathas misit fratrem suum Duceem populi. & rogauit Nabuthem amicos suos ut commendaret illis apparatus suum qui erat copiosus. Et exierunt filii Iambri ex Madaba. et comprehenderunt Iohannem et omnia que habebat. et abierunt habentes ea. Post hec uerba renuntiatum est Ionathe. & Simoni fratri eius. quia filii Iambri faciunt nuptias magnas. et ducunt sponsam ex Madaba filiam unius de magnis principibus chanaan cum ambicione magna. Et recordati sunt sanguinis Iohannis fratris sui. et ascenderunt. & absconderunt se sub tegumento montis. et cleuauerunt oculos suos. & uiderunt. & ecce tumultus & apparatus multus. & sponsus processit. & amici eius. & fratres eius obuiam illis & tympanis et musicis. & armis multis. Et surrexerunt ad eos ex insidijs. et occide-

runt eos & ceciderunt uulnerati multi
& residui fugerunt in montes & acceperunt
omnia spolia eorum & conuerse sunt
nupte in luctum & uox musicorum ipso
rum in lamentum. Et iudicauerunt iun-
dictam sanguinis fratris sui & reuerfi sunt
ad ripam jordanis. Et audiunt Bachides
et ueniunt die sabbatorum usque ad oram jor-
dani in uirtute magna. Et dixit ad suos
Jonathas. Surgamus et pugnemus contra
inimicos uostros. Non est enim hodie si-
cut heri et nudius tertius. Ecce enim bel-
lum ex aduerso. aqua uero jordanis hic
et inde & ripes et paludes & saltus &
non est locus diuertendi. Nunc ergo
clamate in celum. ut liberemini de ma-
nu inimicorum uestrorum. Et commis-
sum est bellum. Et extendit Jonathas
manum suam percutere Bachidem & di-
uertit ab eo retro & dissipt Jonathas
& qui cum eo erant in jordanem et transi-
cauerunt ad eos jordanem. Et ceciderunt
de parte Bachidis die illa mille uiri &
reuerfi sunt in hierusalem. Et edificauerunt
ciuitates munitas in iudea.munitionem
que erat in hierico & in ainatum & in
bethoron et Bethel & thanatha et plura
et thopo muris excelsis & portis et
feris. Et posuit custodiam in eis ut in-
imicitias exerceant in israhel. Et munit
ciuitatem Bethsuram et Gazaram & ar-
cem & posuit in eis auxilia & apparatus
escarum. et accepit filios principum re-
gionis obsides & posuit eos in arce ierusalem
in custodiam. Et anno cen-
tesimo quinquagesimo tertio mense secun-
do precepit Alchimus destrui muros

domus sancte interioris & destrui ope-
ra prophetarum. Et coepit destruere.
In tempore illo percussus est Alchimus
et impedita sunt opera illius & oblitus
est os eius & dissolutus est paralyti. nec
ultra potuit loqui uerbum & mandare
de domo sua & mortuus est Alchimus
in tempore illo cum tormento magno.
Et uidit Bachides quoniam mortuus est
Alchimus & reuersus est ad regem & si-
luit terra annis duobus. et cogitauerunt
omnes unquam dicentes. Ecce jonathas et qui
cum eo sunt in silentio habitant confiden-
ter. Nunc ergo adducamus Bachidem
et comprehendet eos omnes una nocte.
Et abierunt & consilium eis dederunt.
Et surrexit ut ueniret cum exercitu
multo. Et misit occulte epistolas sociis
suis qui erant in iudea. ut comprehenderent
Jonathan et eos qui cum eo erant. sed non
potuerunt. quia innocuit eis consilium eorum.
Et apprehendit de uiris regionis qui prin-
cipes erant militie quinquaginta uiros &
cecidit eos. Et recessit Jonathas et Simon
& qui cum eo erant in Bethbessan. que est
in deserto & extruxit diruta eius et firm-
mauerunt eam. Et cognouit Bachides &
congregauit uniuersam multitudinem suam
et his qui de iudea erant denuntiavit. Et
uenit et castra posuit desuper Bethbesse
& oppugnauit eam dies multos & fecit
machinas. Et reliquit Jonathas Simonem
fratrem suum in ciuitate et exiit in re-
gionem et uenit cum numero & percu-
sit Odarem & fratres eius & filios phaseron
in tabernaculis ipsorum. et coepit cedere
& crescere in uirtutibus. Simon uero &

cum ipso erant exierunt de ciuitate & succenderunt machinas & pugnauerunt contra Babilonem & contritus est ab eis & afflixerunt eum ualde quoniam consilium eius et congressus eius erat manifestus. Et iratus contra uiros iniquos qui ei consilia dederant ut uenirent in regionem ipsorum multos ex eis occidit. Ipse autem cogitauit cum reliquis abire in regionem suam. Et cognouit Ionathas & misit ad eum legatos componere pacem cum ipso & reddere ei captiuitatem. Et libenter accepit & fecit secundum uerba eius & iurauit se nihil facturum ei mali omnibus diebus uite eius. Et reddidit ei captiuitatem quam prius erat predaus de terra iudee et conuersus abiit in terram suam & non apposuit amplius uenire in fines eius. Et cessauit gladius ex israel. Et habitauit Ionathas in machinas & cepit Ionathas ibi iudicare populum et exterminauit impios ex israel.

T Anno centesimo sexagesimo ascendit Alexander Antiochi filius qui cognominatus est nobilis & occupauit Ptolemaidam et receperunt eam & regnauit illic. Et audiuit Demetrius rex et congregauit exercitum copiosum ualde et exiit obuiam illi in prelium. Et misit Demetrius epistolam ad Ionatham uerbis pacificis ut magnificaret eum. Dixit enim. Anticipemus facere pacem eum eo priusquam faciat cum Alexandro aduersus nos. Recordabitur enim omnium malorum que fecimus in eum & in fratrem

eius et in gentem eius. Et dedit eis potestatem congregandi exercitum & fabricare arma & esse ipsum socium eius & obsides qui erant in arce iussit trahi ei. Et uenit Ionathas in hierusalem et legit epistolam in auditu omnis populi & eorum qui in arce erant. Et timuerunt timore magno quoniam audierunt quod dedit ei rex potestatem congregandi exercitum. Et traditi sunt Ionathe obsides & reddidit eos parentibus suis et habitauit Ionathas in hierusalem & cepit edificare & renouare ciuitatem. Et dixit facientibus opera ut extruerent muros & montem syon in circuitu lapidibus quadratis admunitionem & ita fecerunt. Et fugerunt alienigenae qui erant in munitionibus quas Babilonem edificauerat & reliquit unusquisque locum & abiit in terram suam tantum in Bethsura remanserunt aliqui ex his qui reliquerant legem & precepta dei. Erat enim hec eis ad refugium. Et audiuit Alexander rex promissa que promisit Demetrius Ionathe & narrauerunt ei prelia et uirtutes quas ipse fecit & factes eius & labores quos laborauerunt. Et ait. Nunquid inuenimus aliquem uirum talem? Ut nunc faciamus eum amicum & socium nostrum et scripsit epistolam & misit ei secundum hec uerba dicens. Rex Alexander fratri Ionathe salutem. Audiuimus de te qui uis potens sis uiribus et aptus es ut sis amicus noster. Et nunc constituimus te hodie summum sacerdotem gentis tue & ut amicus uoceris regis. Et misit ei purpuram et coronam auream ut que

nostra sunt sentias nobiscum & conseruo
amicitias ad nos et induit se Ionathas sto
lam sanctam septimo mense anno centesi
mo sexagesimo in die solemni scenoplegie.
Et congregauit exercitum & fecit arma
copiosa. Et audiuit Demetrius uerba
ista et contristatus est nimis et ait. Quid
hoc fecimus quod preoccupauit nos Alexan
der apprehendere amicitiam iudeorum
ad munimen sui. Scribam et ego illis
uerba deprecatoria et dignitates & do
na. ut sint mecum in adiutorium. Et
scripsit eis in hec uerba. Rex Demetri
us genti iudeorum salutem. Quoniam
seruastis ad nos pactum & mansistis in
amicitia nostra & non accessistis ad in
micos nostros. audiuius & gauisi sum.
Et nunc perseuerate adhuc conseruate ad
nos fidem et retribuimus uobis bona. I
p his quae fecistis nobiscum & remittimus
uobis praestaciones multas & dabimus uo
bis donaciones. et nunc absoluo uos et o
nes iudeos a tributis & precia salis in
dulgeo & coronas remitto & tertias se
minis et dimidiam partem fructus ligni
quod est portiois mee relinquo uobis
ex hodierno die et deinceps ne accipia
tur a terra iuda & a tribus ciuitatibus quae
addita sunt ex samaria et galilea. ex
hodierna die & in totum tempus. Et
hierusalem sit sancta et libera cum fini
bus suis & decumae et tributa ipsius sit.
Remitto etiam potestatem arcis quae est
in hierusalem & do eam summo sacer
dote. ut constituat in ea uiros quoscunq
ipse elegerit quae custodiant eam & os
nem animam iudeorum quae captiua

est a terra iuda in omni regno meo re
linquo liberam gratis ut omnes a tribu
tis soluantur etiam pecorum suorum.
Et omnes dies solemnes et sabbata &
neomeniae & dies decreti & tres dies an
te diem solemnem & tres post diem so
lemnem. sit omnes immunitatis et remi
sionis omnibus iudeis quae sunt in regno meo.
Et nemo habebit potestatem agere aliquid
& mouere negotia aduersus aliquem illo
rum in omni causa. Et ut ascribantur
ex iudeis in exercitu regis ad triginta
milia uirorum. Et dabuntur illis copiae
ut oportet omnibus exercitiis regis. Et
ex eis ordinabuntur quae sunt in munitioni
bus regis magni. Et ex his constituentur
super negotia regni quae aguntur ex fi
de. et principes sint ex eis & ambulent
in legibus suis. sicut praecipit rex in ter
ra iuda & tres ciuitates quae additae
sunt iudeis ex regione samariae cum iu
dea reputentur. ut sint sub uno. & non
obediant alienae potestati nisi summo sa
cerdoti prolemaida & confines eius quos
dedi donum sanctis quae sunt in hierusa
lem ad necessarios sumptus sanctorum.
Et ego dabo singulis annis quindecim
milia siclorum argenti de rationibus re
gis quae me contingunt. & omne quod
reliquum fuerit quod non reddiderant
quae super negotia erant annis prioribus.
ex hoc dabunt in opera domus. Et super hoc
quinque milia siclorum argenti quae ac
cipiebant de sanctorum ratione per sin
gulos annos. & haec ad sacerdotes per
tineant quae ministerio funguntur. Et
quicumque confugerint in templum quod

est hierosolymis. et in omnibus finibus eius obnoxii regi in omni negotio dimittantur & uniuersa que sunt eis in regno meo libera habeant. Et ad edificanda ut restauranda opera sanctorum sumptus dabuntur de ratione regis & ad extruendos muros hierusalem et communendos in circuitu sumptus dabuntur de ratione regis & ad construendos muros in iudea. Ut audiuit autem Ionathas & populus sermones istos non crediderunt eis nec receperunt eos. quia recordati sunt malicie magnae quam fecerat in israel & tribulauerat eos ualde. Et complacuit eis in Alexandrum. quia ipse fuerat eis princeps sermonum pacis. & ipsi auxilium ferebant omnibus diebus. Et congregauit rex Alexander exercitum magnum & admouit castra contra Demetrium. Et commiserunt prelium duorum reges & fugit exercitus Demetrii & insecutus est eum Alexander. & incubuit super eos. et inualuit prelium nimis donec occidit sol. & occidit Demetrius in die illa. et misit Alexander ad Ptolemaeum regem Egypti secundum uerba haec dicens. Quoniam regressus sum in regnum meum. & sedi in sede patrum meorum. & obtinui principatum & contriui Demetrium. & possedi regionem nostram. & commisi pugnam eius eo. et contritus est ipse & castra eius a nobis. et sedemus in sede regni eius. & nunc statuamus ad inuicem amicitiam. et da mihi filiam tuam uxorem. et ero gener tuus. et dabo tibi dona. & ipsi dignitatem. Et respondit rex Ptolemaeus

dicens. Felix dies in qua reuersus es ad terram patrum tuorum. & sedisti in sede regni eorum. Et nunc faciam tibi quod scripsisti. sed occurre mihi Ptolemaeam. ut uideamus inuicem nos. & spondeam tibi sicut dixisti. Et exiit Ptolemaeus de Egypto ipse & Cleopatra filia eius. et uenit Ptolemaeam anno centesimo sexagesimo secundo. Et occurrit ei Alexander Rex. & dedit ei Cleopatram filiam suam. et fecit nuptias eius Ptolemaeae. sicut reges in magna gloria. Et scripsit Alexander rex Ionathae. ut ueniret obuiam sibi. Et abiit cum gloria Ptolemaeam. & occurrit ibi duobus regibus. & dedit illi argentum multum et aurum et dona. et inuenit gratiam in conspectu eorum. Et conuenerunt aduersus eum uiri pestilentes ex israel uiri inquam interpellantes aduersus eum. & non intendit ad eos rex. Et iussit spoliari Ionatham uestibus suis. & indui cum purpura. Et ita fecerunt. & collocauit eum rex sedere secum. dixitque principibus suis. Exite cum eo in medium ciuitatis. et predicare. ut nemo aduersus eum interpellat. de ullo negotio. nec quisquam molestus sit de ulla ratione. Et factum est. ut uiderunt qui interpellabant gloriam eius quae predicabatur. & oportum eum purpura fugerunt omnes. Et magnificauit eum rex. & scripsit eum inter primos. et posuit eum duce & participem principatus. Et reuersus est Ionathas in hierusalem cum pace & Letitia. In anno centesimo sexagesimo

quinto uenit Demetrius filius Demetrii
a creta in terra patrum suorum. Et
audiuit Alexander et rex contrista-
tus est ualde et reuersus est Antio-
chiam. Et constituit Demetrius rex
Apollonium ducem qui preerat celesty-
riae et congregauit exercitum magnu
& accessit ad Iamnam & misit ad Jo-
natham summum sacerdotem dicens. **T**
u solus resistis nobis. Ego autem factus
sum in derisum et in obprobrium. prop-
terea quia tu potestatem aduersus nos
exercees in montibus. Nunc ergo si conse-
fidis in uirtutibus tuis descende ad nos
in campum et comparemus illis inuicem.
quia mecum est uirtus bellorum. Inter-
roga & disces quod sum ego & ceteri qui
auxilio sunt mihi. qui et dicunt quia non
potest stare pes uester ante faciem no-
stram. quia hi in fugam conuersi sunt
patres tui in terram suam. & nunc qui
modo poteris sustinere equitatum et exe-
citum tantum in campo ubi non est la-
pis neque saxum. neque locus fugiendi. **V**t
audiuit autem Jonathas sermone Apol-
lonij motus est animo. et elegit decem
milia uirorum. et exiit ab hierusalem.
et occurrit ei simon frater eius in ad-
iutorium. & applicuerunt castra in
Ioppen. et exclusit eum a ciuitate. **Q**
uia custodia Apollonij Ioppe erat. et
oppugnauit eam. Et ceteri qui erant
in ciuitate appuerunt ei. & obtinuit
Jonathas Ioppen. **E**t audiuit Apollo-
nius & admouit tria milia equitum. et
exercitum multum. et abiit Azotum.
tanquam iter faciens. & statim exiit in

campum eo quod haberet multitudinem. et
equitum. et confideret in eis. & in secun-
tus est cum Jonathas in Azotum. et
commiserunt prelium. Et reliquit. **A**
Apollonium castris mille eques post
eos occulte. Et cognouit Jonathas quoniam
insidie sunt post se. Et circumerunt
castra eius. et ceciderunt iacula in po-
pulum a mane usque ad uesperam. Popu-
lus autem stabat sicut preceperat Jo-
nathas. et laborauerunt equi eorum.
Et cecidit Simon exercitum suum. &
commisit contra legionem. Equites enim
fatigati erant. & contriti sunt ab eo
et fugerunt. Et qui dispersi sunt per
campum fugerunt in Azotum. et in-
trauerunt in Bethagon idolum suum
ut ibi se liberarent. Et succendit Jon-
thas Azotum et ciuitates que erant in
circuitu eius. & accepit spolia eorum.
et templum Dagon & omnes qui fuge-
runt in illud succendit igni. Et fuerunt
qui ceciderunt gladio cum his qui succe-
si sunt. fere octo milia uirorum. Et
mouit inde Jonathas castra. & appli-
cuit ea Ascalonam. & exierunt de ci-
uitate obuiam illi in magna gloria. et
reuersus est Jonathas in hierusalem o-
suis habentibus spolia multa. Et factum
est ut audiuit Alexander rex ser-
mone istos addidit adhuc glorifica-
re Jonatham & misit ei fibulam auream.
sicut consuetudo est dari cognatis regum.
Et dedit ei xecharon et omnes fines
eius in possessionem.

¶ Rex egypti congrega-
uit exercitum sicut ha-
renam. quæ est circa o-
ram maris. & naues mu-
tas & quarebat obtinere regnum Ale-
xandri dolo. & addere illud regno
suo. Et exiit in syriam uerbis pacifi-
cis. & aperiebantur ei ciuitates. & oc-
currebant ei quia mandauerat Alexan-
der rex. exire ei obuiam. eo qd fecer-
at suus esset. Cum autem introiret. cui-
tatem Ptolemeus ponebat custodias
militum in singulis ciuitatibus. Et ut
appropiauit Azoto ostenderunt ei tes-
plum Dagon succensum. & Azotum &
cetera eius demolita. et corpora piee-
ta. et eorum qd cæsi erant in bello tum-
ulos quos fecerat secus uiam. Et narra-
uerunt regi qd hæc fecit Ionathas. ut
inuidiam facerent ei. Et tacuit rex.
Et occurrit Ionathas regi in joppæ cum
gloria. et inuicem se salutauerunt. &
dormierunt illic. Et abiit Ionathas &
Rege usq. ad fluum q. uocabatur Ele-
uterus. & reuersus est in hierlm. Rex
autem Ptolemeus obtinuit dominium
ciuitatum usq. selcutiam maritimam. &
cogitabat in Alexandrum consilia ma-
la. Et misit legatos ad Demetrium. di-
cens. Veni componandos inter nos pacem.
& dabo tibi filiam meam. quam
habet Alexander. & regnabis in regno
patris tui. Poenitet enim me qd dederis
illi filiam meam. Quæsiunt enim me oc-
cidere. Et uituperauit eum propterea
q. concupierat regnum eius. Et abste-
lit filiam suam. & dedit eam Demetrio

& alienauit se ab Alexandro & mani-
festata sunt inimicitie eius. Et intra-
uit Ptolemeus antiochiam. et imposuit
duo diademata. capiti suo. egypti &
siriæ. Alexander autem Rex erat in
cilitia illis temporibus quia rebellabant
q. erant in locis illis. Et audiuit Alexan-
der. et uenit ad eum in bellum. Et p-
duxit Ptolemeus Rex exercitum. & oc-
currit ei in manu ualida. & fugauit
eum. Et fugit Alexander in Arabiam.
ut ibi protegeretur. Rex autem Pro-
lemeus exaltatus est. & abstulit Zab-
diel Arabs caput Alexandri. et misit
Ptolemeo. et Rex Ptolemeus mortuus
est in die tertia. et q. erant in munitioni-
bus perierunt. ab his q. erant intra castra.
Et regnauit Demetrius anno centesimo
septuagesimo septimo. In diebus illis co-
gregauit Ionathas eos q. erant in iudæa.
ut expugnarent arcem. que est in hier-
usalém. et fecerunt contra eam machi-
nas multas. Et abierunt q. dam qui ad-
uertunt gentem suam uiri iniqui ad regem
Demetrium. & renuntiauerunt ei q. Jon-
thas obsideret arcem. Et ut audiuit i-
ritus est. & statim uenit. Ptolemaicus.
& scripsit Ionathæ. ne obsideret arcem. sed
occurreret sibi ad colloquium festinato.
Ut audiuit autem Ionathas iussit obsi-
dere. Et elegit de senioribus israel. &
de sacerdotibus. et dedit se periculo. Et
accepit aurum et argentum. & alia en-
xenia multa. & abiit ad regem. Ptole-
maidam. et inuenit gratiam in conspec-
tu eius. Et interpellabant aduersus eum
quidam iniqui. ex gente sua. Et fecit ei

Nunc ergo curio fac' horum exemplum & dicit
jonathas & ponit in nomine suo & in loco ce-
lebrari. Et videns Demetrius rex q' filius te-
ra in conspectu suo & nihil ei restitit unde
totum exercitum suum uniuersum in lacum
sumi. Cocopro peregrino exercitum quem a
traxit ab uisibus gentium & uniuersum erant
ei omnes exercitus pacis eius. Tripthon
autem erat q'dam portum alexandri pri
& uidit quomodo omnes exercitus uniuersum
uit contra Demetrium. & uixit ad emalebul
arabes q' murebat. Amosobum filium ale-
xandri & affidebat ei ut uideret eum a
ipso ut regnaret in loco patris sui & emere-
tante ei quanta fuerit. Demetrius & uniu-
ersa exercituum eius aduersus illum. &
manet ibi diebus multis. Et uisit jonathas
ad Demetrium Regem ut uideret eos qui
in arce erant in hierusalem & q' in p'p'et'ia
erant quia impugnauerunt israhel. Et misit
Demetrius ad jonatham dicens. Non hoc
tantum faciam tibi & genti tue sed gra-
tiam illud te & gentem tuam cum fuerit
opportunitas. Nunc ergo recte feceris h' in-
feris in uocem tibi uerol. q' d' d' d' d' d'
ma exercitus meos. & mille ei jonathas
ma milia uirorum. fortium Amosobum & u-
nerunt ad Regem. & d' d' d' d' d' d' d'
in aduersu eorum. Et conuenerunt qui
erant de ciuitate centum uiginti milia ui-
rorum & uolebant interficere Regem. &
fugerunt in iordanem & occupauerunt
erant de ciuitate iordanem. Quatuor & coepe

Rece sicut fecerant ei q' ante eum fue-
rant. Et exaltauit eum in conspectu
omnium amicorum suorum. et statuit
ei principatum sacerdotum et quaecunq'
alia habuit prius preciosa. & fecit eum
principem amicorum. Et postulauit jo-
nathas a rege ut immunitatem faceret ju-
deam et tres toparchias idest Sama-
riam & confines eius. et promisit ei
talenta trecenta. Et consensit rex &
scripsit. Ionathas epistolas de his omnibus
hunc modum continentes. Rex Deme-
trius fratri jonathas salutem & genti
judeorum. Exemplum epistole quae
scripsimus parenti nostro Latheni de
uobis misimus ad uos ut sciretis. Rex
Demetrius Latheni parenti salutem.
Genti judeorum amici nostri et con-
seruantibus quae sunt apud nos decre-
uimus benefacere propter benignitatem
ipsorum quam erga nos habent. Statu-
imus ergo illis omnes fines judee & i-
tres ciuitates. Lyda & ramathe que ad-
dita sunt judee ex Samaria & omnes
confines earum sequestrati omnibus sa-
crificantiis in hierosolymis. pro his que
ab eis prius accipiebant rex per singulos
annos et pro fructibus terre et pomor-
um. Et alia que ad nos pertinebant
decimarum et tributorum ex hoc tem-
pore remittimus eis. & areas salinaze
et coronas que nobis deferbantur om-
nia ipsis concedimus. & nihil horum in-
ritum erit ex hoc et in omni tempore.
Et ceperunt pugnare. Et uocauit rex
judeos in auxilium et conuenerunt
omnes simul ad eum & dispersi sunt

omnes per ciuitatem et occiderunt in
illa die centum milia hominum. Et sic
cenderunt ciuitatem & ceperunt spoli-
multa in illa die. & liberauerunt regem
& uiderunt que erant de ciuitate que ob-
tinuissent iudei ciuitatem sicut uole-
bant. & infirmati sunt mente sua. & i-
clamauerunt ad regem cum precibus
dicentes. Da nobis dextris & cessent
iudei oppugnare nos et ciuitatem. Et
proiecerunt arma sua & fecerunt pa-
cem. Et gloriificati sunt iudei in con-
spectu regis & in conspectu omnium
que erant in regno eius. et nominati sunt
in regno. et regressi sunt in hierusalem
habentes spolia multa. et seduit Deme-
trius rex in sede regni sui. et siluit ter-
ra in conspectu eius & inuentus est om-
nia quecumque dixit. et ablienauit se a
jonathas & non retribuit ei secundum
beneficia que sibi retribuera. & uex-
bat eum ualde. Post hec autem reuer-
sus est Tripthon et Antiochus cum eo
puer adolescentis & regnauit. et im-
posuit sibi diadema. Et congregati sunt
ad eum omnes exercitus quos despex-
rat Demetrius et pugnauerat contra
eum et fugit & terga uertit. Et ac-
cepit Tripthon bestias et obtinuit An-
tiochiam. & scripsit Antiochus adole-
scens jonathas dicens. Constituo tibi sa-
cerdotium & constituo te super quat-
tuor ciuitates ut sis de amicis regis. &
misit illi uasa aurea in ministerium. &
dedit ei potestatem bibendi in auro &
esse in purpura & habere fibulam auro-
am. Et simonem fratrem eius constituit

ducem a terminis tyri usque ad fines egypti.
Et exiit Ionathas et perambulabat trans
flumen ciuitates & congregatus est ad
eum omnis exercitus Syria in auxilium.
Cum uenit Ascalonem et occurrerunt ei ho-
norifice de ciuitate. Et abiit inde Gaza
et concluderunt se que erant Gaza & ob-
sedit eam. & succendit que erant in cir-
cuitu ciuitatis et preclatus est eam.
Et rogauerunt Gazenses Ionatham & de-
dedit illi dextram. et accepit filios
eorum obsides. & misit illos in ieru-
salem et perambulauit regionem usque
Damascum. Et aucluit Ionathas quia
preuaticati sunt principes Demetrii in
caedes que est in Galilea cum exerci-
tu multo uolentes eum remouere a ne-
gocio regni. et occurrit illis. fratrem au-
tem suum Simonem reliquit intra pro-
uinciam. Et applicuit Simon ad Beth-
suram et cepugnabat eam diebus mul-
tis. & concludit eos. Et postulauerunt
ab eo dextram accipere. et dedit illis.
Et cecit eos inde & cepit ciuitatem &
posuit in ea presidium & Ionathas et
castra eius applicuerunt ad aquam.
Genesar et ante lucem uigilauerunt in
campo A sor. et ecce castra alienigena-
rum occurrebant in campo & tendebat
ei insidias in montibus ipse autem occur-
rit. ex aduerso. Insidie uero exsurrexe-
runt de locis suis. & commiserunt pre-
lium. Et fugerunt que erant ex parte Jo-
nathas omnes. & nemo relictus est ex-
cis. nisi Matathias filius Absoloni. &
Judas filius Calphi princeps militum
exercitus. & scidit Ionathas uestimenta

ta sua & posuit terram in capite suo. &
orauit. Et reuersus est Ionathas ad
eos in prelium et conuertit eos in fu-
gam. et pugnauerunt. Et uiderunt
que fugiebant post illius & reuersi sunt
ad eum. & insequabantur eum eo omne
usque caedes ad castra sua. et peruenerunt
usque illud. Et ceciderunt de alienige-
nis in die illa tria milia uirorum. et re-
uersus est Ionathas in hierusalem.

Tuclit Ionathas quia episcopus
eum uiuat. et elegit uirum
et misit eos romam sta-
tuere et renouare eum.
et ad spartiatas. & ad
alia loca misit epistolas secundum can-
dem formam. Et abierunt romam et
intrauerunt curiam et dixerunt. Jona-
thas summus sacerdos et gens iudeorum
miserunt nos ut renouemus amicitiam
et societatem secundum pristinum. Et
dederunt illi epistolas ad ipsos per
loca. ut deducerent eos in terram iuda-
cum pace. et hoc est exemplum episto-
larum quas scripsit Ionathas spartiatas
Ionathas summus sacerdos. et seniores
gentis & sacerdotes et reliquus popu-
lus iudeorum spartiatas fratribus salu-
tem. iam pridem misse erant epistole
ad Oniam summum sacerdotem & Da-
rio qui regnabat apud uos. quoniam
estis fratres nostri. sicut scriptum con-
tinet quod subiectum est. Et suscepit
Onias uirum qui missus fuerat cum hono-
re. et accepit epistolas in quibus signifi-
cabatur de societate & de amicitia No-

enim cum nullo horum indigeremus ha-
bentes solatio sanctos libros q̄ sunt in
manibz nostris malimus mittere ad
uos renouare fraternitatem et amicitia-
ne forte alicui efficiamur a uobis. ¶
¶ **M**ulta enim tempora transierunt ex quo
misistis ad nos. Nos ergo in omni te-
pore sine intermissione in diebz solem-
nibus et ceteris q̄bus oportet memore
sumus uestri in sacrificijs que offerimus
et in obseruationibz sicut phis est &
deceat meminisse fratrum. ¶ **L**etamur
itaq̄ de gloria uestra. Nos autem cir-
cūcederunt multe tribulationes & mul-
ta prelia & impugnaverunt nos. Reges
q̄ sunt in circuitu nostro. Nolumus e-
go uobis molesti esse neq̄ ceteris socij
et amicis nostris in his prelijs. Habuim
enim de celo auxilium et liberati sumus
nos & humiliati sunt inimici nostri. ¶
¶ **E**legimus itaq̄ Neumenum Antiochi
filium et Antipatrem Jasonis filium &
misimus ad Romanos renouare cum
eis amicitiam et societatem pristinam.
¶ **M**andauimus itaq̄ eis ut ueniant etiam
ad uos et saluent uos et reddant uo-
bis epistolas nostras de inuolutione
fraternitatis nostræ. Et nunc hinc fa-
ciatis respondentes nobis ad hec. ¶ **E**t
rescriptum epistolarum quod misit
¶ **O**mas Rex spartatarum Onias Jona-
the sacerdoti magno salutem. Inueni-
tum est in scriptura de spartatis et
judæis quoniam sunt fratres et q̄
sunt de genere Abrahæ. Et nunc
ex quo hec cognouimus benefactis sen-
bentes nobis de pace uestra. Sed et no-

rescripsimus uobis pecora nostra et
possiones nostræ uestre sunt & uir
nostræ. Mandauimus itaq̄ hec nuntia-
ri uobis. ¶ **E**t audiuit Jonathas quonia
regressi sunt principes Demetrii cum
exercitu multo supra q̄ prius pugnare
aduersus eum et exiit ab hierlm et
occurrit eis in Amathite regione. No
enim dederat eis spacium ut ingrede-
rentur regionem eius. Et misit specula-
tores in castra eorum & reuersi renun-
tauerunt q̄ constituunt superuenire il-
lic nocte. Cum occidisset autem sol p̄-
cepit Jonathas suis uigilare et esse in
armis paratos ad pugnam tota nocte. Et
posuit custodes p̄ circuitum castrorum.
¶ **E**t audierunt aduersarij q̄ paratus e-
Jonathas cum suis in bello & timu-
erunt et formidauerunt in corde suo
et accenderunt focos in castris suis Jo-
nathas autem et q̄ cum eo erant non
cognouerunt usq̄ mane. Videbant au-
tem luminaria ardentia et secutus est
eos Jonathas & non comprehendit eos.
¶ **R**anserunt enim flumen cleutherum
¶ **E**t diuertit Jonathas ad Arabas q̄ uer-
bantur Zabadei & percussit eos & ac-
cepit spolia eorum. Et uinxit et ue-
nit Damascum & pambulabat omnes
regionem illam. Simon autem exiit &
uenit usq̄ a scilonem et ad pœuma pre-
sidia & declinauit in Joppen et occupauit
eam. Auduit enim q̄ uellent pre-
sidium tradere partibz Demetrii & po-
suit ibi custodes ut custodirent eam.
¶ **E**t reuersus est Jonathas et conuoca-
uit seniores populi & cogitauit cum

et edificare presidia in iudea. et edificare muros in hierusalem. et exaltare altitudine magna inter medium arcis et ciuitates ut separet eam a ciuitate. ut esset ipsa singulariter. et neq. emant. neq. uendant. Et conuenerunt ut edificarent ciuitatem et ceciderunt muri q. erant super torrentem ab ortu solis. & reperiit eum quod dicitur eaphetheta. & Simon edificauit aduad in sephela et munuit eam & inposuit portas et sera. Et cum cogitasset Tiphon regnare. & sic et assumere diadema et extendere manum in Antiochum regem. tamen ne forte non permetteret. cum Ionathas. sed pugnet aduersus eum. quarebat comprehendere eum et occidere. Et exurgens abiit in Bethsam. & exiit Ionathas obviam cum quadraginta milibus uirorum electorum in prelium. et uenit Bethsam. Et uidit Tiphon quia uenit Ionathas. & cum exercitu multo. ut extendere in eum manus et timuit. Et excepit eum cum honore. & commendauit eum omnibus amicis suis. et dedit ei munera. Et precepit exercitibus suis. et ut obedirent ei sicut sibi. Et dixit Ionathe. Ut quod duxisti uniuersum populum cum bello nobis non sit. Et nunc remitte eos in domos suas. Elige autem tibi uiros paucos qui tecum sint. & ueni mecum prolemaidam. & tradam eam tibi. & reliqua presidia. et exercitum. et uniuersos propositos negotii. & conuersus abibo. propterea enim ueni. Et credidit ei. & fecit sicut dixit. & dimisit exercitum. et abiit in terram iuda. Retinuit autem

secum tria milia uirorum. ex quibus remisit in Galileam duo milia. mille autem uenerunt cum eo. Et autem intrauit prolemaidam Ionathas clausit portas ciuitatis. Ptolemæes. & comprehenderunt eum. & omnes qui cum eo intrauerunt. gladio interfecerunt. Et misit Tiphon exercitum et eques in Galileam. et in campum magnum. ut perderent omnes socios Ionathe. Et illi cum cognouissent. quia comprehensus est Ionathas. et perijt. et omnes qui cum eo erant. hortati sunt semetipsos. & exierunt parati in prelium. Et uidentes hi qui insecuti fuerant. quia pro anima res est illi. reuersi sunt. illi autem uenerunt omnes cum pace. in terram iuda. et planxerunt Ionatham. et omnes qui cum ipso erant. ualde. Et luxit. & Israel luctu magno. & quiesierunt omnes gentes que erant in circuitu eorum. contemere eos. Dixerunt enim. Non habent principem. nunc ergo expugnemus illos. et tollamus de hominibus memoriam eorum. & adiuuantem.

Tandem Simon qui congregauit Tiphon exercitum copiosum. ut ueniret in terram iuda. et atterere eam. uidens quia in tremore populus est. et in timore. ascendit hierusalem. et congregauit populum. et adhortans dixit. Vos scitis quia ego & fratres mei. et domus patris mei fecimus pro legibus. & pro sanctis plebis. & angustias quales uidimus. horum gratia perierunt fratres mei omnes propter israel. & relictus.

sum ego solus. Et nunc non mihi contin-
gat parere anuñt mee in omni tempore
tribulationis. Non enim melior sum fra-
tribus meis. Vindicabo itaq; gentem meam
& sciam natos quos nostros et uxores
quia congregatae sunt uniuersae gentes
conterere nos inimicitiae gratia. Et accē-
sus est spiritus populi simul ut audiuit
sermōnes istos & responderunt uoce in-
gna dicentes. Tu es dux noster loco iudae
et Jonathan fratris tui. Fugna prelium no-
strum & omnia quaecunq; dixeris no-
bis faciemus. Et congregans omnes uiros
bellatores accelerauit consummare uniuersos
muros hierusalem et munuit eam in gyro
et misit Jonathan filium Absoloni &
cum eo exercitum nouum in Ioppen. et
eiecit his qui erant in arce remansit il-
lic ipse. Et mouit Triphon a ptole-
ida cum exercitu multo ut ueniret in
terram iudae et Jonathan cum eo in ex-
stodia. Simon autem applicuit in adda
contra faciem campi. Et ut cognouit
Triphon quia surrexit Simon loco fratris
sui Jonathan et quia commissurus esset cum
eo prelium. misit ad eum legatos di-
cens. Pro argento quod debebat frater
tuus Jonathan in ratione regis propter
negotia quae habuit detinuumus eum.
Et nunc mitte argenti talenta centum et
duos filios eius obsoles. ut non dimisso
fugiat a nobis. et remittimus eum. Et
cognouit Simon quia eum dolo loque-
retur secum. Iussit tamen dari argen-
tum et pueros. ne inimicitiam magna
sumeret ad populum israel dicentem. i
quia non misit ei argentum et pueros. o

propterea perijt. Et misit pueros et ce-
ntum talenta. Et mentitus est & non di-
misit Jonathan. Et post haec uenit Tri-
phon intra regnum. ut contereret eam.
et gyrauerunt per uiam quam ducit Ador.
Et Simon et castra eius ambulabant in
omnem locum quocunq; ibant. Quos
in arce erant miserunt ad Triphonem
legatos. ut festinaret uenire per deser-
tum et mitteret illis alimonias. Et pa-
rauit Triphon omnem equitatum. ut ue-
niret illa nocte. Erat enim nix multa
ualde. et non uenit in Galadichum. Et
cum appropinquasset Baschaman. occi-
dit Jonathan et filios eius illic. Et co-
uertit Triphon. et abiit in terram suam.
Et misit Simon & accepit ossa Jonathan
fratris sui et sepelluit eam in Modin
ciuitate patrum eius. Et planxerunt
eum omnes israel planctu magno. et lux-
erunt eum dies multos. Edificauit Si-
mon super sepulchrum patris sui et fr-
trum suorum. edificium altum iussu la-
pide polito retro et ante. & statuit i
septem pyramidas unam contra unam
patri et matri. & quattuor fratribus. Et
his circumposuit columnas magnas. su-
per columnas arma. ad memoriam
eternam. & iuxta arma nauis sculptas
quae uiderentur ab hominibus navigan-
tibus mare. Hic est sepulchrum quod
fecit in modis istis in hunc diem. Tri-
phon autem cum iter faceret cum An-
tiocho rege adolescente dolo occidit
eum et regnauit in loco eius. Et impo-
suit sibi diademata Asiae. & fecit plagam
magnam in terra. Et edificauit Simon

praesidia iudee: muniens eam turribus
excelsis & muris magnis et portis & se-
tis & posuit alimenta in munitionibus.
Et elegit Simon viros et misit ad Deme-
trium regem ut faceret remissionem
regioni quia actus omnis Baphonis per
dureptionem fuerant gesti. Et Deme-
trius rex ad uerba ista respondit ei
& scripsit epistolam talem. Rex De-
metrius Summo summo sacerdoti et a-
mico regum et senioribus et genti iude-
orum salutem. Coronam auream &
habent quam misistis suscepimus et pa-
rati sumus facere uobiscum pacem ma-
gnam & scribere prepositis regis remit-
tere uobis que indulsumus. Quaecunque
enim constituimus uobis constant. Mu-
nitiones quas edificastis uobis sint.
Remittimus quoque ignorantias et pecca-
ta usque in hodiernum diem & coronam
quam debebatis. Et siquid aliud erat
tributarium in hierusalem non sit tri-
butarium & si qui ex uobis acti sunt
scribi inter nostros conscribatur et sit
inter nos pax. Anno centesimo septuage-
simo ablatum est iugum gentium ab israel.
Et cepit populus israel scribere in tabulis
et gestis publicis anno primo sub Simo-
ne summo sacerdote magno duce & pri-
cipe iudeorum. In diebus illis applicuit
Simon ad gazam et circumdedit eam castri-
& fecit machinas & applicuit ad ciuita-
tem et percussit turrem unam & com-
prehendit eam & qui eruperant erant in-
tra machinam et ciuitatem & factus est
motus magnus in ciuitate. Et ascen-
derunt qui erant in ciuitate cum uxori-

bus et filijs supra murum scissis tunicis
suis & clamauerunt uoce magna po-
stulantes a Simone dexteram sibi dari &
dixerunt. Non nobis reddas secundum
malitias nostras sed secundum misero-
cordias tuas et seruiemus tibi. Et flexus
Simone non debellauit eos cecit tamen
eos de ciuitate & emundauit edes in-
quibus fuerant simulacra & tunc intra-
uit in eam cum hymnis benedicens do-
minum. Et cecit ab ea omni immundi-
tia collocauit uiros qui legem facerent et
munuit eam et fecit sibi habitationes.
Qui autem erant in arce hierusalem prohi-
bebantur egredi et ingredi regionem et
emere ac uendere & esurierunt ual-
de et multi ex eis fame perierunt.
Et clamauerunt ad Simonem ut dex-
teras acciperent & dedit illis. Et ce-
cit eos inde & mundauit arcem & con-
taminationibus. Et intrauerunt in eam
tertia et uicesima die secundi mensis
centesimo septuagesimo primo cum laude
& ramis palmarum et cytaris & cym-
balis et tablis & hymnis et canticis
quia contritus est inimicus magnus ex
israel. Et constituit ut omnibus annis
agerentur dies hi cum letitia. Et mu-
nuuit montem templi qui erat secus ar-
cem et habitauit ibi ipse & qui cum eo
erant. Et uidit Simon Iohannem fili-
um suum qui fortis prelii uir esset &
posuit eum ducem uirtutum unuer-
sarum et habitauit in gazaris.

Nono centesimo septua-
gesimo secundo congregauit rex Demetrius
exercitum suum: et abiit
in mediam ad contrahenda sibi auxilia
ut expugnaret Tiphonem. Et audiuit
Asaces rex perfidis et mechie: quia intra-
uit Demetrius confines suos: & misit u-
num de principibus suis ut comprehen-
deret eum uiuum: & adduceret eum ad
se. Et abiit & percussit castra Deme-
trii: & comprehendit eum: & adduxit
eum ad Asacem: & posuit eum in cu-
stodiam. Et siluit omnis terra iuda
omnibus diebus Simonis: et quisiuit bo-
na genti suae: & placuit illis potestas
eius: & gloria eius omnibus diebus.
Et cum omni gloria sua accepit Joppen
in portum: et fecit introitum in insulis
maris. Et dilatauit fines gentis suae: &
obtenuit regionem. Et congregauit
captiuitatem multam: & dominatus est
Caesare et Bethsure: & ara eius abstulit
immunditias ex ea: et non erat qui resi-
stere ei: & unusquisque colebat terram
suam cum pace: & terra iuda dabat
fructus suos: et ligna camporum frue-
tum suum. Seniores in plateis sedebant
omnes: & de bonis terrae tractabant:
et iuuenes inducebant se gloriam: et sto-
las belli: & ciuitatibus tribuebant alimo-
nas: et constituiebant eas ut essent ux-
sa munitionis: quoad usque nominatum
est nomen gloriae eius usque ad extremam
terram: fecit pacem super terram: et le-
tatus est Israel letitia magna. Et sedi-
t unusquisque sub uite sua: et sub ficulne

sua: et non erat qui eos terreret. Defecit
impugnans eos super terram: Reges con-
triti sunt in diebus illis. Et confirmauit
omnes humiles populi sui: et legem ex-
quisiuit: & abstulit omnem iniquum et
malum. Sancta glorificauit: & multi-
plicauit uasa sanctorum. Et auditum
est Iohane: quia defunctus esset Ionathas
et usque in spartatas: & contristati sunt
ualde. Et audierunt autem quod Simon
frater eius factus esset summus sacerdos
loco eius: & ipse obtineret omnem regi-
onem: et ciuitates in ea: scripserunt ad
eum tabulis: ut renouarent am-
icitias et societatem: quam fecerant cum
iuda: & cum Ionathas fratribus eius. Et
lecte sunt in conspectu ecclesiae in Ier-
usalem. Et hoc exemplum epistolarum
quas spartatas miserunt: Spartiano
principes et ciuitates Simonis sacerdoti
magno: & senioribus et sacerdotibus: et re-
liquo populo iudeorum fratribus salutem.
Legati qui missi sunt ad populum nostrum:
nuntiauerunt nobis de uestra gloria
et honore: et letitia: & gauisi sumus
in introitu eorum. Et scripsimus quae
ab eis erant dicta in concilijs populi
sic Numenius Antiochi: & Antipa-
sionis filius legati iudeorum uene-
runt ad nos renouantes nobiscum an-
icitiam pristinam. Et placuit populo
excipere uos gloriose: & ponere exem-
plum sermonum eorum in segregatis
populi libris: ut sit ad memoriam po-
pulo spartatarum. Exemplum autem
horum scripsimus Simonis magno sa-
cerdoti. Post haec autem misit Simo-

N unum Romanam habentem clypeum
aureum magnum pondus minarum mil-
le: ad statuendam cum eis societatem.
Cum autem audisset populus Romanus se-
mones istos dixerunt. Quam gratiarum
actionem reddemus Simoni et filiis eius?
Restituit enim ipse fratres suos et expu-
gnauit inimicos israel ab eis. et statuerunt
eis libertatem & descriperunt in tabu-
lis ereis & posuerunt in titulis in mon-
te syon. Et hec est exemplum scripse-
re. Octaua decima die mensis ebul. an-
no centesimo septuagesimo secundo. an-
no tertio sub Simone sacerdote magno
in Assaramel in conuentu magno sacer-
dotum et populi et principum et gen-
tis et seniorum regionis nota facta sunt
hec quoniam frequenter facta sunt pre-
lia in regione nostra. Simon autem et
Mathathias filius ex filiis jarib et fratres
eius dederunt se periculo & restituerunt
aduersariis gentis sue ut staret scilicet ipso-
rum et lex et gloria magna glorifica-
uerunt gentem suam. Et congregauit
Jonathas gentem suam et factus est il-
lis sacerdos magnus & appositus est ad
populum suum. Et uoluerunt inimica-
corum calcare sancta et atterere regi-
onem ipsorum. et extendere manus in
sancta sanctorum. Tunc restitit Simon
et pugnavit pro gente sua et eroga-
uit pecunias multas et armauit uiros uirtu-
tis gentis sue & dedit illis stipendia &
munuit ciuitates iudee & Bethsuram
que erat in finibus iudee ubi erant a-
ma hostium antea. et posuit illic pre-
sidium uiros iudeos. Et Joppen ins-

nuuit que erat ad mare: & Gazaram que
est in finibus Azoti. in qua hostes antea
habebant: et collocauit illic iudeos et
quocumque apta erant ad correctionem eo-
rum posuit in eis. Et uidit populus ac-
tum Simonis et gloriam quam cogita-
bat facere genti sue & posuerunt eum
ducem suum et principem sacerdotum. eo
que ipse fecerit hec omnia et iustitiam
et fidem quam conseruauit genti sue &
exquisiuit omni modo exaltare populum
suum. Et in diebus eius prosperatum est
in manibus eius ut tollerentur gentes de
regione ipsorum. et que in ciuitate Da-
uid erant in hierusalem in arce de qua prece-
debant et contumelabant omnia que
in circuitu sanctorum sunt. & inferebant
plagam magnam castitati. Et colloca-
uit in ea uiros iudeos ad tutamentum
regionis et ciuitatis. & exaltauit muros
in hierusalem. Et rex Demetrius statuit
illi summum sacerdotum secundum hec
fecit eum amicum suum. & glorifica-
uit eum gloria magna. Audiuunt enim
que appellati sunt iudei a Romanis ami-
ci et socii & fratres. & que susceperunt
legatos Simonis gloriose & quia iu-
dei et sacerdotes eorum conseruauerunt
eum esse ducem suum et summum sa-
cerdotem in eternum donec surgat p-
pheta fidelis & ut sit super eos dux
& ut cura esset illi pro sanctis. & ut con-
stitueret prepositos super opera eorum
& super regionem et super arma et re-
perit presidia & cura sit illi de sanctis et
ut audiat ab omnibus et scribantur
in nomine eius omnes conscriptiones in-

regiōe: & ut operatur purpura et auro
et ne liceat ulli ex populo et ex sacer-
dotibus irritum facere aliquid horum. et
contradicere his que ab eo dicuntur. aut
conuocare conuentum in regiōe sine ipso
& uestiri purpura et uti fibula aurea.
Quam autem fecerit extra hec aut irritum fe-
cerit aliquid horum. reus erit. Et eos
placuit omni populo statuere. Simonē
& facere secundum uerba ista. Et susce-
pit Simon & placuit ei ut summo sacer-
dotio fungeretur & esset dux et pri-
nceps gentis iudeorum & sacerdotum. et
precesserit omnibus. Et scripturam istam de-
creuit ponere in tabulis æris et ponere
eas in pilolo sanctorum in loco celebri.
Exemplum autem eorum ponere in æratio
ut habeat Simon et filij eius.

Transmisit rex Antiochus
filius Demetrii epistolas
ab insulis maris Simoni
sacerdoti et principi ge-
tis iudeorum et uniuerse genti. Et con-
tinēte hunc modum. Rex Antiochus
Simoni sacerdoti magno et genti iudeo-
rum salutem. Quoniam quidem pestilentes ob-
tinuerunt regnum patrum nostrorum.
uolo autem uendicare regnum et resti-
tuere illud sicut erat antea. & lectam
feci multitudinem exercitus. et feci na-
ues bellicas. Volo autem procedere per
regionem ut ulciscar in eos qui corrupse-
runt regionem nostram. et qui desola-
uerunt ciuitates multas in regno meo.
Nunc ergo statuo tibi omnes oblationes
quas remiserunt tibi ante me omnes re-

ges. & quecumque alia dona remiserunt
tibi. et permuto tibi facere percussuram
proprie nummis in regiōe tua. Hie-
rusalem autem sanctam esse et liberam.
et omnia arma que fabricata sunt. & p-
sida que construxisti que tenes mane-
ant tibi. Et omne debitum regis & que
futura sunt regi ex hec et in totum te-
pus remittuntur tibi. Cum autem obti-
nuerimus regnum nostrum. glorificabis
te. et gentem tuam. et templum gloria
magna. ita ut manifestetur gloria uestra
in uniuersa terra. Anno centesimo septem-
agesimo quarto. exiit Antiochus in ter-
ram patrum suorum. et conuenerunt ad
eum omnes exercitus. ita ut pauci relinqui
essent cum Riphone. Et insecutus est
eum Antiochus rex. & uenit Doras
fugiens per maritimam. Sciebat enim
que congregata sunt mala in eum. et re-
liquit eum exercitus. Et applicuit An-
tiochus super Doram cum centum uigin-
ti milibus uirorum bellicarum. &
octo milibus equum. Et circumiit ciuita-
tem & naues a mari accesserunt. & uex-
bant ciuitatem a terra et mari. et nem-
inem sinebat ingredi ut egredi. Venit
autem Laminius et qui cum eo fuerant
ab urbe romana habentes epistolas regibus
et regionibus scriptas. in quibus contine-
bantur hec. Lucius consul romanorum
Ptolemeo regi salutem. Legati iudeo-
rum uenerunt ad nos amici nostri re-
nouantes pristinam amicitiam et socie-
tatem missi a Simone principe sacer-
dotum et populo iudeorum. Attulerunt
autem et clypeum aureum minas

mille. Placuit itaq; nobis scribere regi-
bus et regionibus ut non inferant illis
mala neq; impugnent eos et ciuitates e-
orum & regiones eorum & ut non ferat
auxilium pugnantibus aduersus eos. Vi-
sum autem est nobis accipere ab aschy-
peum. Siq; ergo pestilentes fugerint de
regione ipsorum ad uos tradite eos Simo-
ni principi sacerdotum ut iudicet in eos
secundum legem suam. Hec eadem scripte
sunt Demetrio regi & Arabe et Asia &
in omnes regiones & Samiam & sparta-
nis et Delo & Mydo & Carie et Samus
& Pamphylia et Licia & Alicarnasum
et Rhodum & Faselida et Choo & Si-
den et Arado & Gortynam et Gnydo
& Cyprum et Cyrenen. Exemplum autem
eorum scripserunt Simoni principi sa-
cerdotum et populo iudeorum. Anti-
ochus autem rex applicuit castra in to-
ram secundo adiuuens ei super manu
et machinas faciens et conclusit. Thi-
phonem ne pcederet. Et misit ad eum
Simon duo milia uirorum electorum
auxilium et argentum & aurum et
uasa copiosa & noluit eam accipere
sed rupit omnia que pactus est cum
eo antea et alienauit se ab eo. Et mi-
sit ad eum Athenobium unum de ami-
cis suis ut tractaret cum ipso dicens.
Vos tenetis Joppen & Gazaram et Ar-
ceam que sunt in hierosolymis ciuitates regni
mei fines earum desolastis & fecistis
plagam magnam in terra et dominati
estis per loca multa in regno meo.
Nunc ergo tradite ciuitates quas occu-
pastis & tributa locorum in quibus

dominati estis extra fines iudee. Sim-
on autem dedit pro illis quingenta talenta
argenti & exterminij que exterminasti
et tributorum ciuitatum alia talese-
ta quingenta. Simon autem uenimus et
expugnabimus uos. Et uenit Atheno-
bius amicus regis in hierosolymis uidit
gloriam Simonis et claritatem in au-
ro et argento & apparatus copiosum
& obstupuit et rettulit ei uerba re-
gis. Et respondit ei Simon et dixit
ei. Neq; alienam terram sumpsimus
neq; alienam detinemus sed heredita-
tem patrum nostrorum que iniuste ab
inimicis nostris aliquo tempore possessa
est. Nos uero tempus habentes uendi-
camus hereditatem patrum nostrorum.
Nam de Joppe & Gazara que exposita
sunt ipsi faciebant in populo plagam
magnam et in regione nostra horum
damus talenta centum. Et non respo-
dit ei Athenobius uerbum. Ruerit
autem cum ira ad regem renuntiavit
ei uerba ista et gloriam Simonis et
uniuersa que uidit & iratus est rex
ira magna. Riphon autem fugit nauis
in orthosiacha. Et constituit rex Ce-
debeum ducem maritimum et exer-
citum peditum et equum dedit illi.
Et mandauit illi mouere castra con-
tra faciem iudee & mandauit ei edi-
ficare cecironem et obstruere por-
tas ciuitatis et debellare populum.
Rex autem persequatur Riphonem.
Et peruenit Cendeheus iamnam &
cepit irritare plebem & conculcare
iudeam & captiuae populum et ira.

terficere et edificare cethronem. Et collocavit illic eques & exercitum ut egressi perambularent viam iudee sicut constituit ei rex.

Ascendit Iohannes de Gazaris et nuntiavit Simoni patri suo quae fecerat Cendebeus in populo ipsorum. Et uocauit Simon duos filios suos seniores iudam et Iohannem. & ait illis. Ego et fratres mei & domus patris mei expugnauimus hostes israel ab adolescentia usque in hunc diem. et prosperatum est in manibus nostris liberare israel aliquotiens. Nunc autem seniu. sed estote loco meo et fratris mei. & egressi pugnate pro gente nostra. **X** uelut uero de caelo uobiscum sit. Et elegit de regione uiginti milia uirorum belliciosorum. et eques & profecti sunt ad cendebeum & dormierunt in modum. Et surrexerunt mane. et abierunt in campum. Et ecce exercitus copiosus in obuiam illis. peditum & fluminis torrentis erat inter medium ipsorum. Et admouit castra contra faciem eorum ipse & populus eius. & uidit populum trepidantem ad transfretandum torrentem. et transfretauit primus. Et uiderunt eum uiri. & transierunt post eum. Et diuisit populum et eques in medio peditum. Erat autem equitatus aduersariorum copiosus nimis. Et exclamauerunt sacris tubis. & in fugam conuersus est Cendebeus. & castra eius. et ceciderunt ex eis multi

uulnerati. residui autem in munitionem fugerunt. Tunc uulneratus est iudas. frater Iohannis. Iohannes autem insecutus est eos donec uenit cethronem quam edificauit. et fugerunt ad turres quae erant in agris azoti & succendit eas. igni. Et ceciderunt ex illis duo milia uirorum. et reuersus est in iudeam in pace. Et Ptolemeus filius Abobi constitutus erat dux in campo hierico. & habebat argentum et aurum multum. Erat enim gener summi sacerdotis. Et exaltatum est cor eius. et uolebat obtinere regionem. et cogitabat delum aduersus Simonem et filios eius ut tollerent eos. Simon autem perambulans ciuitates quae erant in regione iudee. & sollicitudinem gerens eorum descendit in hierico ipse & Mathathias filius eius. Et iudas anno centesimo septuagesimo septimo mense undecimo. hic est mensis sabath. Et suscepit eos filius Abobi in munitiunculam quae uocatur Doth. & dolo quam edificauit. et fecit eis conuiuium magnum. et abscondit illic uiros. Et cum inebriatus esset Simon & filij eius. surrexit Ptolemeus cum suis et sumpserunt arma sua. et intrauerunt in conuiuium. et occiderunt eum. et deos filius eius & quosdam pueros eius. Et fecit deceptionem magnam in isrl. & reddidit mala pro bonis. Et scripsit haec Ptolemeus & misit regi ut mitteret ei exercitum in auxilium. et traderet ei regionem. sed et ciuitates eorum & tributa. & misit alios in gazaram. & tollit Iohannem. et tributa misit. o

epistolas ut uenirent ad se. & daret eis
 argentum et aurum & dona. Et alios
 misit occupare hierim et montem tem-
 pli. Et praecurrens quidam nuntiavit
 Johanni in Gazara quia perijt pater eius
 et fratres eius. & quia misit te quoque
 interfici. Ut audiuit autem uehemen-
 ter ex-pauit. & comprehendit uiros qui
 uenerant perdere eum. & occidit eos.
 C. cognouit enim quia querebat perdere e-
 um. Et caetera sermonum Johannis et
 bellorum eius. & bonorum uirtutum quibus
 fortiter gessit. et edificij murorum
 quos extruxit. & rerum gestarum eius
 ecce haec scripta sunt. in libro dierum sa-
 cerdotij eius. ex quo factus est princeps
 sacerdotum post patrem suum.

F

R. A. T. I. B. V. S.

qui sunt per egyptum
 iudeis salutem dicunt
 fratres qui sunt in hierosolymis
 iudei et

qui in regione iudea. & pacem bonam
 benefaciat uobis deus et meminerit testa-
 menti sui quod locutus est ad Abraam
 et Isaac & iacob seruatorum suorum fide-
 lis eum. & faciatis eius uoluntatem con-
 de magno et animo uolenti. Adaperi-
 at cor uestre in lege sua et in preceptis
 suis. & faciat pacem. Exaudiat oratio

nes uestras et reconcilietur uobis. nec
 uos deserat in tempore malo. Et nunc
 hic sumus orantes pro uobis. Re-
 cognate Demetrio anno centesimo sexagesimo
 nono nos iudei scripsimus uobis in tri-
 bulatione. & impetu qui superuenit nobis
 istis annis ex quo recessit Iason a se-
 ra & a regno. Portam succenderunt. &
 effuderunt sanguinem innocentem. Et
 orauimus ad dominum. et exauditi su-
 mus. & obtulimus sacrificium et simila-
 ginem et accendimus lucernam. & propo-
 sumus panes. Et nunc frequentate dies
 scenophagie mensis casleu. Anno centesi-
 mo octogesimo octauo populus qui est hiero-
 solymis et in iudea. senatusque et iudas
 Aristobolo magistro Ptolemiei regis. &
 est de genere christorum sacerdotum.
 & his qui in egypto sunt iudeis. salutem
 et sanitatem. De magnis periculis a deo
 liberati magnifice gratias agimus ipsi ut
 pote qui aduersus talem regem dimicau-
 mus. Ipse enim ebullire fecit de perfide
 eos qui pugnauerunt contra nos & sanctam
 ciuitatem. Nam cum in perfide esset
 dux ipse & cum ipso immentis exercitus
 cecidit in templo. & ante consilio decep-
 tus sacerdotum nance. Et enim cum ex-
 habitaturus uenit ad locum Antiochus
 et amici eius. et ut acciperet pecunias
 multas dotis nomine. Cuius propositus
 sent eis sacerdotes. Nance ipse cum pa-
 uis ingressus esset intra ambitum phan-
 clausurunt templum. Cum autem in-
 trasset Antiochus apertoque occulto ad-
 itu templi iacentes lapides percussissent
 ducem. et eos qui cum eo erant. & diuise

runt membratum. & capitibus amputatis
foras proiecerunt. Per omnia benedictus
deus qui tradidit impios facturi igitur
quinta & uicesima die mensis casleu.
purificationem templi necessarium duxi
mus significare uobis. ut & uos qui agamini
igni qui datur scenophegie. et diem ignis.
qui datus est quando Neemias edificato
templo & altari obtulit sacrificia. Nam
cum in perfidem ducerentur patres nostri
sacerdotes qui tunc cultores dei erant. ac
ceptum ignem de altari occulte abscon-
derunt in ualle ubi erat puteus altus &
siccus. & in eo conturati sunt eum. ita
ut omnibus ignotus esset locus. Cum
autem precessissent anni multi. et placu-
it deo ut mitteretur Neemias a rege
perfidis. nepotes sacerdotum illorum qui
absconderant. misit ad reqrendum ignem.
& sicut narrauerunt nobis non inuen-
erunt ignem. sed aquam crassam. Et uis-
it eos haurire & afferre sibi. & sacri-
cia que imposita erant. iussit sacerdotes
Neemias aspergi ipsa aqua. et ligna que
erant supposita. Utque hoc factum est.
& tempus affuit. quo sol refulsit. qui prius
erat in nubilo. accensus est ignis in-
gnus. ita ut omnes mirarentur. Oratio-
nem autem faciebant omnes sacerdotes
dum consumaretur sacrificium Ionatha.
incante. ceteris autem respondentibus.
Et Neemie erat oratio habens modum.
Domine deus omnium creator. terribilis
et fortis iustus et misericors qui solus
bonus rex. solus prestans. solus iustus &
omnipotens et eternus qui liberas israel
de omni malo. qui fecisti patres electos.

& sanctificasti eos. accipe sacrificium pro
uniuerso populo israel & custodi partem
tuam & sanctifica. Congrega dispersionem
nostram. libera eos qui seruiunt gentibus.
& contemptos & abominatos respice. ut
sciunt gentes quia tu es deus noster. Affli-
ge opprimentes nos. & contumeliam fa-
cientes in superbia. Constitue populum
tuum in loco sancto. sicut dixit Moyses.
Sacerdotes autem psallebant hymnos. i
usquequo consumptum esset sacrificium.
Cum autem consumptum esset sacrificium.
ex residua aqua Neemias iussit lapides
maiores perfundi. Quod ut factum est.
ex eis flamma accensa est. sed ex lumine
quod refulsit. ab altari consumpta est.
Ut uero manifestata est res. renuntiatum
est regi persarum qui in loco in quo ignem
absconderant. hi qui translati fuerant. i
sacerdotes. aqua apparuit. de qua Ne-
emias et qui cum eo erant. purificauerunt
sacrificia. Considerans autem rex &
rem diligenter examinans. fecit ei tem-
plum. ut probaret quod factum erat. Et
cum probasset. sacerdotibus donauit. i
multa bona. & alia atque alia munera. &
accipiens manu sua tribuebat eis. Ap-
pellauit autem Neemias hunc locum Nep-
thar. quod interpretatur purificatio. Vocat-
ur autem apud plures Nepthi.

IN uentur autem in de-
scriptionibus hieremie prophete
qui iussit eos ignem accipe-
re qui transigrabantur ut
significatum est & ut mandauit transim-
gratis. Et dedit illis legem ne obliuiscerentur.

retur precepta domini. & ut non exera-
rent mentibus uidentes simulacra aurea et
argentea. & ornamenta eorum. Et alia by-
uisinodi dicens hortabatur ne legem amo-
uerent a corde suo. Erat autem in ipsa
scriptura. quomodo tabernaculum et ar-
cam uisit propheta diuino responso ad se-
facto comitari secum usque quo exiit in mo-
tem in quo Moyses ascendit et uidit de-
hereditatem. Et ueniens ibi hieremias in-
uenit locum spelunget & tabernaculum et
arcam et altare incensi intulit illuc. &
ostium obstruxit. Et accesserunt quidam
simul qui sequebantur ut notarent sibi lo-
cum. & non potuerunt inuenire. Ut autem
cognouit hieremias culpans illos dixit. qd
ignotus erit locus donec congreget deus
congregationem populi. & propitius fiat.
Et tunc dominus ostendet hec. & appare-
bit maiestas domini. & nubes erit sicut &
Moysi manifestabatur. et sicut cum Salo-
mon petijt ut locutus sanctificaretur ma-
gno deo manifestabat hec. Magnifice ete-
nim sapientiam tractabat. & ut sapientias
habens obtulit sacrificium dedicationis &
consumationis templi. Sicut & Moyses o-
rabat ad dominum. & descendit ignis de
celo. & consumpsit holocaustum. et dixit
Moyses eo qd non sit comestum qd erat pro
peccato et consumptum est. Similiter &
Salomon octo diebus celebrauit dedicatio-
nem. Inferbantur autem in descriptionibus
& commentariis Neemie hec eadem. &
qualiter construens bibliothecam congre-
gauit de regionibus libros & propheta-
rum & Dauid. et epistolas regum et de-
donarijs. Similiter autem & Judas ea que

didicerat per bellum quod nobis accide-
rat congregauit omnia. & sunt apud nos.
Si ergo desideratis hec. mittite qd perferat
uobis. Acturi itaq; purificationem scripsimus
uobis. Bene ergo facietis. si egeritis hos
dies. Deus autem qd liberauit populum
suum. & reddidit hereditatem omnibus
et regnum et sacerdotium et sanctificatio-
nem sicut promisit in lege. speramus qd ei
tuo nostri miserebitur. et congregabit de-
sub celo in locum sanctum. Eripuit enim
nos de magnis periculis. & locum pur-
gauit. De Juda uero Machabeo et fratribus
eius. & de templi magni purificatione
et de are dedicatione. sed & de prelijs
que pertinent ad Antiochum nobilem &
filium eius eupatorem. et de illuminatio-
nibus que de celo facte sunt ad eos qui pro
Judais fortiter fecerunt ita ut uniuersam
regionem cum pauci essent uindicarent
& barbaram multitudinem fugarent. &
famosissimum in toto orbe templum re-
cuperarent. et ciuitatem liberarent. ut
leges que abolite erant restituerent do-
mino cum omni tranquillitate propitio fac-
to illis. Itemq; ab Iasone cyrenico quinq;
libris comprehensa. tentauimus nos uno
uolumine breuiare. Considerantes. n.
multitudinem librorum. et difficultates
uolentibus aggredi narrationes historiarius
propter multitudinem rerum curauimus
uolentibus quidem ut esset animi oblecta-
tio. studiosis uero ut facilius possint me-
more commendare. omnibus autem le-
gentibus utilitas conferatur. Et nobis
quidem ipsis qui hoc opus breuiandi ca-
usa suscepimus non facilem laborem. imo

uero negotium plenum uigilatum et sedoris assumpimus. Sic hi qui preparant conuiuium et querunt aliorum uoluntati parere propter multorum gratiam libenter laborem sustinent. ueritates quidem de singulis auctoribus concedentes ipsi autem secundum datam formam breuitatem studentes. Sicut enim noue domus architecto de uniuersa structura curandum est. ei uero qui pingere curat que apta sunt ad ornatum exquenda sunt. ita estimandum est et in nobis. Etenim intellectus colligere et ordinare sermonem. et curiosius partes singulas quasque disquirere historie congruit auctori. breuitatem uero dictionis sectari et executiones rerum uitare breuitati concedendum est. Hinc ergo narrationem incipimus de prefectione tantum dixisse sufficiat. Stultum etenim est ante historiam effluere. ut ipsa autem historia succingi

I

gitur cum sancta ciuitas habitaretur in omni pace. leges autem adhuc optime custodirentur pro

Omne pontificis dispositionem et pietates et aios odio habentes mala fiebat ut ipsi reges et principes locum summo honore dignum ducerent et templum maximis muneribus illustrarent. ita ut Seleucus Asiae Rex redditibus suis presteret omnes sumptus ad ministerium sacrificiorum pertinentes. Simon autem de Tribu Beniamin prepositus templi constitutus contendebat obstante sibi

principe sacerdotum iniquum aliquid incuitate moliri. Sed cum uincere omnia non posset uenit ad Apollonium Tharsee filium qui illo tempore erat dux celestine et phoenicis et nuntiavit ei pecuniarum innumerabilium plenum esse. etarium hierosolymis. et communes copias immensas esse que non pertinent ad rationem sacrificiorum esse autem possibile sub potestate regis cadere uniuersa. Cuius retulisset ad Regem Apollonius de pecuniis que delate erant. Ille acutum Chiodorum qui erat super negotium eius misit cum mandatis ut predictam pecuniam transportaret. Statimque Heliodorus iter est aggressus specie quidem quasi per celestina et phoenice ciuitates esset peragiturus reuera autem regis propositum perfecturus. Secum uenisset hierosolymam et benigne a summo sacerdote in ciuitate esse excepit narravit de dato iudicio pecuniarum et cuius rei gratia adesset aperuit. Interrogata autem si uere hec ita essent. Tunc summus sacerdos ostendit deposita esse hec ad uictualia uiduarum et pupillarum quedam uero esse hircam Thobie uirum ualde eminentis in his que detulerat impius Simon. uniuersa autem argenti talenta esse quadringenta. et auri ducenta. decipi uero eos qui credidissent loco et templo quod per uniuersum mundum honoratur pro sui ueneratione et sanctitate omnino impossibile esse. At ille pro his que habebat in mandatis a rege dicebat omni genere regi ea esse deferenda. Constituta autem die intrabat de his Heliodorus ordinaturus. Non modica uero

per uniuersam ciuitatem erat trepidatio.
Sacerdotes autem ante altare cum stolis sa-
cerdotalibus iactauerunt se: & inuocabant
de celo eum qui de depositis legem posuit
ut his qui deposuerant ea salua custodiret.
Ita uero qui uideret summi sacerdotes ui-
tam mentis uulnerabatur: facies enim & co-
lor unmutatus declarabat internum ani-
mi dolorem. Circūfusa enim erat inuestita
quedam uirus & horror corporis: per quem
manifestus aspicientibus dolor cordis eius
officiebatur. Alij etiam congregati de
domibus confluebant publica supplicatioe
obsecrantes: pro eo qui in contentis locis es-
set uenturus. Accinctaeq; mulieres ali-
cuius pectus per plateas confluebant: sed &
uirgines quae concluse erant percurrerunt
ad omnia: aliae autem ad muros quedam
uero per fenestras aspiciebant: uniuersae
autem protendentis manus in caelum de-
precabantur. Erat enim misera commix-
tae multitudinis & magni sacerdotis in-
agone constituti expectatio. Et hi quidem
inuocabant omnipotentem deum: ut cre-
dita sibi his qui crediderant: eum omni in-
tegritate conseruarentur. Heliodorus
autem quod deereuerat proficiebat: eodem
loco ipse cum satellitibus circa ararium
praesens. Sed spiritus omnipotentis dei
magnam fecit suae ostensionis euidentias:
ita ut omnes qui ausi fuerant parere ei:
ruentes dei uirtute in desolationem &
formidinem conuerterentur. Apparuit enim
illis quidam equus terribilem habens sesso-
rem optimis operimentis adornatus: isque
cum impetu Heliodoro priores caecos eli-
sit. Qui autem ei sedebat: uidebatur ar-

ma habere aurea. Alij etiam apparuerunt
duo iuuenes uirtute deconi optimi glori-
speciosiq; amictu: qui circūsteterunt eum: et
ex utraque parte flagellabant sine intermi-
sione multis plagis uerberantes. Subito au-
tem Heliodorus concidit in terram: eumque
multa caligine circūfusum rapuerunt atque
in sella gestatoria positum eiecerunt. Et
is qui cum multis cursoribus et satellitibus
praedictum ingressus est: ararium portabatur
nullo sibi auxilium ferente: mani-
festa dei cognita uirtute. Et ille quidem
per diuinam uirtutem iacebat mutus atque
omni spe & salute priuatus. Hi autem do-
minum benedicebant: quia magnificabat
locum suum: & templum quod paulo ante
timore ac tumultu erat plenum: appare-
te omnipotente domino gaudio et leti-
tia impletum est. Tunc uero ex amicis ex
Heliodoro quidam rogabant confestim Oni-
am ut inuocaret altissimum: ut uitam do-
naret ei: qui in supremo spiritu erat constitu-
tus. Considerans autem summus sacerdos
ne forte rex suspicaretur: malitiam aliquam
ex iudeis circa Heliodorum consumatas:
obtulit pro salute uiri hostiam salutaris.
Cuius summus sacerdos exoraret: ydem
iuuenes eisdem uestibus amicti astantes
Heliodoro dixerunt: Omne sacerdoti pro
gratias age. Nam propter eum dominus
tibi uitam donauit. Tu autem deo fla-
gellatus nuntia omnibus magnalia dei &
potestatem. Et his dictis non compa-
ruerunt. Heliodorus autem hostia deo
oblata: & uotis magnis promissis ei qui
uiuere illi concessit: & Omne gratias a-
gens: recepto exercitu repedabat ad ier-

gem. Testabatur autem omnibus ea que
sub oculis suis uiderat opera magna deo.
Cum autem Rex interrogasset heliodo-
rum quod esset aptus adhuc semel hieroso-
lymam mitti ait. Si quem habes hostem
aut regni tui insidiatorem. mitte illuc
& flagellatum eum recipies. si tamen eua-
serit. eo quod in loco sit uere dei quedam
uirtus. Nam ipse qui habet in celis habit-
ationem. uisitor & adiutor est loci illi-
us. & uenientes ad malefaciendum per-
cutit. ac perdit. Igitur de heliodoro e-
rarum custodia res se habet.

Simon autem predictus
pecuniarum & patrie de-
lator male loquebatur
de Onia tanquam ipse helio-
dorum instigasset ad hec & ipse fuisse
inceptor malorum. peritorumque ciuitatis
ac defensorem gentis sue. & emulatore
legis dei audebat insidiatorem regni di-
cere. Sed cum inimicitie in tantum proce-
derent. ut etiam per quosdam Simonis ne-
cessarios homicidia fierent. considerans
Onias periculum contentions et Apol-
lonium insanire. ut potest. duces celesy-
rie & phoenicis ad augendam malitiam
Simonis. ad regem se contulit. ut non
cuius accusator. sed communem uti-
litatem apud senectipsum uniuerse
multitudinis considerans. Videbat enim
sine regali prouidentia. impossibile ef-
se pacem rebus dari. nec Simonem posse
cessare a stultitia sua. Sed post Sele-
uci uite excessum. cum suscepisset re-
gnum Antiochus qui nobilis appellabatur

ambiebat. Iason frater Onie summum sa-
cerdotium. adito rege. promittens ei arge-
ti talenta trecenta sexaginta. & ex reddi-
tibus alijs talenta octoginta. Super hoc p-
mittebat. et alia centum quinquaginta. si
potestati eius concederetur gymnasium.
et ephebiam sibi constituere. eos qui in
hierosolymis erant antiochenos scribere.
Quod cum Rex annuisset & obtinuisset
principatum statim ad gentile ritum.
contribules suos transferre cepit. & am-
tis his que humanitatis causa. uideis &
regibus fuerant constituta. per Iohannem
patrem cupolemy. qui apud romanos de
amicitia et societate functus est legatio-
ne legitima ciuium iura destituens pra-
ua instituta sanciebat. Etenim ausus est
sub ipsa arce gymnasium constituere. &
optunos quosque ephelorum in lupanaribus
ponere. Erat autem hoc non inuicium sed
incrementum quoddam et profectus
gentilis et alienigenae conuersationis. pro
impio & non sacerdotis Iasonis nepharum
et inauditum scelus. ita ut sacerdotes
non circa altaris officia deciti essent. sed
contempto templo & sacrificijs neglectis
festinarent participes fieri palestre
& prebitionis eius iniuste. & in exercitijs
disci. & patrios quidem honores nihil
habentes grecas glorias optimas arbitra-
bantur. Quarum gratia periculosa eos
contentio habebat. & eorum instituta
emulabantur. ac per omnia his consumi-
les esse cupiebant. quos hostes & perept-
res habuerant. In leges enim diuinas impi-
agere impune non ceclit. sed hoc tempus
sequens declarabit. Cum autem quinqn

nalis Agon Tyro celebraretur. & rex pre-
sens esset. misit Jason facinorosos ab hiero-
solyms uiros peccatores portantes ar-
genti didrachmas trecentas in sacrificium
herculis quas postulauerunt hi qd aspor-
tauerant ne in sacrificijs erogarentur qd
non oporteret. sed in alijs sumptus casus
deputari. Sed hec oblata sunt quidem
ab eo qd miserat in sacrificium herculis pp
presentes autem date sunt in fabricam
nauium tremeum. Misso autem in o-
egyptum Apollonio Nesthei filio pp
primates Ptolemei philometoris regis
cum cognouisset Antiochus alienum se
a negocijs regni effectum. proprijs uti-
litatibus consulens profectus inde uenit
joppen & inde hierosolyman. Et ma-
gnifice a Jasone & ciuitate susceptus. i
cum facularum luminibus et laudibus in-
gressus est. & inde in phenicem exerat
conuertit. Et post triennij tempus mi-
sit Jason Menelaum supradicti Sunois
fratrem portantem pecunias regi. & i
de negocijs necessarius responsa platur.
At ille commendatus regi cum magnifi-
casse faciem potestatis eius. in semetip-
sum retorfit summum sacerdotum. sup-
ponens Jasoni talenta argenti trecenta.
Acceptisq; a rege mandatis uenit. nihil qd
dem habens dignum sacerdotio. animos
uero crudelis tyranni. & fere belue ira
gerens. Et Jason quidem qui proprium
fratrem captiuauerat. ipse deceptus. i
pfugus in amanicem expulsus est re-
gionem. Menelaus autem principatum
quidem obtinuit. de pecunijs uero re-
gi promissis nihil agebat. cum exae-

tionem faceret. Sostriatus qd arti erat pre-
positus. Nam ad hunc exactio uectigali
pertinebat. quam ob causam utriq; ad re-
gem sunt euocati. Et Menelaus amotus
est a sacerdotio succedente Lysimacho
fratre suo. Sostriatus autem prelatus e-
ciprijs. Et cum hec agerentur contigit.
Tharsenses & Mallotas seditionem mo-
uere. eo qd Antiochi regis concubine do-
no essent dati. Festinanter itaq; Rex
uenit sedare illos. relicto suffecto uno
ex comitibus suis Andronico. Rarus
autem Menelaus accepisse se tempus
oportunum. aurea quedam uasa e tem-
plo furatus donauit Andronico. & alia
uendidit at Tyro et per uicinas ciuita-
tes. Quod cum certissime cognouisset
Onias arguebat eum. ipse in loco tuto
se continens Antiochie secus Daphnez.
Vnde Menelaus accedens ad Andro-
nicum rogabat ut Oniam interficeret.
Qui cum uenisset ad Oniam & datis
dextris cum iuramento quis esset ei
suspectus suasisset de Sylo procedere.
statim eum peremit non uertus istius.
Ob quam causam non solum iudei. sed
etiam alie quoq; nationes indignabantur.
et moleste ferebant de nece tanti uiri
iniusta. Sed regressum Regem de cili-
cie locis adierunt iudei apud Antiochia
simul & greci. conuenerunt de iniqui-
tate Onie. Contristatus itaq; est ani-
mo Antiochus propter Oniam. & flexus
ad misericordiam. lachrymas fudit. re-
cordatus defuncti sobrietatem et mo-
destiam. Accensusq; animas Androni-
cum purpura exutum p totam ciuita-

tem iubet circūdūci & in eo loco in quo
in Omnia impietatem commiserat sacri
legum uita priuari. domino illi condi
gnam retribuente poenam. Multis autē
sacrilegus in templo a Lysimacho comis
sis Menelai consilio et diuulgata fama.
congregata est multitudo aduersum
Lysimachum. multo iam auro expo
rato. Turbis autem insurgentibus et animis
ira repletis. Lysimachus armatis ferentibus
milibus. uiginti manibus uti coepit. duce
quodam Tyranno. etate pariter & denē
tia prouecto. Sed ut intellexerunt con
tum Lysimachi. alij lapides. alij fustes ualidos
arripuerunt. Quidam uero cinerem
in Lysimachum iecere. Et multi quidem
uulnerati. quidam autem et prostrati. om
nes uero in fugam conuersi sunt. Ipsum
etiam sacrilegium secus. erarium interfe
cerunt. De his ergo coepit iudicium ad
uersus Menelaum agitari. Et cum ue
nisset rex Tyrum ad ipsum negocium.
detulerunt. missi tres uiri a senioribus.
Et cum superaretur Menelaus. promisit
Ptolemeo multas pecunias dare ad sua
dendum regi. Itaque Ptolemeus in quo
dam atrio positum quasi refrigerandi gra
tia Regem adijt. et deduxit a suis. &
Menelaum quidem uniuersae malitiae reum.
criminibus absoluit. miseros autem qui etiam
si apud scitis causam dixissent innocen
tes iudicarentur. hos morte damnauit.
Cito ergo iustam poenam dederunt. qui pro
ciuitate et populo & sacris uasis causis
prosecuti sunt. Quamobrem Tyri quoque
indignati erga sepulturam eorum libera
lissimum extiterunt. Menelaus autem pro

corum qui in potentia erant auaritiam per
manebant. in potestate. crescentis in malum
ad insidias ciuium.

odem tempore Antiochus
secundam perfectionem pro
rauit in egyptum. Conti
git autem per uniuersam
hierosolymorum ciuitatem uideri diebus
quadraginta. per aera eques discurrere
auratas stolas habentes. et hastas quasi
cohortes armatas. & cursus equorum per
ordines digestos. et congressiones fieri co
munis & scutorum motus et galeatorum
multitudinem gladij districtis et telo
rum iactus. & aureorum armorum splen
dorem. omnisque generis loricarum. Quae
propter omnes regabant in bonum mon
stra conuerti. Sed cum falsus rumor exi
set. tanquam uita excessisset Antiochus. assup
tis Jason non minus mille uiris aggressus.
est ciuitatem repente. & ciuibus ad in
vrum conuolantibus ad ultimum apprehensa
sa ciuitate Menelaus fugit in arcem. In
son uero non parebat in eade ciuibus ser
uili. nec cogitabat prosperitatem aduersus co
gnatos malum esse maximum. arbitrans
hostium et non ciuium se. Trophaea capti
uum. Et principatum quidem non obtinuit.
finem uero insidiarum suarum confusioem
accepit. & profugus iterum abiit in Amma
niten. Ad ultimum in exitum suum conclu
sus ab Aretha stabum Tyranno fugiens
de ciuitate in ciuitatem omnibus odiosus. et
ut refuga legum & execrabilis. ut patre
& ciuium hostis in egyptum extrusus est.
et qui multos de patria sua expulerat. poge

perijt Lacedemonas profectus quasi pro
cognitionem ibi refugium habiturus & q
insepultos multos abiecerat ipse & illame
tatus et insepultus abijatur sepultura ne
que peregrina usus neq; patrio sepulchro
participans. His itaq; gestis suspicatus est
rex societatem deserturos iudeos & ob
hoc profectus ex egypto effertis animis ci
uitatem qdem armis cepit. Iussit autem
militibus interficere nec parere occursan
tibus & p domos ascendentes trucidare.
Fiebunt ergo & des iuuenum ac seniorum &
mulierum & uatorum exterminia uir
ginumq; & paruulorum necesse. Erant au
tem toto triduo octoginta milia interfe
ti quadraginta milia uincti non minus
autem uenundati. Sed nec ista sufficunt.
A usus est etiam intrare templum unue
sa terra sanctus. Menelao ductore qui
legum et patrio fuit proclitor & secleris
manibus sumens sancta uasa que ab alijs
regibus et ciuitatibus erant posita ad om
nium loca & gloriam contredabat indigni
& contaminabat. Ita alienatus mente An
tiochus non considerabat q; propter pec
cata habitantium ciuitatem medicum &
deus fuerat iratus propter qd & accidit
circa locum despectio. Alioquin nisi con
tigisset eos multis peccatis esse inuoluti
sicut heliodorus q; missus est a Seleuco
rege ad expoliandum erarium. & hic
statim adueniens flagellatus & repulsi
usq; fuisset ab audacia. Verum non
propter locum gentem sed propter gene
tam locum q; elegit. Ideoq; et ipse locus
particeps factus est populi malorum &
postea autem fuit socius honorum & q;

derelictus in ira dei omnipotentis est. ut
rum in magni domini reconciliatice cum
summa gloria exaltabit. Igitur Antiochus
mille & octingentis ablati de templo ta
lenti uelociter Antiochiam regressus est
existimans se pro superbia terram ad na
uigandum pelagus uero ad iter agendis
deducturum propter mentis elationem.
Reliquit autem prepositos ad afflige
dam gentem hierosolymis qdem philip
pum genere phrygem moribus crudelio
ran eo ipso a quo constitutus est. In
Gartum autem Andromcum & Me
nelaum q; grauius q; ceteri imminuebant
ciuib; Cuiq; appositus est & contra ju
deos misit octiduum principem Apollo
nium cum exercitu uiginti et duob; milib;
precepit ei omnes perfecte etatis inte
ficere mulieres ac iuuenes uendere. Qu
cum uenisset hierosolymam pacem sine
lans quieuit usq; ad diem sanctum sab
bati & tunc feratis iudeis arma capere
suis precepit. Omnesq; simul q; ad specul
ulum peccerant trucidauit & ciuita
tem cum armatis discurrens ingentem
multitudinem peremit. Judas autem ma
chabeus q; decimus fuerat secesserat in
desertum locum ibiq; inter feras uitam
in montibus cum suis agebat & foem ab
uescentes demorabantur ne participes
essent congnationis.

Et non post multum &
tempus misit rex senem
quendam Antiochenum
q; compelleret iudeos ut
se transferrent a patrijs & dei legibus

contaminare etiam quod in hierosolymis e-
rat templum. & cognominare Iouis Olym-
pi. & in garzum prout erant hi qui locum
inhabitabant Iouis hospitalis. pessima
autem & uniuersis grauis erat malorum
incurio. Nam templum luxuria & com-
messationibus erat plenum. & scortantibus
cum meretricibus. sacratisque edibus mulie-
res se ultro ingerebant. introferentes ea-
que non licebant. Altare etiam plenum
erat illicitis. que legibus prohibebantur.
Necque autem sabbata custodiebantur. neque
dies solemnes patri seruabantur. nec si-
pliciter se quisque iudeorum confitebatur.
Ducebantur autem cum amara necessita-
te in die natalis regis ad sacra. & cum
liberi sacra celebrarentur cogebantur
hedera coronati libero circuire. Decre-
tum autem exijt in proximas ciuitates. &
gentilium suggerentibus ptolemis. ut
pari modo & ipsi aduersus iudeos age-
rent. ut sacrificarent. eos autem qui nollet
transire ad instituta gentilium inuicem
rent. Erat ergo uidere miseriam. Duce-
bant enim mulieres delate sunt natos suos
cucidisse. quas ad ubera infantibus suspen-
sis cum publice per ciuitatem curanduxi-
sent per muros precipitauerunt. Alij ue-
ro ad proximas cecuntel speluncas. & la-
tenter sabbati diem celebrantes cum in-
dicati essent philippo flammis successerunt
si sunt. eoque uerebantur propter religio-
nem & obseruantiam. manu sibi met
auxilium ferre. Obsecro autem eos qui hunc
librum lecturi sunt. ne abhorrescant pro
aduersos casus. sed reputent ea que ac-
ciderunt non ad interitum. sed ad cor-

reptum esse generis nostri. Etenim mul-
to tempore non sine re peccatoribus ex se-
tenta agere. sed statim ultioes adhibere.
magni beneficii est inditum. Non enim
sicut in alijs nationibus. dominus patienter
expectat. ut eas cum iudicij dies aduene-
rit in plenitudine peccatorum puniat. ita
et in nobis statuit. ut peccatis nostris in fi-
nem deuolutis. ita demum in nos uindicta
propter quod nunquam quidem a nobis misero-
cordiam suam amouet. corripens uero in ad-
uersis populum suum non dereliquit. Sed
hec nobis ad commonitionem legentium
dicta sunt paucis. Jam autem ueniendum est
ad narrationem. Igitur Cleazarus unus
de primoribus scribarum iuris. etate proue-
tus. & uultu decorus. aperto ore hians. &
compellabatur carnem porcinam mandu-
care. at ille gloriosissimam mortem ma-
gisque edibilem uitam. complectens uolun-
tario preibat ad supplicium. Intuens autem
quod admodum oportere occidere patiente
sustinens destinauit non admittere illi-
cita propter uitae amorem. Idem autem qui asta-
bant iniqua misericordiae commota propter
antiquam uiri amicitiam tollentes eum se-
creto rogabant. effert carnes quibus uesci
ei licebat. ut simularetur manducasse. sic
rex imperauerat de sacrificij carnibus. ut
hoc facto a morte liberaretur. & propter
ueterem uiri amicitiam hanc in eo facie-
bant humanitatem. At ille cogitare cœ-
pit. etatis ac senectutis sue eminentiam.
dignam. & ingenuam nobilitatis canitatem.
atque a puero optime conuersationis actus
& secundum sancte & a deo condite le-
ges constituta. respondit cito dicens pro-

muti se uelle in infernum. Non enim e-
tati nostre dignum est inquit fugere. ut
multi adolescentes arbitantes Cleo-
zarum nonaginta annorum transisse ad u-
tam alienigenarum & ipsi propter meam
simulationem & propter modicum corrup-
tibilis uite tempus decipiantur. & per hoc
maculam atq; execrationem mee senectuti
congram. Nam etsi in presenti tempore o-
supplicij hominum ceipar. sed manum &
omnipotentis. nec uiuus nec defunctus ef-
fugiam. Quamobrem fortiter uitam ex-
cedendo. senectute qdem dignus apparebo.
adolescentibus autem exemplum forte reli-
quam si prompto animo ac fortiter pro-
grauissimis ac sanctissimis legibus honesta
morte perfungar. His dictis confestim
ad supplicium traheretur. Hi autem q.
cum ducebant & pauloante fuerant mi-
tiores. in iram conuersi sunt propter ser-
mones ab eo dictos quos illi per arrogan-
tiam platos arbitrabantur. Sed cum pla-
gis peruenit. ingemuit & dixit. Domi-
ne q habes sanctam scientiam. manifeste
ty fas. qa cum a morte possam liberari.
duros corporis sustineo dolores secun-
dum animam uero propter timorem ty-
um libenter hec patior. & iste qdem hec
modo uita decessit. non solum iuuenibus.
sed et uniuerse genti memoriam. mortis
sue ad exemplum uirtutis & fortitudinis
derelinquens.

Ontigit autem septem fra-
tres una cum matre appre-
sos compelli a rege edere
contra fas carnes porcinal

flagris et taureis cruciatus. Unus aut
R. ex illis q erat primus sic ait. Quid q-
ris et quid uis discere a nobis. Parati
sumus mori magis q patrias dei leges pre-
uaricari. Iustus itaq; R. ex iussit sartagi-
nes & ollas. enecas succendi. qbo statim
succensit iussit ei q prior fuerat locutus
amputari linguam. & cute capitis abstrac-
ta summas quoq; manus & pedes ei pre-
cidi. ceteris eius fratribus et matre inspi-
cientibus. Et cum iam per omnia inutili
factus esset. iussit ignem admoueri. &
adhuc spirantem torren in sartagine. in
qua cum diu cruciaretur. ceteri una ex
matre inuicem se hortabant mori forti-
ter dicentes. Dominus deus aspiciet ue-
ritatem. & consolabitur in nobis quem
admodum in protestatione cantici decla-
rauit. Moyses. Et in seruis suis consola-
bitur. Mortuo itaq; illo primo hec modo
sequentem deducebant ad illudendum.
et cute capitis eius cum capillis abstrac-
ta. interrogabant si manducarent prius
q toto corpore membra singula puniret.
At ille respondens patria uoce dixit. Non
faciam. Propter quod & iste seque-
ti loco primi tormenta suscepit. & in ul-
timo spiritu constitutus sic ait. Tu qdem
selestissime in presenti uita nos perdis.
sed rex mundi defunctos nos pro suis.
legibus. eterne uite resurrectione suscita-
bit. Post hunc tertius illuditur. & lin-
guam postulatus cito preulit. & manus
constanter extendit. & cum fiducia ait.
E celo ista possideo sed propter dei le-
ges nunc hec ipsa despicio quoniam ab
ipso me ea recepturum spero. ita ut rex

& q̄ cum ipso erant mirarentur adoleſcē-
tis animum q̄ tanq̄ nihil duceret crucia-
tus. Et hoc ita defuncto. quartum uexa-
bant ſimiliter torquentes. Et cum iam
eſſet ad mortem ſic ait. Potius eſt ablo-
minibus morti datos ſpem expectare a de-
o iterum ab ipſo reſurcitandos. Tibi enim
reſurrexio ad uitam non erit. Et cum
admonuiſſent q̄ntum uexabant eum. at
ille reſpiciens in eum dixit. potestates
inter homines habens cum ſis corruptibi-
lis facis q̄d uis. Noli autem putare ge-
nus noſtrum a deo eſſe derelictum. Tu
